Reparatio generis hũani inchoata fuit per virginem, veluti ruina ꝑ Euam. fo. lviij. co. ij.
Ritus iudeorum licite tollerantur. fo. clvj. co. iij.
Ritus hereticoꝝ non ſunt in regionibus chriſtianoꝝ tollerandi, niſi forſan ad euitandũ maius periculum. fo. eo. co. iiij.
Ritus ſarracenoꝝ, iudeoꝝ, ⁊ paganorum prohibendi ſunt, ne publice fiant. ibidem.
Romanę ſedis iudiciũ in his quę ſi dei ſunt, ⁊ ad humanã ſalutem neceſſaria errare non pōt. fo. cxlvij. colũna. iij.
Romani non habuerunt veras virtutes. fo. lxxij. co. iiij.

¶ De littera. S.

SAnguinis virginei in matrice collectio, xp̄i corporis formatio, organizatio, ⁊ aĩatio, ⁊ hũanitatis a verbo aſſumptio in eodẽ inſtãti ⁊ ſimul factę fuerũt. fo. xliij. co. j.
Sabatũ trifariã accipit. f. ccxlj. c. ij.
Satiſfactio pro genere hũano quo ad iniuriã non potuit fieri a creatura. fo. cj. co. iiij.
Sanſon portas ciuitatis tulit vſqꝫ ad montem. fo. cxj. co. j.
Sanctificari poteſt aliquid dupliciter. fo. xviij. co. iij.
Scientia actualis nõ manebit in patria. fo. cxclj. co. j.
Scientia ⁊ opinio de eodem nõ poſſunt eſſe ſimul in eodez ſubiecto. fo. lxxj. co. j.
Scientia patrię quacũqꝫ fide certior eſt. fo. cxxx. co. iiij.
Sedere accipitur duobus modis. fo. xx. co. iiij.
Seruitus duplex eſt. fo. xlv. co. ij.
Solus dei filius fuit incarnatus. fo. vj. co. iiij.
Suppoſitũ q̄d ſit vide. f. vj. co. ij.
Suſtentatio capitur duob⁹ modis. fo. x. co. iij.
Spes acquiſita prior eſt charitate. fo. cxxix. co. j.
Spes multis modis accipit. f. clviij. colũna. iiij.
Spes eſt virtus theologa a fide et charitate oĩno diſticta. f. clix. c. ij.
Spes in voluntate collocanda eſt. fo. clxj. co. j.
Spiritusſanctus, neqꝫ ſecundũ humanitatem, neqꝫ ſcdꝫ diuinitatẽ eſt pater Chriſti. fo. xxvj. co. j.
Symbolũ vnde dicatur et a quibus canditum ſit. fo. cxlij. co. iij.
Symbolũ nicenũ editũ eſt ɔtra macheniũ, ⁊ alios. fo. cxliij. co. j.
Symbolum Athanaſij principaliter fuit ęditum contra Arrianos. fo. eodem. co. ij
Symbolũ fidei condere ad ſummũ ſpectat pōtificẽ. fo. cxlvj. co. iiij.

¶ De littera. T.

Timoꝛ q̃tuplex eſt. f.cclij. colūna. ij.
Timoꝛ mundanus qualē habuit Adā, ⁊ Aarōſem per eſt malus et a Chꝛiſto pꝛohibitus. ibidem.
Timoꝛ mundanus fuit in cauſa q̄ꝺ Petrus negaret xp̄m. f. eo. c. iij.
Timoꝛ oīm ſolus mundanꝰ aduerſatur charitati. fo. ccliij. co. ij.
De littera. V.
Vnio verbi ad naturā humanā ſecūdū Thomā, et Scotum eſt relatio. fo. iiij. co. ij.
Vnio verbi ad naturā hūanā ſcōm Gregoꝛiū eſt res vnite. ibidē.
Vnio verbi ad naturā humanā eſt maxima vnionū que pōt eſſe dei ad creaturā. ibidem.
Vnio humanitatis ad verbū nō eſt nec poteſt eſſe inter perſonas diuinas. fo. eo. co. iij.
Vnio hipoſtatica magis aſſimilat vnioni accidētis ad ſubiectū q̄ alteri vnioni fo. xxviij. co. iiij
Verbū diuinū non perſonā, ſed naturā aſſumpſit. fo. xxx. co. j
Verbū diuinū potuit aſſumere naturā immoꝛtalē. fo. lxxxij. co. iij.
Verbū diuinū poſt icarnationē nū q̄ reliqt aīas, aut coꝛpꝰ. f. cvj. c. j
Verbū diuinū pluribus vnioibꝰ vnitur hūanitati et ptibꝰ. f. xiij. c. iij.
Verbū diuinū, ſi duas ſimul aſſumpſiſſet hūanitates nō fuiſſet duo homines. fo. x. co. j.
Verbum diuinum in triduo nō vniebatur aīe, aut coꝛpori in vnitate ſuppoſiti. fo. vj. co. iij.
Velle duplex eſt vide. f. clxxxiij. c. ij
Verbū diuinū pōteſt aſſumere naturā rationalem non fruentē deo pꝛoblema. fo. xiij. co. iij.
Verbū diuinū in eodē tempoꝛe adequate vel inſtanti humanitates ⁊ quālibet eius partē aſſumpſit. fo. xiiij. co. j.
Verbū diuinum non aſſumpſit coꝛpus celeſte fantaſticū, aut exanime, vt heretici putarunt, ſed verā carnē, ⁊ veram animam rationalem. fo. xiiij. co. iij.
Verbum diuinum eſt ſpeculum repꝛeſentans videnti que ſibi placent. fo. lxxvj. co. ij
Vir plus tenetur diligere vxoꝛē q̄ pꝛopꝛiū filiū. fo. clxxxiiij. co. iij.
Virtus in moꝛalē ⁊ intellectualē diuiditur. fo. cxcvij. co. iij.
Virtutes cardīales quot ſint ⁊ quo modo a theologicis differant vide. fo. cxcviij. co. j.
Virtus theologica deū habet pꝛo obiecto penes q̄ꝺ a cardinali maxime differt. ibidem.
Viatoꝛ purus non pōt videre deū permanenter. fo. lxvij. co. iij.
Virtuti vnicuiq; plures ſpēs viciorum opponuntur. fo. cliij. co. j.
Violentum duobus modis capitur vide. fo. lxxxiij. co. iiij.
Virgo Maria nō fuit oꝛiginali culpe obnoxia. fo. xviij. co. j.
Virtus tripharia accipitur. f. xliiij. colūna. iiij.
Virtus Cardinalis quid ſit. fo. eo. colūna. iij.
Virtus theologica et moꝛalis differunt. ibidem.
Virtutes omnes Cardinales manent in patria. fo. cxcix. co. ij.

Voluntas animę Chriſti, tam naturalis quam libera omnino fuit conformis voluntati diuinę in volito. fo. lxxxvij. co. iiij.
Volũtas creata poteſt actum elicere in inſtanti. fo. xcij. co. ij.
Voluntas animę Chriſti rationalis quantum ad actus liberos, et abſolutos omnino fuit cõformis voluntati diuinę. f. lxxxvij. c. iiij.
Voluntas animę Chriſti vt natura et vt ſenſui coniuncta de ijſdem triſtabaẗ de quibus dolebat potẽtia ſenſitiua. fo. lxxix. co. iiij.
Voluntates in Chriſto duę diuina ⁊ humana. fo. lxxxvj. co. ij.
Volũtatis humanę deus eſt prim̃ mouens, ibidem.
Voluntates iudeorum quibus volebant Chriſtum mori non erant omnino conformes voluntati diuinę. fo. lxxxvij. co. iij.

Tabulę Alphabeticę.
Finis.

¶ Joannes a Celaia Valentinus. doctor Pariſienſis: candido: pioq̄ lectori: vtramq̄ felicitatem.

HOc in tertio libro ſententiarum dñs Petrus Lōbardus incarnationem pientiſſimi ſaluatoris noſtri Jeſu xp̄i enucleare. ac elucidare quātū hūana fragilitas ſuſtinet egregie ſatagit: nec obuiat illud Yſaye gñationē eius quis enarrabit. Nā diu⁹ Hieronymus illud exponit de generatione diuina. quamuis diuus Leo de humana generatione poſſe intelligi aſſerat. Sed ſto quod de vtraq̄ loquatur Yſayas de perfecta intelligentia que in hac lachrymarum valle minime haberi valet ipſum procedere liquet. Quare non putandum eſt dominum Petrum Lombardum Yſaye contrarium. nam tam ardua ⁊ ingens eſt hec difficultas: vt ipſa audita cōmouentur viſcera corda trement caligat viſus hebet intellectus effugit auditus. O ineffabile magnumq̄ ſacramentū ipſa eademq̄ virgo ⁊ mater dei ⁊ genitrix ipſa: ⁊ eius ancilla plaſmatio eius ipſaq̄ genuit. Quis vnq̄ iſta audiuit: quis talia vidit: ⁊ quis excogitare potuit: vt mater et virgo eſſet ⁊ itacta generaret que ⁊ virgo ꝑmāſit ⁊ genuit. Sicut enim quondam rubus comburi videbatur: ⁊ ignis eum non tangebat: ⁊ ſicut tres pueri in camino ignis incluſi habebātur: ⁊ tamē eos non ledebat incendium: nec odor fumi erat in eis: vel quemadmodum Danieli intra lacum Leonum incluſo clauſtris non apertis allatū eſt prandiū ab Abacuch. ita ⁊ hec virgo ſctā genuit dñm oīm creatorē: ſed intacta ꝑmāſit mater effecta eſt illius ꝗ in excelſis eſt ſine matre: ⁊ in terra eſt ſine p̄re ipſi⁹ ꝗ in celis ſcd̄m diuinitatē in ſinu eſt patris: ⁊ in terris ſcd̄m hūanitatē: in ſinu eſt matris. Hoc etiā ineffabile myſteriū prophete nō ſiluere. immo aperte p̄dixere. Sctūs enī Jacob. Geneſis. xlix. Non auferetur ſceptrū de Juda: nec Dux de femore eius donec veniat Meſſias. Et ipſe erit expectatio gētiū: ⁊ nō poſſet eſſe expectatio gētiū: niſi eſſet de⁹.

nã ſpes ſolũ habet deũ ꝓ obiecto. Et egregiꝰ etiã pſaltes. pſal. ix.
ſupra centeſimũ canit. Dixit dñs dño meo. ⁊ ſubiungit. Tu es ſa
cerdos in eternum ſecundum ordinem Melchiſedech. ⁊ hũc pſal
mum allegauit. Redemptor noſter quando queſiuit a Phari-
ſeis cuius eſſe filius debebat Chriſtus. Matthei. xxij. Qui reſpõ
derunt Dauid: ⁊ replicuit ſaluator noſter dicens. Quomodo da-
uid ait. Dixit dominus domino meo. Yſayas. vij. cap. Ecce vir-
go concipiet ⁊ pariet filium: ⁊ vocabitur nomen eius Emanuel. i.
nobiſcum deus propter humanitatem aſſumptam. ⁊. ix. cap. idem
aſſerit paruulus natus eſt nobis: ⁊ filius datus eſt nobis: ⁊ factus
eſt principatus ſuper humerũ eius: ⁊ vocabitur nomen eius admi
rabilis conſiliarius: deus fortis pater futuri ſeculi princeps pacis
⁊. lxiiij. idem propheta vtinam diſrumperes celos ⁊ deſcenderes.
Hieremias. xiiij. loquens verbo diuino. Quare quaſi colonus fu
turus es in terra: ⁊ quaſi viator declinans ad manendũ. Et. xxiij.
idem. Ecce dies veniẽt dicit dominus: ⁊ ſuſcitabo Dauid germẽ
iuſtum: ⁊ regnabit rex: ⁊ ſapiẽs erit: ⁊ faciet iudicium ⁊ iuſticiam in
terra. in diebus illis ſaluabitur Juda: ⁊ Jſrael habitabit confiden
ter: ⁊ hoc eſt nomen quod vocabunt eum dominus iuſtus noſter
⁊ in Hebreo habetur hoc nomen tethragramaton loco de ly do-
minus quod ſoli deo poteſt cõuenire quare maledicti iudei ex hoc
paſſu cõuincunt̃ apte ꝙ debeãt fateri diuinitatẽ Meſſie. Et. xxxj.
capitulo. Jdem. quia creauit dominus nouum ſuper terrã femi-
na: ſcilicet virgo circundabit virum. ideſt Chriſtum. Baruch. iij.
cap. Hic eſt deus noſter: ⁊ non eſtimabitur alius aduerſus eum
poſt hec in terris viſus eſt: ⁊ cum hominibus conuerſatꝰ eſt. Eze-
chiel. xliiij. Vidi portam in domo domini clauſam: ⁊ dixit domi-
nus ad me. Porta hec clauſa erit: ⁊ non aperietur: ⁊ vir non tran-
ſibit per eam. Quoniam dominus deus Jſrael ingreſſus eſt per
eam: ⁊ clauſa erit principi in eternum. Que quidem verba expo-
nit diuꝰ Auguſtinꝰ. de ſanctiſſima maria: ⁊ ſaluatore noſtro: ⁊ di
uo Joſippo. Daniel. ix. cap. Septuaginta ebdomades abreuia-
te ſunt ſuper populum tuum: ⁊ ſequitur poſt ebdomadas ſexagin
ta duas occidetur Chriſtus. ⁊c. Michee quinto capitulo. Et te

enim mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael: ⁊ egreſſus eius
ab inicio a diebus eternitatis. Ex quibus verbis clare dicitur ꝙ
filius dei eſt eternus: quo ad diuinitatem Abacuch tertio. Ego
autem in domino gaudebo: ⁊ exultabo in deo Ieſu meo. Za-
charias.ix. Exulta ſatis filia Syon: Iubila filia Hieruſalē. Ecce
rex tuus venit tibi iuſtus: ⁊ ſaluator: ⁊ ipſe pauper: ⁊ ſedens ſuper
aſinam: ⁊ pullum aſine. Poſtremo Iob.ix. Scio ꝙ redemptor
meus viuit.⁊c. Pari iure ſybille non tacuere hoc admirabile cō-
merciū de quibus videbitur in ſolutione tertij argumēti ſecūde.q.
Circa vigeſimā quintā diſtinctionē huiꝰ tertij ſentētiarū. Cū igit
hec verbi diuini incarnatio maxime ſit admiratiōis gratia inenar-
rabilis diuini numinis preſidio implorato: Proteſtor nihil me in
hoc libro dicere velle qđ fidei orthodoxe aduerſet: ſeu qđ ſit contra
decreta ſacrorū cōciliorū: aut determinatiōes ſacroſancte Roma-
ne ecclesie. Ceterū ſi quod abſit in aliquem errorē prolapſus fuero
pro non dicto: aut ſcripto haberi volo. Equidem in omnibus me
ſubmitto determinationi matris mee ſancte eccľie. Vale.

¶ Incipit liber tertius ſententiaruз de incarnatione verbi. Diſtinctio. prima.

Cum venit igitur plenitudo tēpoꝛis: vt ait apoſtolus: miſit deus filium ſuuз fcm̄ de muliere. factum ſub lege vt eos qui ſub lege erant redimeret: vt in adoptionem filioꝛū dei reciperemur. Tempus aūt plenitudinis dicit tempus gratie. quod ab aduentu ſaluatoꝛis exoꝛdium ſumpſit. Hoc eſt temp⁹ miſerendi ⁊ annus benignitatis: in quo gratia ⁊ veritas ꝑ ieſum chꝛiſtuз facta eſt. Gratia. q꞉ ꝑ charitatem implet qđ in lege p̄cipiebat. Veritas. quia ꝑ chꝛiſti aduentū exhibet atqꝫ perficitur humane redemptionis ſponſio facta ab antiquo. Filij ergo miſſio eſt ipſa incarnatio. Eo em̄ miſſus eſt. q̄ i forma hominis mundo viſibilis apparuit. de quo ſupꝛa ſufficienter dictum eſt.

Quare filius carnē aſſumpſit nō pater vel ſpūſſctūs

¶ Diligēter vero annotanduз eſt quare filius non pr̄ vel ſpūſ ſanctus eſt incarnat⁹. Solus nā q̄ filius hominē aſſumpſit. Qđ vtiqꝫ congruo oꝛdine atqꝫ alto dei ſapientia fecit ꝯſilio. vt deus q̄ in ſapientia ſua mundū ꝯdiderat. ſꝫm illud. Oīa in ſapiētia feciſti dn̄e que in celis ſunt et que i terris: reſtauraret in eadē. Hec eſt mulier euangelica q̄ accendit lucernā et dꝛagmā decimaз que ꝑdita fuerat reperit ſapientia ſcꝫ patris que teſtā humane infirmitatis lumine ſue diuinitatis accēdit. perditumqꝫ hominem repauit nomine regis et imagine inſignitū. Ideo etiā filius miſſus eſt et nō pater. q꞉ congruentius mitti debebat q̄ eſt ab alio q̄ꝫ qui a nullo eſt. fili⁹ aūt a patre ē. pater vero a nullo ē. Vt.n. ait Auguſti. in libꝛo de trinitate. Non em̄ habet d quo ſit. Sicut ergo pater genuit. filius genitus eſt. ita ꝯgrue pater miſit. filius miſſus eſt. Ab illo em̄ conueniēter mittit dei v̄bum: cuius eſt v̄bū. Ab illo mittit d quo natum eſt: Mittitur qđ genitū eſt. Pater v̄o qui miſit a nullo ē. Ideoqꝫ pa-

ter miſſus non eſt. ne ſi mitteret ab alio eſſe putaretur. Miſſus ē ergo pmo fili⁹ q̄ a ſolo patre eſt. Deinde etiã ſpiritusſanct⁹ qui eſt a patre ⁊ filio. ſ; filius ſol⁹ in carne miſſus ē. non ſpiritusſctūs ſicut nec pater. Qd ideo factum eſt vt qui erat in diuinitate dei filius:in humanitate fieret hoīs filius. Non pater vel ſpūſſanctus carnē induit ne alius in diuinitate eſſet filius.ali⁹ in humanitate. Et ne idē eſſet pater ⁊ filius ſi deus pater de homine naſceretur. Vñ in eccleſiaſticis dogmatib⁹. Nō pater carnē aſſumpſit. neq; ſpūſſanctus.ſed filius tm̄.vt qui erat ī diuinitate dei filius. ipſe fieret in homine hominis filius: ne filij nomen ad alterū trāſiret qui nō eſſet eterna natiuitate filius. Dei ergo filius hominis factus eſt filius.nat⁹ ſm veritatē nature ex deo dei filius. et ſm veritatē nature ex homine hominis filius: ⁊ vitas geniti.nō adoptione nō appellatione.ſed in vtraq; natiuitate filij nomē naſcēdo haberet.vt eſſet ver⁹ deus et verus hō vnus filius. Non ergo duos chriſtos.neq; duos filios.ſed deum et hoīem vnū filiū. quē ppter ea ⁊ vnigenitū dicim⁹ manentē ī duabus ſubſtantijs. ſicut ei nature veritas ptulit non confuſis naturis neq; īmixtī ſicut thimotheani volunt.ſed ſocietate vnitatis. Ecce habes quare filius nō pater vel ſpiritusſanctus carnē aſſumpſerit.

Utrū ſpūſſanct⁹ vel pr̄ potuerit incarnari vel poſſit.

¶ Si vero queritur vtrū pater vel ſpūſſanctus incarnari potuerit. vel etiã modo poſſit.ſane rñderi poſſit.et potuiſſe oliã ⁊ poſſe nunc carnē ſumere et hoīe; fieri tam patrē q̄ ſpūſanctū. Sicut eīn fili⁹ homo factus eſt. ita pater vel ſpiritusſanctus potuit et pōteſt.

An filius qui tantū carnem accepit aliquid fecerit qd nō pater vel ſpiritusſanctus.

¶ S; forte aliqui dicent.cū indiuiſa ſint opera trinitatis ſi fili⁹ carnē aſſumpſit.tunc pater ⁊ ſpiritusſanctus q; ſi fili⁹ carnem aſſumpſit. nec hoc fecit pr̄ vel ſpiritusſanctus.non omne qd facit filius facit ⁊ pater ⁊ ſpūſſanct⁹. At oīa ſimul pater et filius amboꝝ ſpūs pariter ⁊ concorditer opantur. Ad quod dicimus q; nihil operatur filius ſine patre ⁊ ſpūſſancto. ſed vna eſt hoꝝ triū opatio indiuiſa ⁊ in diſſimilis.et

tñ filius non pater vel ſpūſſctūs
carnē aſſumpſit. Jpſam tamen
carnis aſſumptionē trinitas ope
rata eſt. ſicut Aug. dicit in lib. d
fide ad Petrū. Reconciliati ſu-
mus p ſolum filiū ſm carnē. ſed
non ſoli filio ſm deitatē. Trini-
tas eñ nos ſibi recōciliauit per
hoc q ſolū verbū carnē ipſa tri
nitas fecit. Trinitas ergo carnis
aſſumptionē fecit: ſed verbo. nō
patri vel ſpirituiſancto. Si eniꝫ
pater ſibi. et filius ſibi. vel pater
filio. ⁊ filius patri carnis aſſum
ptionē operat⁹ eſſet. iam non ea
dē eſſet operatio vtriuſq ſed di-
uiſa. Sed ſicut inſeparabilis et
indiuiſa eſt vnitas ſubſtātie triū.
vt ait Auguſtin⁹ in libro de tri
nitate. ita ⁊ operatio. non tñ ean
dem trinitatē natā de v̇gine. cru
cifixaꝫ ⁊ ſepultā catholici tracta
tores docuerunt. ſed tm̄modo fi
lium. nec eandē trinitatē in ſpe-
cie colūbe deſcendiſſe ſup Jeſuꝫ.
ſed tm̄ ſpiritumſanctū. nec ean-
dē dixiſſe de celo. tu es filius me
us. ſꝫ tantū patris vocem fuiſſe
ad filiū factam q̄uis pater ⁊ fili
us ⁊ ſpūſſanctus ſicut inſepabi
les ſunt: ita ⁊ inſepabiliter ope-
rentur. Hec ⁊ mea fides ē. quo-
niā quidem hec eſt catholica fi-
des. Licet ergo ſol⁹ fili⁹ carnē aſ
ſumpſerit. ipaꝫ tñ incarnationē
cū patre ⁊ ſpūſancto opatus eſt.

CJrca pmam diſt. 3. lib. ſententiaꝝ querit. Utruꝫ natura hūana ſit lapſa ab illo ſtatu I quo fuit cōdita. Pro huius. q. intelligentia eſt aduertendum q iudei ⁊ philoſophi gentiles negant naturā humanā fuiſſe lapſā in peccato originali. Et qꝛ ratiōes equaliter militant cōtra iudeos ſicut philoſophos. Jdeo pri⁹ adducētur autoritates cōtra iudeos. Et deinde aſſerētur rōnes. pma autoritas hꝫ geñ. 3. cap. Jn quo dñs deus multas maledictiones vtriq ſexui intulit. 2. autoritas habet. ps. 13. ſcꝫ oēs declinauerūt ſimul inutiles facti ſūt. 3. Et precipua autoritas habet ps. 50. ſ. Ecce in iniquitatibus cōceptus ſum: ⁊ in peccatis ꝯcepit me mater mea. Certū eſt eñ q Dauid nō fuit ſpurius ſed ex legitimo thoro fuit procreatus: Jmmo ambo parētes eius ſunt ſancti ergo neceſſariū eſt dicere: q quilibet naſcit in peccato originali preter ſaluatorem. Et eius glorioſiſſ. matrē. Et propter hanc autoritatē Rabbin⁹ ſinagoge auinionis non veritus eſt aſſerere q vir non poteſt cognoſcere propriā vxorē ſine peccato mortali. Dū in ipſum argumētarer qḋ impiū ⁊ abſurdū eſt. Nā tunc ſequeretur q deuꝫ eſſet magn⁹ peccator Nā ipſe precepit geñ. 2. ca. Talem

actum per illa verba .ſ. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram: ⁊ hō nō poteſt fieri ſine peccato mortali: ergo precepit peccare. Et per pñs dñs deus eſſet valde mal⁹: qđ omnino nephandū eſt hāc rationē vt audiuit quidam iudeus medic⁹ eiuſdem ſinagoge expuit in faciem rabini quare ſciſma factum eſt inter eos dicente Rabino ipſi medico iudeo reſpōde ad autoritatē medicus aiebat malo fateri ignorantiam meā quā tam apertā dei blaſphemiā cōcedere. Et ſic cōfuſos ⁊ in propia malicia excecatos reliqui Alia autoritas habet Job .25. cap. ſcilicȝ. Non eſt ſine peccato infans vnius diei.

¶ Prima rō talis ē non eſt cōſentaneū rationi dñm deū cogere creaturā rationalē ad miſeriā: quā creauit ad beatitudinē adipiſcendā ſed ſi creaſſet naturā humanā in ſtatu: i quo modo eſt eā cogiſſet ad miſerias: ergo nō taliter eā creauit cō ſequētia tenet: q2 tūc eque principaliſ ordinaſſet eā ad btitudinē ⁊ miſeriam: qđ eſt impoſſibile. Scđa rō talis eſt. Nullū deteſtandū eſt ponendū in operibus cōditionis diuine: ſed paſſiones carnales ponunt in natura humana pro iſto ſtatu: ergo non taliter eā creauit dñs deus: maior patet per illud Moſis deuteronomij .32. dei perfecta ſūt opa. Tertia rō talis eſt ſumma pax nūq̄ producit rebellionē ſed dñs de⁹ eſt ſumma pax: ⁊ in natura humana p iſto ſtatu ſunt mirabiles rebelliōes iuxta illud apoſtol. ad Romanos .7 dicentis video aliā legē in mēbris meis repūgnātē legi mētis mee. ⁊c. Et ad Galatas .5. Caro cōcupiſcit aduerſus ſpūm ⁊ ſpirit⁹ aduerſus carnē: ergo dñs de⁹ nō produxit naturā humanā cū talib⁹ rebellionib⁹. Si dicas ꝙ tales rebelliones ſunt cauſa exercende virtutis ⁊ merēdi ſicut dicit Aug. in .12. cap. 19. lib. de ciuitate dei: contra hoc egregie replicat diuus Anſelmus in lib. Cur deus homo in natura humana ſunt multe ignorantie ⁊ errores qui non proſunt ſed potius nocēt: ergo de⁹ non produxit naturā hūanā cū talib⁹ ignorātijs ⁊ erroribꝰ. Quarta rō talis ē a ſumma bonitate nihil efficitur qđ ſit magis pronū ad malū quā ad bonū: ſed teſte dño deo Geneſis .8. cap. Sēſus ⁊ cogitatio cordis humani prona ſunt ab adoleſcētia ſua in malū: ergo dñs deus non pduxit naturā hūanā cū inclinatiōe ad malum. Quinta rō talis eſt dñs deus in principio non produxit naturā humanā mortalē ſed poti⁹ immortalē ⁊ nūc eſt mortalis: ergo nō eā talr produxit maior patet per illud ſapientie .1. cap. Qm̄ deus mortē nō fecit: nec delectabitur i perditione viuorum.

¶ Propt iſtas rationes et autoritates reſpōdet affirmatiue ad queſtionē. Hec reſpōſio fulcitur autoritatibus noui teſtamenti. Apoſtol. enī ad rom .5. ca. Inquit oēs in Adā peccauerūt: ⁊ ad rom .5. ſicut per vnū hoiem peccatū intrauit in mundū: ⁊ per peccatū mōrs: ita in oēs hoies mors pertrāſit in quos

peccauerūt. Et per vnius delictū oēs hoīes in eadē pdēnatione ſunt conſtituti. Et in .11. eiuſdē epl'e ait cōcluſit de⁹ oīa ſub peccato vt oīm miſereref. Et ad ephe. 2. Eramus eñ natura filij ire ſicut ⁊ ceteri patet ⁊ iſta pcluſio autoritate Aug. in epl'a ad Petrū ſubdiaconū: ⁊ recitatur in cap. firmiſſime de cōſecratiōe diſtin. 4. Et breuiter oēs doctores catholici idem omnino aſſerūt cum Auguſt.

¶ Contra iſtā concluſionē arguitur ſic omne cōpoſitū ex contrarijs eſt diſſolubile ⁊ corruptibile: ſ3 hō cōponif ex cōtrarijs: ergo hō eſt corruptibilis: hoc argumentū ſolū probat q̄ de⁹ produxit hoīem corruptibilē ex natura ſua: nihilomin⁹ ex grā habebat q̄ poterat nō corrūpi ſi voluiſſet proportionabiliter reſpōdetur ad autoritatē Augu. ſup Gen. dicētis q̄ Adā nō comedit de pomo eo q̄ crederet eſſe de⁹ ſed ne cōtriſtaret ſuas delitias .ſ. vxorem. Nā quāuis vxor adē erat cōtriſtabilis ex natura: attamen in poteſtate ſua habebat poſſe non contriſtari.

¶ Secundo arguitur ſic nō inconuenit hoīem incidere in multas miſerias ſine pctō: vt patet de Job ⁊ de ceco a natiuitate quē illuminauit ſaluator: ergo dñs deus produxit humanā naturā in principio cū miſerijs ⁊ calamitatibus.

¶ Ad hoc argumentū reſpondetur negando pñiam rō eſt: q2 oīa iſta prouenitut rōne peccati originalis. Nā ſi primus parēs nō peccaſſet ſine laboribus ⁊ erūnis peruemſſet ad gloriā eternā ſed poſtq̄ peccauit dñs ordinauit per multas penalitates erunnaſq3 puenire ad regnum celoꝝ iuxta illud Pauli ⁊ Barnabe actuū. 14. per multas tribulationes oportet intrare i regnū celorum.

¶ Tertio arguif ſic ſtatus patiendi eſt potior q̄ ſtatus innocētie ergo dñs deus cōdidit naturā hūanā in ſtatu: in quo eſt añs probatur expreſſa autoritate Pauli. 2. ad corinth. 12. dicentis virtus in infirmitate pficitur inſuper opera virtuoſa in iſto ſtatu ſūt difficiliora q̄ fuiſſent in ſtatu innocētie: g̃ ſunt laudabiliora. Ad hoc argumentū reſpondetur negando añs ſimpliciter ſed bene probatur q̄ ſit potior quo ad aliquid non tñ ſimpliciter. Nā licet in ſtatu innocentie non fuiſſet tāta difficultas: fuiſſet tñ maior dilectio dei ideo: q2 vires inferiores nō impediuiſſent rationem.

¶ Queritur ſecundo circa eandem diſtin. an decuit deū incarnari pro huius difficultatis ſolutiōe eſt aduertēdū quod illud decet: q̄d cōuenit alicui ſcd̄m rōnem proprie nature: vt ratiocinari cōuenit homini. Et teſte diuo Dioniſio in. 1. cap. de diuinis noībus natura dei eſt bonitas: ⁊ in. 4. cap. eiuſdē libri ad rōnē boni pertinet vt ſe alijs cōicet ⁊ ex cōſequenti ad rationē ſummi boni ſpectabit q̄ ſummo modo ſe alijs cōicet: quod maxime apparet p hoc q̄d naturā creatā ſic ſibi cōiungit vt vna perſona fiat ex tribus .ſ. verbo

anima. Et carne ſcðm Augu. in. 5. libro de trinitate.

¶ Iſto notato reſpondetur ad q. per vnicā ꝯñam que talis eſt valde decuit deū icarnari iſta: ꝯcluſio probatur a Damaſceno in pricipio ſui. 3. lib. per incarnationē mōſtrat ſimul bonitas: ſapientia: iuſticia: ꝛ potentia: ergo valde coueniēs fuit deū incarnari añs declaratur. Nā bonitas dei oſtenditur: qꝛ proprij plaſmatis nō deſpexit infirmitatē: iuſticia vero: qm̄ hoīe victo nō aliū fecit vincere tyrānū: neqꝫ vi eripuit hoīem a faucibus diaboli ſed iuſtiſſime ipum expoliauit a dn̄io quod habebat ſuper hoīem: quēadmodū Clotarius rex Francie expoliatus fuit a Romano pōtifice dn̄io quod habebat ſup Hyuitot: ideo qꝛ dn̄s Galterus de Hyuitot iniuſte fuit occiſus a prefato rege Francie in die veneris ſctā intra eccliaꝫ: ſic et ſaluator noſter verus homo iniuſte fuit occiſus a diabolo: idcirco peran dem legē iuſtū fuit ꝙ diabolus perderet dn̄ium quod ſup hoīem habebat: ſapientia oſtenditur: qm̄ difficilimi inuenit ſufficientiſſ. ſolutionē: potentia vero dei infinita monſtratur qm̄ nihil maius ꝙ̄ deū fieri hominē: igitur valde decuit deum incarnari.

¶ Contra iſtā ꝯſequentiā arguit ſic dn̄s de⁹ optime fuit ſemp ab eterno ꝛ ab eterno fuit ſine carne: ergo non decuit ipſum incarnari: ꝯña tenet qꝛ al's melius ſe haberet modo ꝙ̄ prius ꝛ per ꝯñs nō optime fuit ab eterno ſine carne hūana. Ad hoc argumentū reſpōdetur negando ꝯñam ꝛ ad probationē negatur aſſumptū ſꝫ bene infertur ꝙ meli⁹ eſt ipſi creature humane per talē vnionē: ꝙ̄ erat antea.

¶ Secūdo arguitur ſic deus ꝛ natura hūana non ſunt vnibilia: ergo nō decuit deū incarnari añs probatur inter vnibilia debet eſſe aliqua proportio: ſed nulla eſt proportio creatoris ad creaturā: ergo de⁹ ꝛ natura humana nō ſunt vnibilia. Ad hoc argumentū rn̄detur negando añs ꝛ ad probationē diſtinguit maior: vel de ꝓportione entitatiua ꝛ ſic negatur illa vel de proportiōe ordinis: qualis eſt inter agēs ꝛ patiens et vniens ꝛ vnitū: ꝛ ſic conceditur illa ꝛ negat minor: cōtra iſtaꝫ ſolutionē replicatur malitia nō pōt vniri deo: ergo neqꝫ corpus humanū: ꝯña probatur tm̄ diſtat corpus hūanū a deo quātū malicia a dn̄o deo: ergo ſi malicia nō poteſt vniri corpus hūanū nō poterit vniri deo. Ad hanc replicā rn̄detur negando ꝯñam ꝛ ad probationē iterū negat ꝯña rō eſt: qꝛ malicia importat deformitatem que formalr̄ repugnat dn̄o deo qui ē ſumma bonitas. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur illud qđ ſpectat ad cōtemptū ꝛ delectioneꝫ non decet deū: ſed carnē aſſumere que ē de limo terre formata dicit delectionē: ergo nō decuit deū icarnari. Ad hanc replicā rn̄detur negādo minorē ſꝫ bene dicit humiliationē in natura aſſumpta ꝛ maximā charitatē in deo oſtendit.

¶ Tertio arguitur ſic argumē

to volutianſ incõueniens eſt ꝙ ille
quē cœli capere nõ poſſunt cõtinea-
tur intra corpuſculũ. Uagientis in
fantię: ergo non decuit deũ incarna
ri aſis probatur: q2 tunc deus nõ co
gnoſceret ea quę fierent in mundo.
Ad hoc argumentum rñdet diuus
Auguſt. ꝙ nõ eſt intelligendũ deũ
talr̃ incarnari ꝙ deſinat eſſe ĩ cœlo
e vbiqꝫ. Et in hoc etiã fuit decept⁹
maledict⁹ Mahumet cũ ſuis ſeca-
cibus. Nã licet nos chriſtiani pona
m⁹ deũ eſſe incarnatũ: nõ tñ nega-
mus deũ eſſe vbiqꝫ. Et ꝗuis chr̃s
nõ ſit vbiqꝫ ſcd̃m humanitatē eſt tñ
vbiqꝫ ſcd̃m diuinitatē per eſſentiã
pręſentiã ⁊ potẽtiã. Cõtra iſtã ſolu
tionē arguitur illud nomē: qđ eſt ſu
per omne nomē ſolũ põt conuenire
vni naturę: ſed ſi deus eſſet incarna
tus tale nomē cõpeteret naturę hu-
manę: ergo non decuit deũ incarna
ri minor: probatur homo habꝫ tale
nomen qđ eſt ſuper omne nomē ra
tione vnionis hypoſtatice: ergo al-
teri conuenit tale nomen qđ eſt ſuꝑ
omne nomen. Ad hanc replicã reſ-
pondetur ꝙ quãuis concedat̃ ꝙ hõ
habeat illud nomen qđ eſt ſuper oē
nomē ibi hõ accipitur pro filio dei.
Nã hõ vt cõuenit filio dei tantũ va
let ſicut verbũ diuinũ ſuſtentãs na
turã humanã: ⁊ ideo nõ ſequitur ꝙ
alteri a ſe cõmunicet filius dei illđ
nomen: quod eſt ſuper oĩe nomē.

¶ Queritur tertio circa eandē
diſtin. quę res eſt vnio dei ad natu-
ram humanã pro huius difficultatiſ
enodatione eſt aduertēdũ ꝙ oēs do
ctores conueniunt in hoc. ſ. ꝙ talis
vnio nõn eſt habit⁹ creat⁹ ſiue gra
tificus: ſiue non gratificus rõ eſt: q2
talis habitus ęque principalr̃ fuiſ-
ſet productus a trib⁹ perſonis. Et
per ꝯñs nõ eſſet tunc maior rõ: cur
filius diceretur incarnatus potius
ꝙ̃ pater vel ſpũſſanctus: ideo diffi
cile eſt aſſignare q̃ res eſt talis vnio
⁊ diuus Thomas tenet ꝙ eſt rela-
tio quę reſpectu hũanitatis eſt rea
lis: ⁊ reſpectu dñi dei eſt relatio ra-
tionis. Doctor ſubtilis tenet ꝙ ē re-
latio realis diſquiperãtię. Et guil-
lelm⁹ occham tenet ꝙ eſt relatio ra
tionis ſimpliciter. Et dñi reales di
cunt propt̃ hoc ꝙ Guillelm⁹ occhã
princeps noĩaliũ fuit coactus fate
ri veritatē. ſ. ꝙ ſunt ponēdę relatio
nes: ſed in. i. ſñiaꝝ ponit modũ de-
fenſandi non eſſe ponendas relatio
nes: nõ tñ fuit auſus aſſerere ne re
putatus fuiſſet hęreticus. Attamē
Gregorius de Arimino ⁊ cõſequen
ter oēs noĩales recẽtiores poſt eum
negant tales relationes. Et ideo
cõſequẽter aſtruũt ꝙ talis vnio dei
ad humanitatē nihil aliud ē ꝙ̃ res
vnitę: ſcꝫ ipſe deus ⁊ ipſa hũanitas
qui vniũtur iuiceꝫ iſte oēs opiniões
ſunt probabiles ⁊ non poſſunt fieri
argumenta ꝯtra eas niſi illa quę fa
cta fuerunt in prędicamentis ⁊ me
taphiſicis: ideo ſuperuacaneũ duxi
illa repetere. Nã ſatiſ ac ſuꝑ fuerũt
illic diſcuſſa. Circa q̃ſtionē dubitat̃
an talis vnio ſit maxima vnionum.
Ad hoc rñdetur ꝙ eſt maxima vnio
dei ad creaturã quę põt eſſe. Unde
Auguſti. in. i. de trinitate aſſerit ꝙ
hõ potius eſt in filio ꝙ̃ filius in pa-
tre: ⁊ ſic patet ꝙ aliqua eſt vnio hu

manitatis ad filiũ dei: ſcʒ vnio perſonalis que nõ eſt: nec põt eſſe inter perſonas ad intra. Dubitatur. 2. an idẽ ſit vnio ⁊ aſſumptio hipoſtatica. Ad hoc reſpõdetur negatiue rõ eſt: quia ſumere dicit actionẽ. Et ideo ↄceditur bene ꝙ eſſentia diuina eſt vnita humanitati: non tñ cõceditur a catholicis qꝺ eſſentia diuina eſt aſſumpta ab humanitate.

¶ Queritur quarto circa eãdẽ diſtin. an ſi hõ non peccaſſet deꝰ incarnatus fuiſſet. Ad hanc difficultatem rñdet Alexander de Ales in 13. mẽbro. 3. q. 3. partis affirmatiue ⁊ fundatur eiꝰ reſpõſio in gloſa diui Bernardi ſuper illud Jone. 2. cap. Propť me ẽ orta tẽpeſtas: exponit em̃ diuus Bernardꝰ iſtud dictũ de chriſto ⁊ dicit qꝺ lucifer preuidit filiũ dei incarnãdũ: ⁊ ideo motus ẽ ex inuidia ↄtra hoĩem: ita ꝙ inuidia fuit cauſa caſꝰ diaboli ⁊ mouit ipſum diabolũ ad temptãdũ hominẽ vt peccaret: ⁊ ſic filius dei nõ incarnaretur. Ex quibus verbis patet qꝺ lucifer ante lapſum hoĩs preuidit vnionẽ diuine nature cũ hũana ⁊ intellexit ipſum lapſum hoĩs: vt quoddã impedimẽtũ vnionis nature diuine cũ humana: ideo ipſum lapſum totis viribꝰ procurauit. Ex quibꝰ oĩbus videtur ſequi qꝺ quãuis hõ nõ peccaſſet dñs deꝰ adhuc incarnatus fuiſſet.

¶ Contra iſtã opinionẽ arguitur autoritate eccleſie in prefatiõe cerei paſchalis cantetis. Nihil naſci profuit niſi redimi profuiſſet: ergo inutilis ẽ incarnatio niſi ſequta fuiſſet redẽptio: ſed ſi natura humana nõ fuiſſet lapſa non eſſet redẽpta: ergo ſi natura humana nõ eſt lapſa nullus eſt fructus incarnationis: ⁊ per ↄñs ſi hõ non peccaſſet deus incarnatus non fuiſſet. Ad hoc argumentũ rñdetur a dño Alexãdro qꝺ autoritas eccleſie intelligitur ſuppoſito peccato primi parentis ſiue lapſu. Nã certũ eſt qꝺ illo ſuppoſito natiuitas nõ profuiſſet nobis ſi non redemiſſet nos.

¶ Secundo arguitur ſic apoſtol. ad Galat. 4. ponit peccatũ primi hoĩs eſſe cauſam incarnationis ⁊ magiſter allegat in prologo huiꝰ tertij libri: ergo ſi talis cauſa non fuiſſet deus incarnatus non fuiſſet inſuper Aureliꝰ auguſtinꝰ, ſup illꝺ Luce. 19. cap. Venit filiꝰ hoĩs querere ⁊ ſaluũ facere qꝺ perierat. ait: ſi hõ nõ peccaſſet filius hoĩs nõ veniſſet; ſimilr̃ ⁊ gloſa ſuper illud verbum. 1. ad Timotheũ. 1. cap. Chřs venit in hũc mundũ vt peccatores ſaluos faceret: iquit nulla cauſa veniendi fuit xp̃o dño: niſi vt peccatores ſaluos facere et tolle morbos tolle vulnera nulla eſt cauſa medicine: ergo ſi primus parens nõ peccaſſet deus incarnatus non fuiſſet. Ad oẽs iſtas autoritates ⁊ ſimiles vnico verbo rñdetur. ſ. qꝺ intelligũtur qꝺ deus non aſſumpſiſſet naturam humanã paſſibilẽ ſi primꝰ parens non peccaſſet: attamen bene fuiſſet icarnatꝰ i carne impaſſibili.

¶ Tertio arguitur tota cauſa: cur deus eſt incarnatus eſt pecca-

tum pꝛimi parētis:qꝛ fuit remedia
bile:ergo opinio nullā aſis pꝛobat
ab oibus doctoꝛibus dꝛ qꝺ deꝰ nō
aſſumpſit naturā angelicā : qꝛ pec-
catū angeli non erat remediabile:
aſſumpſit tñ naturā hūanā:qꝛ pec-
catum hois erat remediabile:ergo
peccatū pꝛimi parentis eſt totalis
cauſa incarnationis. Ad hoc argu-
mentū rñdetur negando aſis : ⁊ ad
pꝛobationē negatur ɔña ⁊ rō eſt: qꝛ
illa nō eſt totalis cauſa ſed bene eſt
vna cauſa partialis. Contra iſtā ſo
lutionē arguit:ſi deus aſſumpſiſſet
naturā humanā ante lapſuʒ pꝛimi
hois vl'hoc fuiſſet pꝛopt dignitatē
hois vel pꝛopt neceſſitatē non pōt
dari pꝛimū : qꝛ natura angelica eſt
dignioꝛ:⁊ per ɔñs potiꝰ aſſumpſiſ
ſet naturā angelicā quā hūanā: nec
pōt dari ſcdm:qꝛ tūc nullū erat pec
catū ex hypotheſi :ergo nulla erat
neceſſitas:⁊ per ɔñs deꝰ nō fuiſſet
tunc incarnatus. Ad hāc replicā reſ
pōdetur negādo aliquod illoꝝ quę
aſſumunt in maioꝛi:ſed ideo incar
natus fuiſſet : vt dñs deꝰ oſtēdiſſet
aliquē effectū infinitū:⁊ per ɔñs vt
manifeſtaret ſuā omnipotentiam.

¶ Alia eſt opinio diui Thome
⁊ diui Bonauenturę tenētiū partē
negatiuā. ſ. qꝺ deus non fuiſſet in-
carnatus ſi pꝛimus parens nō pec
caſſet. Nā fundamentū iſtoꝝ docto
rum eſt tale:qꝛ illa quę emanant a
voluntate diuina ſupꝛa omne debi
tum creaturę rōnalis nō poſſunt no
bis innoteſcere:niſi per ſacrā pagi
nam per quā volūtas diuina nobis
innoteſcit:ſʒ in ſacra pagina vbiqꝫ
traditur qꝺ cauſa incarnationis eſt
peccatū pꝛimi parentis:ergo ſi pꝛi
mus parens non peccaſſet deꝰ non
fuiſſet incarnatus.

¶ Contra iſtā opinionē argui-
tur autoꝛitate Aurelij Augu. in li.
de ſpū ⁊ aia dicentis: totū hominē
aſſumpſit vt totū hoiem beatifica-
ret:ſed hō erat beatificādus qꝛuis
pꝛimus parens nō peccaſſet :ergo
deus incarnatus fuiſſet quāqꝫ pꝛi-
mus parens nō peccaſſet. inſuper
in. 15. de trinitate aſſerit qꝺ multę
ſunt alię cauſę incarnatiōis pꝛęter
reſtaurationē naturę humanę. Ad
hoc argumentū rñdetur qꝺ beatitu
do hois non eſt cauſa pꝛicipalis in
carnationis ſed bene eſt cauſa mi-
nus pꝛicipalis. Et de tali cauſa mi
nus pꝛincipali intelligitur authoꝛi
tas Aug. ſilr ⁊ alia autoꝛitas eiuſdē

¶ Secundo arguitur ſic gloſa
ſuper illud ad Hebꝛęos. 2. nuſqꝫ an
gelos appꝛehendit:dicit:non ange
licę naturę data eſt hęc dignitas: vt
diuina perſona ei vniretur ſed hu-
manę naturę:ergo quāuis pꝛimus
parens nō peccaſſet deꝰ incarnatꝰ
fuiſſet ɔña pꝛobatur:qꝛ teſte philo
ſopho nr̄o fruſtra eſt potentia q̄ nō
reducitur ad actū. Ad hoc argumē
tū rñdetur negando ɔñam ⁊ ad pꝛo
bationem dico qꝺ maxima philoſo
phi intelligitur:qñ tp̄s aut locus il
lud requirit modo ſi pꝛimus parēs
non peccaſſet:neqꝫ tp̄s:neqꝫ locus:
neqꝫ aliquid aliud requirebat taleʒ
īcarnationē. Cōtra iſtā ſolutionē ar
guitur eccleſia fuiſſet tunc: quāuis

primus parens nō peccaſſet ⁊ eccle
ſia requirebat talē incarnationē: er
go ſolutio nulla minor probatur ſe
queretur q̄ꝺ fuiſſet acephala.i.ſine
capite ꝯñs eſt abſurdū: ergo ſeque
la probatur teſte Aurelio Auguſti.
ſuper Joānem filius dei eſt caput
eccleſie ſcōm humanitatē: ſed tunc
nō habuiſſet humanitatē: ergo tūc
non fuiſſet caput eccle. Et per ꝯñs
eccleſia eſſet tunc acephala. Ad hāc
replicā reſpondetur negādo mino/
rem ⁊ ad probationē negatur ꝯña
nō eſt: q̄ꝛ filius dei nō ſolū eſt caput
eccleſie quo ad humanitatē ſꝫ etiā
quo ad diuinitatē: ⁊ ſic licet tunc nō
fuiſſet filius dei caput eccleſie ſecū
dū humanitatē: fuiſſet tñ caput ec/
cleſie ſecūdū diuinitatē. Cōtra iſtā
ſolutionē arguit. Adā ante lapſum
quando dixit illa verba. Gen.2.ca.
Hoc nunc os ex oſſibus meis.⁊c.
Scdꝫ oēs doctores cognouit miſte
rii incarnatiōis: ergo peccatū nul
lomodo eſt cauſa incarnatiōis. Ad
hanc replicā r̄ndet negando ꝯñam
nō eſt: q̄ꝛ licet dñs deus reuelauerit
primo parēti effectū. ſ. miſteriū in/
carnationis: nō tñ reuelauit ei cau/
ſam illius effectus. ſ. peccatū ipſi⁹
Cōtra iſtā ſolutionē arguit: ſeque/
retur q̄ꝺ prim⁹ parens reportaſſet
cōmodum de ſua malicia ꝯñs vide
tur abſurdū: ergo ſequela patet ſi
non peccaſſet primus parens deus
nō fuiſſet incarnatus: ⁊ q̄ꝛ peccauit
deus fuit incarnatus: ergo reporta
uit cōmodū de ſua malitia. Ad hoc
reſpondetur q̄ꝺ benignitas ⁊ mia
dñi dei fuit cauſa principalis incar
nationis voluit eñ oſtendere dñs
de⁹ illud apoſtol ad Rom. vbi abū
dauit delictū ſuperabūdauit ⁊ gr̄a.
Nec incōuenit q̄ꝺ de per accidēs re
portauerit cōmodū ſicut dictū ē ſu
peri⁹. Contra iſtā ſolutionē arguit
ante lapſum matrimoniū fuit inter
Adā ⁊ Euā ⁊ tale matrimoniū ſecū
dum apoſtol. ad ephe.5.cap. ſignifi
cabat cōiunctionē chriſti cū eccleſia
ergo quāuis primus parēs nō pec
caſſet adhuc fili⁹ dei incarnat⁹ fuiſ
ſet. Ad hanc replicā r̄ndetur q̄ꝺ ma
trimoniū primorū parētū duplicē
cōiūctionē ſignificabat vnā quo ad
q̄ ad charitatē ⁊ alterā q̄ ad hūani
tatē: ⁊ ppterea ꝯña nō valet. Nā licꝫ
filius dei nō fuiſſet tūc vnitus eccle
ſie quo ad humanitatem fuiſſet tñ
vnitus quo ad charitatem.

¶ Tertio arguitur ſic ad omni
potētiā diuine virtutis pertinet vt
opera ſua perficiat ⁊ ſe manifeſtet
per aliquē effectū infinitū ſed nul/
la pura creatura pōt dici effectus in
finit⁹: ſed in ſolo opere incarnatio/
nis videtur manifeſtari īfinit⁹ effe
ctus: in quo maxime videtur perfi
ci vniuerſum p hoc q̄ꝺ vltima crea/
tura q̄ eſt hō ꝯiūgit primo pn̄cipio
ſ. deo: ergo quāuis prim⁹ parēs nō
peccaſſet: adhuc deus incarnatus
fuiſſet. Ad hoc argumentū r̄ndet q̄
dñs deus ſatis monſtrauit ſuā om
nipotentiā in hoc q̄ꝺ oīa ex nihilo
creauit. Et ideo nō ſequitur q̄ꝺ dñs
deus debebat incarnari ad oſtendē
dam ſuā oīpotentiā. Cōtra iſtā ſo/
lutionē arguitur deus pater ab eter
no preuidit ⁊ predeſtinauit filium
ſuū icarnādū: ergo quāuis pm⁹ parēs

non peccaſſet: filius dei incarnatio
nis fuiſſet ꝯña probatur: qꝛ al's ſeq
retur qꝺ pꝛ̨deſtinatio dei non eſſet
certa qꝺ eſt abſurdū. Ad hāc repli
cā rñdetur negādo ꝯñam: ꝛ ad pꝛo
bationē nego ꝙ ſequatur illud. ſ. ꝙ
pꝛ̨deſtinatio dei non ſit certa. Nā
ſi ab ęterno deus pater ſciuit filiū
ſuū incarnandū: ita etiā ab ęterno
ſciuit Adā peccaturū: ꝛ poſito quod
Adā non peccaſſet: negandū eſt tūc
qꝺ deus pater pꝛ̨ſciuit filiū ſuum
incarnandū: immo tūc pꝛ̨ſciuiſſet
oppoſitū. ſcilicet filiū ſuū non foꝛe
incarnandū. Circa iſtā. q. dubitatᷣ
an deus pꝛicipalr̃ ſit incarnatꝰ pꝛo
pter peccatū oꝛiginale vl' actuale.
Ad hoc rñdetᷣ qꝺ pꝛicipalr̃ eſt incar
natꝰ deꝰ ꝓptᷣ pctm̄ oꝛiginale reſ-
picit: rō ē: qꝛ ocs: actuale ſolū reſpi
cit vnā ſingularē perſonā: et bonū
cōmune teſte philoſopho nr̃o eſt bo
num diuinū qꝺ pꝛeferendū eſt par
ticulari: ideo pꝛicipaliter ꝓptᷣ bo
num naturę humanę deus eſt incar
natus minus vero pꝛicipalr̃ ꝓpe
bonū particulare. Dubitatur. 2. an
incarnatio debebat fieri in pꝛicipio
vel in fine mundi. Ad hoc rñdetur
negatiue: ſed circa medietatē iuxta
illud Abacuch. 3. cap. In medio an
noꝝ notū facies. ſ. Chꝛiſtuꝫ rō eſt
quia ſi in fine facta fuiſſet incarna-
tio paucis aut nullis pꝛofuiſſet. Et
ſi in pꝛincipio fuiſſet facta iā nulla
eſſet fides ꝓptᷣ ea cōuenientiſſi
me facta eſt icarnatio circa mediū
annoꝝ mundi quāuis vltra mediū
vt dicit apoſtol. ad Galat. 4. capi.
Dubitatᷣ. 3. an fuit neceſſariū ad rei
parationē gñis hūani deū incarna
ri pꝛo huius dubij ſolutione eſt ad-
uertendū qꝺ neceſſariū capitur bi
fariā. Unomodo ſine quo aliqs nō
pōt eſſe ſic ꝛ cibꝰ eſt neceſſariꝰ hoī
qa ſine cibo nō pōt hō viuere. Alio
modo dicitur neceſſariū per quod
melius ꝛ cōuenientius peruenitᷣ ad
finē: vt equus eſt neceſſariꝰ ad iter
faciēdū: nihilominꝰ ſine eo bñ poſ
ſumus iter facere: iſto notato rñdetᷣ
negatiue ad dubiū: ſi capitᷣ li neceſ
ſariū pꝛimo mōſi vero capiatᷣ ſcꝺo
mō li neceſſariū rñdetᷣ affirmatiue.

C Queritur quinto circa eādē
diſtin. an ſolus filius dei naturā hu
manā ſibi vniuit hipoſtatice ſiue in
vnitatē ſuppoſiti: pꝛo huiꝰ difficul
tatis elucidatiōe eſt notādū qꝺ na
tura nō capitᷣ in pꝛopoſito pꝛo alte
ra parte cōpoſiti naturalis. ſ. ꝑ ma
teria vel foꝛma ſicut capit philoſo-
phus noſter in. 2. phiſicoꝝ. Nęc ca-
pitur etiā pꝛo natura cōi: quam po
nūt domini reales ſed capitur pꝛo
re quę nō ſolū habet eſſe obiectiuū
in aīa ſed habet eſſe reale ꝛ ſic natu
ra in iſto libꝛo nihil aliud eſt ꝙ̃ res
realiter ꝛ actualiter exiſtens. Et
ſic quęlibet res mundi: quę realiter
ꝛ actualiter exiſtit dicitur natura ꝛ
ex conſequenti quodlibet accidens
dr̃ natura vt albedo ꝛ nigredo: ꝛ ſic
de alijs. Suppoſitū ſic diffinitur ē
ens cōpletū non ſuſtentatū ab alio
nec natū alteri inhęrere aut alterū
infoꝛmare per pꝛimā particulā. ſcꝫ
per li ꝯpletū excludūtᷣ ocs partes
ꝛ ſic bꝛachiū nō eſt ſuppoſitū: necꝫ
caput: necꝫ pes: ꝛ ſic de alijs per ſe
cundā particulā excluditur humani

tas Chriſti. Nã licet ſit ens cõple-
tum non tñ eſt ſuppoſitũ: quia ſuſtẽ
tatur ab alio. ſ. a verbo diuino per
tertiã particulã excluduntur accidẽ
tia in ſacramento altaris: ⁊ quod
libꝫ aliud accidẽs ꝑ penultimã par
ticulã excluduntur oẽs aię ⁊ formę
Perſona ſic diffinit a Boetio in li
bro de duabus naturis cõtra Neſto
rium. Eſt rõnalis naturę idiuidua
ſbã. Et a Ricardo de ſancto victo-
re deſcribit qꝺ eſt intellectualis na
turę incõmunicabilis ſbã: ſed reue
ra breuius ⁊ clariꝰ deſcribit a Guil
lelmo occham. ſ. perſona eſt ſuppo
ſitũ intellectuale. ⁊ per illã particu
lam intellectuale excludunt boues
⁊ cetera aĩalia bruta. Nã licet ſint
ſuppoſita non tñ habent intellectũ
⁊ ideo non ſunt perſonę. Ex iſtis pa
tet qꝺ oĩs perſona eſt ſuppoſitũ: ⁊
omne ſuppoſitũ eſt natura: non tñ
e diuerſo hipoſtaſi greće: latine idẽ
eſt: qꝺ ſuppoſitũ: ⁊ ideo vniri hipo
ſtatice nihil aliud eſt quã vniri i vni
tatẽ ſuppoſiti. Et ſi quęras quid eſt
perſonã vniri alicui rei in vnitateꝫ
ſuppoſiti. Reſpondetur ꝙ eſt talr
vniri illi rei: ꝙ ſi talis res eſſet ſepa
rata a tali perſona eſſet ſuppoſitũ.
Ex iſta diffinitiõe ſequit ꝙ vbũ di
uinũ i triduo nõ vniebat aię aut cor
pori in vnitatẽ ſuppoſiti rõ eſt: quia
ſi aĩa eſſet ſeparata a verbo diuino
nõ eſſet ſuppoſitũ ſilr: neqꝫ corpus
eſſet ſuppoſitũ. Sequitur. 2. ꝙ im-
poſſibile eſt deũ aſſumere aliqꝺ ac
cidẽs in vnitatẽ ſuppoſiti rõ eſt: qꝛ
accidens non põt eſſe ſuppoſitũ.

¶ Iſtis notatis reſpõdetur ad
queſtionẽ per tres cõcluſiões. Quo
rũ p̓ma eſt iſta. Filiꝰ dei naturã hu
manã ſibi vniuit iſta: ꝯcluſio patet
per illꝺ Ioã. 1. Et verbũ caro factũ
eſt. 2. ꝯcluſio eſt iſta filiꝰ dei naturã
humanã ſibi vniuit hipoſtatice iſta
cõcluſio ꝓbatur: ſi humanitas eẽt
ſeparata a verbo diuino eſſet ſuppo
ſitũ ⁊ eſt ipſi verbo vnita: ḡ eſt vni
ta hipoſtatice. Tertia ꝯcluſio ẽ iſta
ſolus filius dei eſt incarnatꝰ iſta cõ
cluſio teſte Aurelio Augu. in libris
de trinitate nõ põt alia via probari
niſi autoritate ſanctę matris ecclię
iſta docentis nos oẽs chriſtianos.

¶ Cõtra primã concluſionem
arguitur ſic ſequeretur ꝙ filius dei
eſſet cõpoſitus ꝯñs eſt abſurdũ: qa
deꝰ eſt ſpũs indiuiſibilis: ergo cõ-
cluſio falſa: ſequela probatur filius
dei eſt vnitus humanitati: ergo ex
filio dei ⁊ hũanitate reſultat quod-
dam cõpoſitũ. Ad hoc argumentũ
rñdetur negando ſequelã ⁊ ad pro-
bationẽ negatur ꝯña: rõ eſt: quia ꝑ
hoc ꝙ filius dei incarnatur nullum
ens incipit eſſe. Et ſi nunc filiꝰ dei
relinqueret humanitatẽ: nullũ ens
deſineret eſſe. Et in hoc fuit decep
tus Gregorius de Arimino: qui cõ-
cedit in reſponſionibꝰ ad. 17. ⁊. ad
18. argumenta. 2. q. 28. diſtin. 1. ſen-
tentiaꝝ: iſtas propoſitiones. ſ. filiꝰ
dei ⁊ humanitas ſunt vna perſona
filiꝰ dei ⁊ humanitas ſunt Chriſtꝰ
quę ambe ſunt hereticę. Cõtra iſtã
ſolutionẽ arguitur i ſimbolo Atha-
naſij aprobato in cõcilio. Niceno ꝑ
ſanctam matrem eccleſiã habet ſi-
cut aĩa rationalis ⁊ caro vnꝰ eſt hõ.

Ita deus ⁊ hō vnus Chriſt⁹: ergo ſicut hō cōponit ex carne ⁊ aīa: ita Chriſtus ꝯponitur ex deo ⁊ hūanitate. Ad hanc replicā rńdetur negādo ꝯñam: rō eſt: q2 li ſicut nō dicit oīmodā ſimilitudinē ſ3 aliqualē videlicet ꝙ ſicut ad hoīem requiruntur caro ⁊ aīa: ita etiā ad Chriſtu3 requiruntur diuinitas ⁊ hūanitas: alias non erit Chriſt⁹ niſi habeat diuinitatē ⁊ hūanitatē. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur: ſequeret ꝙ iſti duo termini hō ⁊ nō hō verificarētur de filio dei: ſed reſpōſio huius patet ex logica.

¶ Secundo arguitur cōtra tertiam concluſionē pater ⁊ ſpūſſctūs ſunt incarnati: ergo non ſolus fili⁹ eſt incarnat⁹ aīs probat teſte Aurelio Auguſt. in. 1. ⁊. 12. libris de trinitate: opera trinitatis ad extra ſūt indiuiſa: ita ꝙ quidquid facit filius facit pater ⁊ ſpūſſanctus ⁊ ecōuerſo: ergo ſi filius eſt incarnatus: pater ⁊ ſpūſſanct⁹ ſunt incarnati. Ad hoc argumentū rńdet negādo aīs ⁊ ad probationē negatur ꝯña: rō ē quia licet ad incarnationē filij tātū fecerint pater ⁊ ſpūſſanct⁹ ſicut filius: nō tñ oportet ꝙ pater ⁊ ſpūſſanctus ſunt incarnati: rō eſt: quia filius ſolus vnitur humanitati ⁊ nō pater nec ſpūſſanctus: ⁊ datur manifeſta inſtantia. Nā ſi duo iuuent Platonē ad induendū veſtē: tunc tñ faciunt ipſi ſicut Plato: immo eſt poſſibile ꝙ Plato nihil faciat: ⁊ tñ Plato erit indut⁹ ⁊ illi qui iuuant nōn erūt induti. Contra iſta3 ſolutionē arguitur pater ⁊ fili⁹ ſūt vnū iuxta illud. Joānis. 10. Pater ⁊ ego vnū ſumus: ergo ſi filius eſt incarnatus filius eſt incarnat⁹. Ad hanc replicā rńdet negando ꝯñam certū enī eſt ꝙ pater eſt ingenitus ⁊ filius eſt genitus: ⁊ tñ ſunt vnum ideſt vna eſſentia. Contra iſtā ſolutionē arguitur vna perſona in diuinis nō pōt cognoſci vel amari ſine alia: ergo non pōt vna incarnari ſine alia: ꝯña tenet: quia nō videtur maior rō de vno ꝗ̄ de alio. Ad hāc replicā rńdetur negando ꝯñam: ⁊ ad pbationē negatur ꝙ non ſit maior ratio de vno ꝗ̄ de alio: ⁊ datur rō a doctoribus ſiue diſcrimē: quia aīs habemus ex fide catholica iuxta illud ſaluatoris Philippe: qui videt me videt ⁊ prē3: ⁊ ſi cognoſceretis me: vtiqꝫ patrē meū cognoſceretis. ⁊c. Et oppoſitu3 ꝯñtis habemus ex fide: pōt tñ dari alia rō. ſ. ꝙ ſi perſonę cognoſcūtur aut amanē cognoſcuntur vel amātur ſub eadē rōne boni vel veri: ⁊ eadē eſt bonitas ⁊ veritas in tribus perſonis idcirco nulla ea3 poteſt cognoſci aut amari ſine alia: ⁊ nō ita eſt de incarnatione quia non eſt eadē rō terminandi illā dependentiā hūanitatis ad diuinitatē in trib⁹ perſonis. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur pater eſt ita pręſens humanitati ſicut filius ſuus: ergo ſi filius eſt incarnat⁹: pr etiā eſt incarnatus: aīs patet de⁹ pater eſt vbiqꝫ per eſſentiā pręſentiam ⁊ potentiā: ⁊ ſpecialiter eſt in aīa Chriſti per gratiā: ergo de⁹ pater eſt ęque pręſens hūanitati chriſti ſicut filius ſuus. Ad hāc replicā rńdetur negādo ꝯñam: rō eſt: quia

fili⁹ cōicat ſua idiomata hōmini nō autē deus pater. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur ſequeret̄ ꝙ aliquid faceret filius ꝙ non faceret deus pat̄ ꝯñs eſt abſurdū: ergo ſequela ꝓbatur: filius aſſumpſit humanitatē: ꝛ pater non ſibi aſſumpſit humanitatem: ergo aliquid fecit filius, quod non fecit pater. Ad hanc replicā reſpondet̄ negando ſequelā: ꝛ ad probationē negatur ꝯña: rō eſt: qa de⁹ pater tantū fecit in aſſumptione filij reſpectu hūanitatis ſicut ipe fili⁹

¶ Tertio arguitur: ſi filius dei eſſet incarnat⁹ ſequeretur ꝙ eſſentia diuina eſſet incarnata: ꝯñs ē falſum: ergo ſequela ꝓbatur eſſentia diuina ē vnita humanitati: ḡ eſſentia diuina eſt incarnata: ꝯña tenet: quia propt̄ eandē cauſam filius dei dr̄ eſſe incarnatus. ſ. quia filius dei eſt vnit⁹ humanitati. Ad hoc argumentum rñdet quidā doctor neotericus negādo ſequelā ſed nō rñdet ad ꝓbationem. Nec reſpexit Damaſcenū qui in. 3. ſnīaꝝ illā cōcedit: ꝛ allegat diuū Athanaſiū: ꝛ diuum Cyrillū illā cōcedentes pariforma diu⁹ Thomas in. 3. parte ſuę ſummę illā ꝯcedit. Propt̄ ea rñdeo ad argumentū concedendo ſequelā ꝛ negando minorē. Et ſi probes eſſētia diuina eſt incarnata: ergo eſſentia diuina patitur: ꝯñs eſt falſum: ḡ ꝛ añs. Ad hoc negatur ꝯña ſicut nō ſequitur: eſſentia diuina amat̄ a bono Chriſtiano: ergo eſſentia diuina patitur.

¶ Querit̄ ſexto an pater ꝛ ſpiritusſanct⁹ potuerint incarnari: pro huius. q. intelligentia eſt aduertendum ꝙ aſſumptio duo dicit ſiue importat. ſ. actū aſſumētis ꝛ terminū aſſumptionis principiū actus aſſumendi ſiue cauſa efficiens eſt virt⁹ diuina: quę cōmunis eſt tribus perſonis terminus autē aſſumptionis eſt perſona in cōi: ꝛ qa pater ꝛ ſpiritus ſanctus ſunt perſonę: ſequitur manifeſte ꝙ poſſunt terminare aſſumptionē alicuius naturę createę. Iſto notato rñdetur ad. q. affirmatiue. Iſta concluſio probatur: quia pater ꝛ ſpūſſanctus hñt oīa requiſita ad incarnationē cū ſint perſonę potentes terminare huiuſmodi aſſumptionē: ꝛ per ꝯñs poſſūt pater ꝛ ſpirituſſanctus incarnari.

¶ Contra iſtā reſponſionē ſiue concluſionē arguitur ſic ſi pr̄ poſſet incarnari: tunc pater eſſet fili⁹: ꝯñs eſt falſum: ergo cōcluſio nulla añs probatur pro minori parte ſequeretur ꝙ in diuinis eſſēt duo filij ꝯñs videtur eſſe abſurdū ergo. Ad hoc argumentū rñdetur negādo ſequelam ſimpliciter: nā pater pōt creare vnā humanitatē de nouo ꝛ illā ſibi vnire: ꝛ tunc certuꝫ eſt ꝙ nullius eſſet creaturę filius ipſe pater: ſed dato conſequente ꝙ pater ſit filius ita ꝙ incarnetur eodē mō ſicut verbum diuinū ex puriſſimis ſanguinibus alicuius virginis negatur minor: ꝛ ad probationē cōcedo ꝙ tūc pater eſſet filius: ſed nōn eſſet fili⁹ alicuius perſonę diuinę: ſed bñ eēt filius illius virginis: ex cuius ſanguinibus aſſumpſiſſet humanitatē Nec inconuenit ꝙ ſit pater quo ad

diuinitatē: ⁊ filius quo ad humani tatē. ¶Contra iſtā ſolutionē replicat ſequeretur ꝙ pat poſſet mitti ꝯñs eſt hereticū: ergo ſolutio nulla: ſeq̃la probatur pater põt incarnari: ergo põt mitti ꝯña tenet: quia filium incarnari eſt filiū mitti. Ad hãc replicā rñdetur negando ſequelā ⁊ ad probationē negatur ꝯña: ⁊ ad pbationē cõcedo ꝙ filiū incarnari eſt filiū mitti: ſed incarnari ⁊ mitti non ſunt termini ſinonymi: q2 mitti importat ꝙ ſit ab alia perſona: mõ pater nõ procedit ab alia pſona: ideo pater nequit mitti: ſed bene fili⁹ ⁊ ſpũſſanctus poſſunt mitti: quia ambo procedũt a perſona patris. ¶Cõtra iſtā ſolutionē arguitur per incarnationē hoīes aſſequti ſũt adoptionē filioꝝ dei: iuxta illud apoſtol. ad rom. 8. Non accepiſtis ſpũm ſeruitutis: ſed ſpũm adoptionis filioꝝ: ſed filiatio adoptiua ē ſimilis filiationi naturali: quę non conuenit patri nec ſpirituiſancto: ergo pater ⁊ ſpũſſanctus non poſſunt incarnari Ad hanc replicā rñdetur negando ꝯñam: rõ eſt: q2 ſi ſolus pater eſſet incarnatus adhuc aſſecuti fuiſſem⁹ adoptionē filioꝝ dei: rõ eſt: q2 tunc pater ſcḋm hũanitatē ēet fili⁹ adoptiuus ſui ipius ꝓm diuinitatē. ¶Cõtra iſtā ſolutionē replicatur ꝙ ē propriū vni perſonę non põt alteri perſonę cõuenire: ſed incarnari eſt propriū filio: ergo non poteſt cõuenire patri aut ſpũiſancto. Ad hanc replicā rñdetur diſtinguẽdo maiorem vel de proprio. 4. mõ. ⁊c. ¶Conceditur illa ⁊ negatur minor: vel loquendo de proprio. 1. aut. 2. mõ. ⁊c. Negat illa maior. Immo ſi ſol⁹ pr̃ fuiſſet incarnat⁹ tũc icarnari fuiſſet ppriū patri: ⁊ nõ filio nec ſpũiſctõ.

¶ Contra primam cõcluſionez arguitur: ſic ſãcti patres meruerũt opus incarnationis: ergo prima cõcluſio falſa añs probatur ſancti patres meruerunt de condigno beatitudinem ꝛ beatitudo nequit haberi ſine opere incarnationis: ergo meruerũt opus incarnationis. Adhoc argumentũ rñdetur negãdo añs: ꝛ ad probationem negatur ꝯña: ꝛ datur inſtantia. ſancti eñ patres meruerunt beatitudinem de cõdigno: ꝛ beatitudo nequit haberi ſine pma gratia: ergo ſãcti patres meruerũt primã gratiam de condigno.

Si perſona vel natura pſonaz vel naturã aſſumpſit. ꝛ ſi natura dei incarnata ſit.

Diſtinctio V.



Preterea inquiri oportet cum ex pmiſſis cõſtet verbuz dei carnem et animam ſimul aſſumpſiſſe in vnitatẽ pſone. quid hoꝝ potius concedendũ ſit ſcz ꝙ pſona pſonaz. vel natura naturam. vel pſona naturã vel natura pſonã aſſumpſerit. et an ita conueniat dici diuinã naturam eſſe incarnatã: ſicut deus incarnatus et verbũ incarnatuz ſane dicit. Hec inq̃ſitio ſiue querendi ratio. iuxta ſacraꝝ autoritatũ teſtimonia ꝑtim implicita atq3 ꝯplexa. ꝑtim vero explicita

eſt et apta. Certum eſt em̄ ⁊ ſine
ambiguitate verũ ꝙ nõ natura
pſonã. nec pſona pſonam. ſed p
ſona naturã aſſumpſit. quod ſan
ctorũ ſubditis comprobat teſti
monijs ⁊ aſtruitur documẽtis.
Ait em̄ Auguſti. in li. d fide ad
petrũ. Deus vnigenitus dum
cõciperet veritatem carnis acce
pit ex virgine. et cum naſceret in
tegritatem vginitatis ſuauit in
matre. et paulo poſt. Sic deus
humanã naturã in vnitatem p
ſone ſuſcepit. q ſe humiliãs p mi
ſericordiam incorrupte virginis
vterũ ex ea naciturus impleuit.
Formã ergo ſerui. id eſt naturaꝫ
ſerui in ſuam accepit ille deus p
ſonam. Item Deus verbũ nõ
accepit pſonam hominis ſed na
turaꝫ. Itẽ. Dei filius vnigenitꝰ
vt carnẽ hoĩs animãq munda
ret ſuſceptione carnis animeq
rationalis incarnatus eſt. His
alijſq pluribus autoritatibus
euidenter oſtendit. nõ natura p
ſonam. nec pſona perſonam. ſed
perſonam naturam accepiſſe. De
quarto vero queſtionis articulo
vtrum ſcilicet natura naturam a
ſumpſerit: ſcrupuloſa etiã inter
doctos queſtio eſt. Quia et in
hoc plurimum diſſentire vidẽtur
qui autoritate preclari. alijs doc
tores in ſacra pagina extiterunt
nec tantum alij ab alijs. verũ etiã
idem a ſeipſis diſſonare videntur
ſicut ſubiecta capitula docent. le
git enim i cõcilio toletano. viij.
traditum ſic. Solum verbũ ca
ro factũ eſt: et habitauit in nobis
et cũ tota trinitas operata ſit for
mationẽ ſuſcepit hominis. quo
niam i ſeparabilia ſunt opera tri
nitatis. ſolus tamen filius acce
pit hominem in ſingularitateꝫ p
ſone. non vnitatem diuine natu
re. id eſt quod eſt proprium filij
non quod cõmune eſt trinitati.
Itẽ in concilio. xj. toletano. V
nius ſubſtantie credimus deuꝫ
patrem et filium et ſpiritũſanctũ
non tamen dicimus vt huius tri
nitatis vnitatem Maria virgo
genuerit. ſed tantum filium qui
ſolus naturam noſtram in vni
tateꝫ ſue perſone aſſumpſit. In
carnationem quoque huius filij
dei tota trinitas operata eſſe cre
denda eſt. Solus tamen filius
formam ſerui accepit in ſingula
ritatem pſone. His inſinuari vi
det ꝙ pſona tm̄ natura. non na
tura naturã aſſumpſerit. Si enĩ
quod cõmune eſt trinitati nõ ac
cepit hominem. ergo nõ natura
diuina que cõmunis eſt tribus
pſonis. Cui videtur obuiare qđ

Aug⁹. ait in libro ꝺ fide ad Petruȝ. Nec diuinitas inquit xp̄i aliena eſt a natura patris. ẜm illꝺ In principio erat verbum. nec humanitas eius aliena ē a natura matris ẜm id ꝙ verbum caro factū eſt. Illa enim natura que ſemꝑ genita manet ex patre naturam nr̄am ſine peccato ſuſcepit vt naſceret ex v̓gine. Hac autoritate videt tradi ꝙ diuina natura humanā ſuſcepit. Ubi vehementer moueri poſſumus ꝙ eam genitaȝ eternaliter ex patre dicit. niſi forte natura pro perſona hic accipiat. alioqui ſi diximus naturam tribus ꝑſonis cōmunem genitam eſſe occurrunt nobis ex aduerſo que in tractatu ꝺ trinitate diſſeruimus. vbi diximus non natura naturam. ſed perſona perſonam genuiſſe. Qꝛ ſi natura genuiſſet naturam cuȝ vna eademq; ſit natura trinitat̄ eadeȝ res ſeipſam genuiſſet. Qꝺ Aug⁹. fieri poſſe negat. Sed alibi certum reperimus documētum. quo natura naturam aſſūpſiſſe mōſtrat. Ait eñ Auguſti. in primo libro de trinitate. Etiā ſeipſo chriſtus factus eſt minor formaȝ ſerui accipiens. Neq; eñ ſic accepit formā ſerui vt amitteret formam dei. in qua erat quaȝlis patris. vt et in forma ſerui et in forma dei idem ipſe ſit vnigenitus filius patri. q̄a forma dei accepit formaȝ ſerui. Si autem forma dei formam ſerui accepit ſine dubio nat̄a naturā accepit. Forme eñ nomine natura ſignificatur. vt Auguſtinus euidenter docet in libro de fide ad Petrum. Cuȝ inquid de chriſto audis quia in forma dei erat. oportet te agnoſcere firmiſſimeq; tenere in illo forme nomine naturalem plenitudinem debere intelligi. In forma dei ergo erat. qꝛ nat̄a dei patris ſemꝑ erat ꝺ quo natus erat. Hilari⁹ quoq; i. xij. libro de trinita. ita ait. eſſe in forma dei non alia intelligentia eſt q̄ȝ in dei manere natura. Vidiciſti nomine forme intelligentiam fieri nature. et audiſti quod forma dei formā ſerui ſuſcepit. Unde conſequens eſt ꝙ natura diuina naturā humanaȝ ſuſcepit. Quod etiam Hiero. in explanatione fidei euidenter inſinuat inquiens. Paſſus eſt filius dei nō putatiue ſȝ vere ẜm illud. paſſus eſt qꝺ pati poterat. i. non ẜm illā ſubſtantiam q̄ aſſumpſit. ſed ẜm illā que aſſumpta eſt. Ex quo apparet diuinam ſubſtantiam aſſumpſiſſe humanā. Ex verbis

autẽ Auguſtini ſuperius poſiti adhibita diligentia innui videt ſolum verbũ carnem factum. et naturam ſolum ſuſcepiſſe humanã et diuinam naturam eadem accepiſſe. Ait eñ Trinitas nos ſibi recõciliauit ꝑ hoc ꝙ ſolũ verbum carnẽ ipſa trinitas fecit. In quo ſic veritas incommutabilis manet diuine humaneꝙ nature vt ſicut vera ſemper eſt eius diuinitas quaꝫ de patre habet. ita vere ſemꝑ et incõmutabilis eiꝰ ſit humanitas quam ſibi vnitaꝫ ſumma diuinitas gerit. Ecce et ſolum verbum dixit carnem factũ et hũanitatẽ diuinitati vnitã. Idem quoꝙ ſuperius dixit ſeruilem formam a ſolo filio ſuſceptam quam tota trinitas fecit. Iã facile eſt agnoſcere ꝙ diuerſa et mltiplicia ſuꝑ q̃ſtio. ꝓpoſita autores tradiderũt. Ideoꝙ poſteriores ea legẽtes varias atꝙ contrarias ex predictis occaſionem ſumentes promunt ſententias.

Quid de hoc tenendum ſit.

¶ Nos auteꝫ omnis mendacij et contradictionis notam a ſacris paginis ſedudere cupientes. orthodoxis patribus atꝙ catholicis doctoribus nulla praue intelligentie ſuſpitiõe notatis conſentimus dicentes. et perſonam filij aſſumpſiſſe naturam humanã. et naturam diuinam humane nature in filio vnitã. eamꝙ ſibi vniſſe vel aſſũpſiſſe. Unde et vere incarnata dicitur Qđ vero dicit ſolus filius formam ſerui accepiſſe. ꝑ hoc non excluditur diuina natura ab acceptione ſeruilis forme. ſed alie due perſone pater ſcꝫ et ſpiritusſanctus Item et illud aliud qđ eſt propriuꝫ filij nõ qđ cõmune eſt trinitati: hominẽ accepit. ſic oportet itelligi. id eſt proprie hypoſtaſi filij nõ tribꝰ communiter ꝑſonis. diuina natura humanã naturam ſibi vniuit Qui ſenſus ex verbis Iohãnis damaſceni confirmatur qui totam diuinam naturaꝫ in vnaꝫ hypoſtaſim incarnatam eſſe euidenter aſſerit dicens. In humanatione dei verbi agimꝰ omneꝫ et perfectam naturam deitatis ĩ vna eius hypoſtaſeon incarnatam eſſe. id eſt vnitam humanẽ nature et non partẽ parti. Omni. n. humane naturẽ aimus eſſe vnitam omnem deitatis naturã vel ſuſtantiam. Iteꝫ. Eadeꝫ eſt natura in ſingula hypoſtaſeon. id eſt perſonarum. et quando dicimus naturam verbi incarnatã eſſe ꝭm beatos ſcilicet ꝭm beatos ſcilicet ꝭm Athanaſium et Cy-

rillum. deitatem dicim⁹ eſſe vnitam carni. et vnam naturam dei verbi incarnatam confitemur. Verbum autem et quod cõmune eſt ſubſtãtie poſſidet. et qđ ꝓprietatis eſt habẽs hypoſtaſeos. i. pſone Ex his manifeſte oſtenditur ꝙ natura diuina icarnata eſt Vñ et eadem vere dicitur ſuſcepiſſe humanam naturam.

An diuina natura đbeat dici caro facta.

¶ Sꝫ queritur vtrum eadeꝫ diuina natura debeat dici caro facta ſicut verbum dicitur caro factum. Si eñ idem eſt incarnari qđ eſt carnem fieri: videri poteſt ita debere dici ꝙ ſit caro facta ſicut dicitur incarnata. Ad quod dicimus ꝙa ſi illud dictum in ſacra ſcriptura reperiret. ex eadem intelligentia acciperetur qua cũ dicitur incarnata. Sꝫ qꝛ illđ autoritas ſubticuit. atqꝫ locutiõis modus nimiã videret facere expreſſionẽ: ſi natura diuina diceretur caro facta melius ſilere hoc puto vl' negare quam temere aſſerere. ne ſi illud dicatur. conuertibilitas nature in naturã ſignificari putet. Ex premiſſis indubitabiliter ꝯſtat ꝙ perſona vbi ſiue natura hoīs naturã. ſ. carnem ꝛ aĩam aſſumpſit ſed nõ perſonam hominis. Si aũt natura diuina naturã hoīs accepit. quare non dicit facta homo vel eſſe homo ſicut verbuꝫ dei? Ad qđ dici poteſt ꝙ dei filius dicit factus hõ: vel eſſe homo. non ſolum qꝛ hominẽ aſſumpſit: ſꝫ qꝛ ipm̃ i vnitatẽ ꝛ ſingularitatem ſui ꝛ perſone accepit. Natura autẽ diuina hominem quidem accepit. i. hoīs formã ſibi vniuit ſed nõ in ſingularitatẽ ꝛ vnitateꝫ ſui. Seruata eñ ꝓprietate ac diuerſitate duarũ naturarũ perſone ſingularitas extitit. Ideoqꝫ nõ ſic dicit diuina natura eſſe hõ. vl' facta hõ: ſicut dei filius. Quidam tamẽ indifferenter vtrũqꝫ concedũt.

Quare non accepit pſonaꝫ hoīs cũ hoīem acceperit.

¶ Ideo vero nõ perſonam hominis aſſũpſit: qꝛ caro illa ꝛ anima illa non erant vnita in vnam pſonã quã aſſumpſerit: qꝛ nõ ex illis conſtabat perſona quando illis vnitum verbum eſt. Nam ſibi inuicem ſunt vnita ſimul cuꝫ verbo. Altera tamen vnione inuicem vnita ſunt illa duo. ſ. anima ꝛ caro alia vnione verbo vnita ſunt. Quia alia ẽ vnio animę illius ad carnem. ꝛ alia eſt vnio verbi ad animã illam ꝛ ad carnẽ Non ergo accepit verbum dei ꝑ

ſonam hominis ſcðm naturam: q2 nõ erat ex carne illa ⁊ anima illa vna compoſita perſona quaȝ verbum accepit. ſȝ accipiẽdo vniuit ⁊ vniendo accepit.

Cõtra hoc opinio qua ꝓbare quidam volunt perſonaȝ accepiſſe perſonam.

¶ Hic a quibuſdaȝ opponit ꝙ perſona aſſumpſit ꝑſonã. Perſona eñ eſt ſubſtantia rõnalis indiuidue nature. hoc aũt eſt anima. Ergo ſi animã aſſumpſit. ⁊ ꝑſonam: quod ideo nõ ſequitur q2 aĩa non eſt perſona qñ alij rei vnita eſt perſonaliter: ſed qñ per ſe eſt. abſoluta eñ a corpore perſona eſt ſicuti angelus. Illa aũt anima nunꝙ fuit quin eſſet alij rei coniuncta. Ideoqꝫ non ea aſſumpta. perſona eſt aſſumpta. Aliter quoqꝫ nitunt probare v̾bũ dei aſſumpſiſſe perſonã: q2 aſſumpſit aliquem hoĩem. Aſſũpſit enĩȝ Ieſum xp̄m. ergo aliquẽ hominem. Q autem homineȝ Ieſum xp̄m aſſumpſerit. Auguſti. i expoſitione ſymboli ſub anathemate tradit dicẽs. Si qs dixerit atqꝫ crediderit hoĩem ieſum xp̄m a filio dei aſſumptum nõ fuiſſe anathema ſit. Qui etiã in plurib⁹ ſcripture locis huiuſmodi vtitur locutionibus. Ille homo a verbo dei eſt aſſumpt⁹. Ille hõ factus eſt Chriſt⁹. Et propheta de hoĩe xp̄o loquens deo ait. Beatus queȝ elegiſti ⁊ aſſumpſiſti. ⁊c. Ex quibus conſequi videtur. ꝙ aliquis homo aſſumptus ſit a verbo. ⁊ ita perſona a perſona ſit aſſumpta. Sȝ q2 hoc nephas eſt dicere aut ſentire. premiſſe locutiones ⁊ ſi q̄ ſimiles ſcðm hanc intelligentiam ſane accipi debẽt: vt hõ Chriſt⁹ ſiue hõ ille: ſiue q̄daȝ hõ dicatur aſſumptus a verbo ſiue vnitus verbo. nõ q2 hoĩs perſona ſit aſſumpta vel vnita verbo: ſed q2 illa aĩa ⁊ caro illa aſſumpta ſunt ⁊ vnita verbo in quibus ſubſiſtit perſona dei ⁊ hoĩs: vt ad hoĩs naturã nõ ad perſonã reſpicias cũ aſſumptũ vel vnitũ: vel quendam vel aliquẽ in huiuſmodi locutionibus ſcriptura cõmemorat. Quo circa cuȝ queritur ſine propoſita autoritate an aliquis vel quidã ſit aſſumptus a verbo vel vnit⁹ v̾bo. ſine diſtinctiõe intelligẽtie nõ ẽ hic reddẽda reſpõſio: qm̄ multiplex ꝑmiſſa eſt queſtio. ſed inſtantie querẽtis ita determinatio: ſi de hominis perſona queris. reſpondeo non. ſi de hominis natura: dico eſt.



Irca quintā
diſtinctionē.
Querit̄ quę
eſt iſtarū eſt
cōcedēda. ſ.
perſona aſ-
ſumpſit per
ſonā: natura
aſſūpſit na-
turam: perſona aſſumpſit naturaꝫ.
natura aſſumpſit perſonā. Pro hu
ius. q. enodatione opoꝛtet ſuppone
re illa quę dicta fuerunt in. 5. q. pri-
me diſtin. huius. 3. libꝛi. de ſuppoſi
to natura ⁊ perſona ⁊ aſſumptione.
Quib⁹ ſuppoſitis rn̄detur per ali-
quas ꝯcluſi. quaꝝ. Prima eſt iſta.
Nullam perſonaꝫ aſſumpſit pſona
iſta conclu. pꝛobat̄. Si aliqua perſo
na aſſumpſiſſet perſonā maxime ſe
cunda pſona i diuinis aſſumpſiſſet
perſonā: ſed ſcd̄a perſona i diuinis
nō aſſumpſit perſonā: qꝛ humāitas
aſſumpta a verbo non eſt perſona.
Nā nō eſt ſuppoſitū cū ſuſtentetur
a verbo diuino: igitur nulla perſona
aſſumpſit perſonam. Scd̄a conclu
ſio eſt iſta. Nulla natura aſſumpſit
naturam. Iſta cōclu. pꝛobat̄. Si ali
qua natura aſſumpſiſſet naturā ma
xime natura diuina aſſumpſiſſet na
turā hūanā. Sed nat̄a diuina nō aſ
ſūpſit naturā hūanā: igit̄ minoꝛ ꝓ-
bat̄ vnio ypoſtatica nō terminat̄ ad
naturā: vt ſuperius declaratū eſt: er
go natura diuina nō aſſūpſit natu-
rā hūanam. Tertia cōcluſio eſt iſta
Perſona aſſūpſit naturā. Iſta cō.
pꝛobat̄: verbū diuinū aſſūpſit natu
rā hūanam: ⁊ verbū diuinū eſt per-
ſona: ergo perſona aſſūpſit naturā.

Quarta concluſio eſt iſta nulla natu
ra aſſūpſit pſonā: imo iplicat aſſu
mere perſonam. Nam ſi talis res ē
aſſumpta. Iam nō eſt perſona cum
non ſit ſuppoſitum intellectuale.

¶ Contra pꝛimaꝫ concluſionē
arguitur ſic. Verbū diuinuꝫ aſſum
pſit perſonā: ⁊ omne v̄bum diuinū
eſt perſona: ergo aliqua pſona aſſū
pſit perſonam maioꝛ pꝛobat̄ verbū
diuinū aſſumpſit hominē: ⁊ oīs ho
mo eſt perſona: ergo verbū diuinuꝫ
aſſumpſit perſonam: maioꝛ patet
autoꝛitate pſalmiſtę dicentis. Bea
tus homo quē elegiſti: ⁊ aſſumpſi-
ſti. Patet etiā p illō quod canit vniu̇s
eccl'a in cantico ędito ab Auguſti. ⁊
Ambꝛo. ſ. Tu ad liberādū ſuſceptu
rus hominē: non hoꝛruiſti virginis
vterum. ⁊c. Jn ſup Aurel. Auguſti.
in expoſitiōe ſymboli ait anathema
ſit quicunqꝫ dixerit ꝙ homo nō eſt
aſſumptus a Ieſu xp̄o. Ad hoc ar-
gumētū rn̄detur negādo aīs p ma
ioꝛi parte: ⁊ ad pꝛobationē diſtigui
tur maioꝛ. ſ. ꝙ v̄bū diuinū aſſūpſit
hoiem: vel abſolute: ⁊ ſic cōcedit̄ illa
⁊ negat̄ minoꝛ in tali ſenſu vel cōno
tatiue capiendo li hominem: et ſic
negat̄ illa maioꝛ. nec taliter pꝛobat̄
qꝛ in illis authoꝛitatibus li hō capit̄
abſolute: ⁊ nō cōnotatiue. At diuus
Thomas: ⁊ Bonauētura aſſerunt
iſtā eſſe impꝛopꝛiā v̄bum diuinū aſ
ſumpſit hoiem mirandū eſt tamē
de eis. Nā ſecundū oēs catholicos.
Ille eſt pꝛopꝛius ſenſus alicuius ꝓ
poſitionis quem intendit ſpūſſan-
ctus: et ſancta mater Eccleſia regi
tur ab ſpū ſancto: ⁊ cōcedit illā ſim

pliciter et abſolute:ergo in ꝓprio ſen ſu talis propoſito eſt vera.

¶ Scďo arguitur ꝯtra eaſdem concluſiones natura diuina aſſumpſit naturā humanā: ergo aliqua natura aſſūpſit naturā. aſſis proba tur. Natura diuina eſt incarnata: ergo natura diuīa aſſūpſit naturā hūanam. Ad hoc argumētum r̄ndetur negādo aſſis: ⁊ ad probatiōem negatur ꝯñia ratio eſt: q2 illa propoſitio natura diuina eſt incarnata capitur in iſto ſenſu. ſ. natura diuina eſt vnita carni humane. ⁊ ad hoc ꝙ natura diuina aſſumpſerit naturā humanā non ſufficit ꝙ eam ſibi vniuerit: ſed vltra hoc requiritur ꝙ natura diuina ſit terminus talis vnionis imediatus: modo certum eſt ꝙ ſolū verbum diuinū ē terminus talis vnionis hypoſtatice immediatus. Circa iſtam. q. dubitatur cū Magiſtro an aīa rationalis ſeparata ſit perſona. Ad hoc dubium r̄ndetur Magiſter cum Hugone de ſctō victore affirmatiue: ſed Magiſter nō tenetur in hac reſponſiōe. Immo diuꝰ Bonauētura: ⁊ ſanctus Thomas ⁊ oēs alij doctores tenent partē negatiuā ratio eſt manifeſta. quia diffinitio ꝑſone non conuenit aīe ſeparate: Nō eſt enim ſuppoſitum intellectuale. Naꝫ ad hoc ꝙ aliquid ſit ſuppoſitū oportet ꝙ ſit ens cōpletuꝫ: mō anima quantūcunq; ſit ſeparata nō eſt ens cōpletū. Ideo nō eſt perſona.

De ītelligētia harum locutionū deꝰ factꝰ eſt hō̄. deus eſt hō̄. an his locutionibꝰ dicatur deus factus eſſe aliq̄d vel eē aliq̄d. vel nō eē aliq̄d.

Diſtinctio. VI.

Ex p̄miſſis aūt emergit queſtio plurimum cōtinens vtilitatis: ſed nimiū difficultatis atq; ꝑplexitatis. Cū. n. cōſtet ex predictis ⁊ alijs pluribꝰ teſtimonijs. omneſq; catholici vnanimiter fateantur deū factuꝫ eſſe hoīem. ⁊ xp̄ꝫ veꝝ deū eſſe. ⁊ verū hoīem. queritur an his locutionibꝰ deꝰ factus eſt hō̄. filius dei factꝰ eſt filius hoīs. deus eſt hō̄. ⁊ hō̄ eſt deus. dicatur deus factꝰ eſſe aliquid. vel eſſe aliquid. vel aliquid dicatur eſſe deus. ⁊ an ita conueniat dici. hō̄ factus eſt deus. ⁊ filius hoīs factus eſt filius dei: ſicut ecōuerſo dicitur. ⁊ ex his locutionibus non dicitur deus factus eſſe aliquid vel eſſe aliquid. Que ſit intelligentia harū locutionū ⁊ ſimiliū. In huius ꝓfunditatis reſeratione ⁊ ſcrupuloſe queſtionis expoſitione plurimū differre inueniūtur ſapiētes. Quorundam ſñiam refert.

¶ Alij etiã dicunt in ipſa verbi incarnatione hoiem quẽdam ex aĩa rationali ⁊ hũana carne conſtitutum. Ex quibus duob⁹ oĩs verus homo cõſtituit: ⁊ ille hõ cepit eſſe deus: non quidẽ natura dei. ſ; perſona verbi ⁊ deus acceptit eſſe homo ille. Concedunt etiam hominẽ illũ aſſumptũ a v̄bo ⁊ vnitum verbo ⁊ tñ eſſe v̄bũ ⁊ ea ratione tradũt dictũ eſſe deum factũ hoiem: vel eſſe hoiem. q; deus factus eſt. id eſt cepit eſſe quedam ſubſtãtia ex aĩa rationali ⁊ humana carne ſubſiſtens ⁊ illa ſubſtantia facta eſt. i. cepit eſſe deus. non tamen demigratione nature in naturã. ſ; vtriuſq; nature ſeruata proprietate factum eſt: vt de⁹ eſſet illa ſubſtãtia. ⁊ illa ſubſtantia eſſet deus. Unde vere dicitur deus factus eſt hõ. ⁊ homo factus eſt de⁹. ⁊ deus eſt hõ. ⁊ hõ deus. ⁊ filius dei fili⁹ hoĩs ⁊ econuerſo. Cũq; dicunt illũ hoiem ex aĩa rõnali ⁊ humana carne ſubſiſtere. non tamen fatẽtur ex duabus naturis eſſe cõpoſitũ. diuina. ſ. ⁊ hũana. nec illius partes eſſe duas naturas: ſed animã tantũ ⁊ carnem.

Autoritates ponit quibus muniunt ſuã ſententiam.

¶ Et ne de ſuo ſenſu tm̃ loqui putentur. hanc ſñiam pluribus muniunt teſtimonijs. Ait enim Auguſtin⁹ in libro de trinitate. Cũ legitur verbũ caro factũ eſt. in verbo intelligo verũ dei filiũ. in carne agnoſco verũ hoĩs filiũ. ⁊ vtrũq; ſimul vnã perſonã deũ ⁊ hoiem ineffabilis gratie largitate coniunctũ. Idem in enchi. Chriſt⁹ ieſus de deo eſt homo autẽ nat⁹ eſt de ſpirituſancto ex Maria virgine. Utraq; ſubſtãtia diuina ⁊ hũana fili⁹ eſt vnicus dei patris omnipotẽtis. de quo procedit ſpũſſcãtus vtrũq; vnus: ſed aliud propter verbũ. ⁊ aliud propter hoiem. non duo filij deus ⁊ hõ: ſed vn⁹ dei fili⁹. De⁹ ſine initio. hõ a certo initio. Idẽ in eodẽ. Quid natura humana in xp̄o hoĩe meruit vt in vnitatẽ perſone vnici filij dei ſingulariter aſſumpta eẽt. Que bona voluntas: q̃ bona opera precefferunt. quibus mereretur iſte hõ vna fieri perſona cũ deo: Nũquid antea fuit hõ: ⁊ hoc ei ſingulare beneficiũ p̄ſtitũ eſt vt ſingulariter promererctur deũ. Nẽpe ex quo hõ eſſe cepit: nõ aliud cepit eſſe hõ q̃ dei fili⁹ ⁊ hic vnicus. ⁊ propterea dei verbu;: q̃a eſt ab illo ſuſcepta caro. facta eſt

vtiq̄ deus: vt queadmodū vna eſt perſona quilibet hō aīa.ſ.rationalis ⁊ caro. ita ſit Chriſtus vna perſona verbū ⁊ hō. Idem ſuper Joānem agnoſcamus geminā ſubſtantiā xp̄i diuinam.ſ. qua equalis eſt patri ⁊ humanā qua minor eſt patre. vtrūq̄ aūt ſimul non duo ſed vnus eſt xp̄s ne ſit q̄ternitas nō trinitas de⁹. Ac per hoc Chriſtus eſt deus. aīa rōnalis ⁊ caro. Idē quoq̄ i libro de predeſtinatiōe ſanctorum. Ille hō vt a verbo patri coeterno in vnitatē perſone aſſumpt⁹ filius dei vnigenit⁹ eſſet vñ hoc meruit? qđ bonū eius preceſſit? vt ad hanc ineffabilē excellentiā perueniret. Faciente ac ſuſcipiēte deo verbo. ipſe hō ex quo eſſe cepit filius dei vnicus eſſe cepit. Item homo q̄cunq̄ ita gratia fit chriſtian⁹: ſicut gratia hō ille ab initio factus eſt xp̄s. Idē in lib. xij. de trinita. Gr̄a dei nobis in hoie xp̄o cōmendatur. Quia nec ipſe vt tanta vnitate deo vero coniunctus vna cum illo perſona filius dei fieret. Ullis eſt precedentibus meritis aſſecutus: ſed ex quo hō eſſe cepit: ex illo eſt ⁊ deus. Uñ dictū eſt. Uerbum caro factum eſt. Hylarius quoq̄ in. x. libro de trinita. ait. Chriſtū non ambigim⁹ eſſe deū verbū: neq̄ rurſus filiū hoīs ex aīa ⁊ corpore conſtitiſſe ignoramus. His aliiſq̄ autoritatibus vtuntur. qui hoiem quendā ex aīa rōnali ⁊ carne ꝯpoſitū dicūt deū factū ſed gratia: nō natura. Sola eñ gratia habuit ille hō. non meritis vel natura: vt eſſet de⁹ ſiue dei fili⁹. vt haberet omnem ſcientiā ⁊ potentiā quā habet verbū: cū quo eſt vna perſona. Nec tñ in ſuperioribus legitur ꝙ hō ille ſit vna perſona cū verbo: ⁊ ſit ipſum verbū: ſed etiā ꝙ aīa rationalis ⁊ caro eadē perſona ſit: ⁊ Chriſtus ſit: deus.

Aliorum ſententia.

¶ Sunt aūt ⁊ alij q̄ iſtis in parte conſentiunt. ſed dicūt hoiem illū nō ex aīa rōnali ⁊ carne tm̄: ſed ex humana ⁊ diuina natura: id eſt ex tribus ſubſtantijs diuinitate: carne: ⁊ aīa cōſtare: ⁊ hūc Jeſum xp̄m fatentur ⁊ vnā ꝑſonam tm̄ eſſe. ante icarnationē vero ſolūmodo ſimplicē: ſed in incarnatione factā cōpoſitam ex diuinitate ⁊ hūanitate. Nec eſt ideo alia perſona q̄ͣ pri⁹: ſed cū prius eſſet dei tm̄ perſona. in incarnatione facta eſt etiā homis perſona: non vt due eſſent perſone: ſed vt vna ⁊ eadē eſſet perſo-

na dei ꝛ hominis. Perſona er/
go q̄ prius erat ſimplex ꝛ in vna
tantum natura exiſtens. in dua
bus ꝛ ex duab⁹ ſubſiſtit naturis
ꝛ perſona que tantum de⁹ erat.
facta eſt etiam verus hō. ſubſi/
ſtens non tm̄ ex anima ꝛ carne:
ſed etiā ex diuinitate: nec tamen
pſona illa debet dici facta perſo/
na: q̄uis dicat̄ facta perſona ho
minis. Facta eſt igit̄ illa pſona (
vt quibuſdam placet) quiddam
ſubſiſtens ex anima ꝛ carne: ſed
nō eſt facta perſona vel ſubſtan
tia vel natura. ꝛ inq̄ntum eſt illa
ſubſiſtēs: cōpoſita eſt. Inquan
tū autē verbum eſt: ſimplex eſt.

Autoritates etiā ponit que hanc probant ſententiam.

¶ De hoc Auguſtinus in lib.
ſenten. proſperi ait. Modis om
nibus approbare contēdim⁹ ſa
crificiū eccleſie duob⁹ conſtare.
duobus confici. viſibili elemen/
torū ſpecie: ꝛ inuiſibili dn̄i nr̄i ie
ſu xp̄i carne ꝛ ſanguine: ſacramē
to ꝛ re ſacri. i. corpore xp̄i: ſicut
xp̄i perſona conſtat ꝛ conficitur
ex deo ꝛ hoīe: cū ipſe Chriſt⁹ ve
rus ſit de⁹ ꝛ ver⁹ hō. Quia oīs
res illarū rez naturā ꝛ veritatez
in ſe continet ex quibus conficit̄
De hoc eodē Ioānes damaſce

nus. In dn̄o nr̄o ieſu Chriſto
duas q̄dē naturas cognoſcim⁹
vnā autē hypoſtaſim ex vtriſq̄
cōpoſitaz. Incarnatus eſt ergo
Chriſt⁹ ex virgine aſſumens pri
mitiā nr̄e maſſe. vt ipſa extiterit
in carne hypoſtaſis: que dei ver
bi hypoſtaſis ꝯpoſita ꝛ facta fue
rit: que prius ſimplex erat verbi
hypoſtaſis. Cōpoſita vō ex duo
bus perfectis naturis: deitate ꝛ
hūanitate: ꝛ ferat ipſa diuine ver
bi dei filiatiōis characteriſticū ꝛ
determinatiuū idioma. ſcd̄m q̄
diuiſa eſt a patre ꝛ ſpirituſancto
ꝛ carnis characteriſtica ꝛ deter/
minatiua idiomata. ſcd̄z que dif
ferat a matre ꝛ reliquis hoībus.
Itē. Vnā hipoſtaſim filij dei cō
fitemur in duabus naturis per/
fecte ſe hn̄tibus deitatis ꝛ hūa/
nitatis ꝛ incarnatā eſſe eandē hi
poſtaſim. ꝛ has duas naturas
cuſtodiri et manere in ipſo poſt
vnionē non ſeorſum: ꝛ ſcd̄m par
tes ponētes ſingulā: ſed vnitas
inuicē in vnā cōpoſitā hypoſta/
ſim. ſubſtantialez eim̄ inquimus
vnionē. ſ. verā ꝛ non ſcd̄m fanta
ſiam: ſubſtantialē aūt non dua/
bus naturis perficientibus alte
ram. ſ. vnā cōpoſitā naturā: ſed
vnitas inuicē i vnā hypoſtaſim
cōpoſitā filij dei ꝛ manere eandē

ſubſtantialē differentiā determinatus. Ꝙ creabile manſit creabile: ꝛ ꝙ increabile/increabile. ꝛ mortale/mortale. ꝛ immortale/immortale. ꝛ circūſcriptibile/circūſcriptibile. ꝛ incircūſcriptibile/incircunſcriptibile. ꝛ hoc quidē refulget miraculis. De hoc etiā Auguſtin⁹ in li. de trinitate ait. Quēadmodū ſcđm deitatē vna eſt patris filijq; natura: ita etiā iuxta humanitatem. eadē eſt matris ꝛ filij vna natura. Ex vtraq; ergo ſubſtātia ꝛ diuinitatis ꝛ humanitatis vnus atq; idē eſt de⁹ dei ꝛ hoīs filius Jeſus chriſtus vt verus deus ita etiā homo verus. Jdem etiā in lib. xiij. de trinitate. Sic deo coniūgi potuit hūana natura: vt ex duab⁹ ſubſtantijs fieret vna perſona. Ac per hoc iā eſt ex tribus. deo. aīa ꝛ carne. His alijſq; plurib⁹ autoritatibus ſe muniūt qui dicūt perſonā Chriſti cōpoſitā eſſe vl' factā ſiue conſtantē ex duab⁹ naturis ſiue ex tribus ſubſtantijs.

Tertia aliorū ſentētia.

¶ Sunt etiā alij qui in incarnatione verbi non ſolū perſonā ex naturis cōpoſitā negant. verūetiā hoīem aliquē ſiue ētiam aliquā ſubſtantiā ibi ex aīa ꝛ carne cōpoſitā vel factam diffitentur. Sed ſic illa duo. ſ. aīam ꝛ carnē verbi pſone vel nature vnita eſſe aiunt. vt ñ ex illis duobus vel ex his tribus aliqua natura vel perſona fieret ſiue cōponeretur. ſed illis duobus velut indumento verbū dei veſtiret: vt mortaliū occulis congruenter appareret. Qui ideo dicitur verus fac⁹ hō qz veritatē carnis ꝛ aīe accepit. Que duo etiā in ſingularitatem vel vnitatē ſue perſone accepiſſe legitur. non quia illa duo vl' aliqua res ex illis cōpoſita ſit vna perſona cū verbo: vel ſit verbū: ſed qz illis duobus accidentib⁹ verbo: non eſt perſonarū numerus auct⁹: vt fieret quaternitas in trinitate: ꝛ qz ipſa perſona verbi que prius erat ſine indumēto aſſumptione indumenti non eſt diuiſa vel mutata: ſʒ vna eadēq; immutata permanſit. Qui ſcđʒ habitū deū ꝛ hoīem factū dicūt. Accipiendo eīm hoīem dict⁹ eſt deus factus eſt hō: ꝛ propter acceptū hoīem dicāt deus vere eſſe hō: ꝛ propter aſſumentē deū dicitur hō eſſe deus. Nā ſi eſſentialiter inquiunt illi de⁹ eſſe hō. vel hō eſſe deus intelligeretur: tunc ſi de⁹ aſſumpſiſſet hoīem in ſexu muliebri: ꝛ mulier eſſentialiť de⁹

eſſet: ⁊ econuerſo. At potuit de⁹ aſſumpſiſſe hominem in ſexu muliebri: potuit ergo mulier eſſe de⁹ ⁊ econuerſo.

Autoritates inducit quib⁹ hec ſententia roboratur.

¶ Ne autẽ ⁊ iſti de ſuo ſenſu influere videantur: teſtimonijs in mediũ productis: q̃ð dicunt cõfirmant. Ait enĩ Auguſtin⁹ in libro de grã noui teſtamẽti. Sicut nõ augetur numerus perſonarum. cũ caro accedit anime vt ſit vnus homo. ſic nõ augetur numerus perſonarum cũ homo accedit verbo vt ſit vnus homo xp̃s. Legit itaq; deus homo. vt intelligam⁹ huius perſone ſingularitatem: non vt ſuſpicemur in carnem mutatã diuinitatẽ. Idẽ quoq; tractans illud verbũ apoſtoli. Habitu inuent⁹ eſt vt homo: manifeſte oſtendit deũ dici factum eſſe hominem: vel eſſe hominem ſcðm habitum: in libro. lxxxiij. queſtionũ: ita inquiens. Multis modis habitũ dicim⁹ vel habitum animi ſicut diſcipline perceptionem vſu firmatam. vel habitum corporis: ſicut dicimus alium alio validiorem: vel habitum eorum membris accomodantur extrinſecus. vt cũ dicimus aliquẽ veſtitũ vel calciatũ. ⁊ huiuſmodi. In omnib⁹ generibus manifeſtum eſt in ea re dici habitum que accidit vel accedit alicui: ita vt eam poſſit etiam nõ habere. Hoc autem nomen ductum eſt ab illo verbo q̃ð eſt habere. Habitus ergo in ea re dicitur que nobis vt habeatur accidit. Veruntamen hoc intereſt. quia quedam eorum q̃ accidunt vel accedũt: vt habitum faciãt nõ mutant: ſed ipſa mutant in ſe integra ⁊ inconcuſſa manentia: ſicut ſapientia accedens hominẽ non ipſa mutatur: ſed hominem mutat: quẽ de ſtulto ſapiẽte facit. Quedam vero ſic accedunt vel accidunt vt mutent ⁊ mutentur: vt cibus qui amittens ſpeciẽ ſuã in corpus vertitur ⁊ nos cibo refecti: ab exilitate atq; languore in robur atq; valentiã mutamur. Tertiũ genus eſt cũ ea que accidunt vel accedunt: nec mutant ea quibus accidunt nec ab eis ipſa mutantur: ſicut annulus poſitus in digito: quod genus rariſſime reperitur. Quartũ gen⁹ eſt cũ ea que accidunt vel accedunt mutantur non a ſua natura: ſed aliã ſpeciẽ ⁊ formam accipiunt. vt eſt veſtis que deiecta: atq; depoſita non habet eã for

mā quā ſumit induta. Induta
eīm mēbꝛis accipit foꝛmā quam
nō habebat exuta qđ gen⁹ con/
gruit huic cōparationi. Deus
eīm filius ſemetipſuꝫ exinaniuit
non foꝛmā ſuā mutans: ſed foꝛ/
mam ſerui accipiens: neqꝫ con/
uerſus aut tranſmutatus in ho
minē amiſſa incōmutabili ſtabi/
litate: ſed in ſilitudine hoīꝫ fact⁹
eſt ipſe ſuſceptoꝛ verū hoīem ſu
ſcipiendo habitu inuent⁹ eſt: vt
hō. i. habendo hoīem inuentus
eſt vt hō non ſibi ſed eis quibus
in hoīe apparuit. Q aūt dicit:
vt hō veritatē expꝛimit noīe: er/
go habit⁹ ſatis ſignificauit apo
ſtolus qualiter dixerit in ſilitudi
nem hoīm factus: qꝛ nō tranſfi
guratione in hoīem: ſed habitu
factus eſt: cū indutus eſt hoīeꝫ
quē ſibi vniēs quodāmodo atqꝫ
confoꝛmans immoꝛtalitati eter
nitatiqꝫ ſociaret. Nō ergo opoꝛ
tet intelligi mutatū eſſe verbum
ſuſceptione hoīs: ſicut nec mem
bꝛa veſte induta mutantur: quā
uis illa ſuſceptio ineffabiliter ſu
ſceptū ſuſcipiēti copularet. His
vbis aperte innuere videt Aug.
deū factum dici hoīem ſcđm ha
bitū. Qui etiā ipſius incarntio/
nis modū volēs expꝛimere que
rentibus in. iiij. lib. de trinit. ait.
Si queritur ipſa icarnatio quō
facta ſit: ipſuꝫ verbū dei dico car
nem factū. i. hoīem factū. Non
tñ in hoc ꝙ factū eſt conuerſum
atqꝫ mutatū: ſed carne vt carni
bus congruēter appareret indu
tū. Ita ſane factū vt ibi ſit nō tñ
verbū dei ꝛ hoīs caro: ſed etiam
rōnalis hoīs aīa. Atqꝫ hoc to/
tū ꝛ deus dicatur pꝛopter deū ꝛ
hō pꝛopter hoīem. Quod ſi dif
ficile intelligitur: mens fide pur
getur a peccatis abſtinēdo ꝛ bo
na operando. difficilia eiuꝫ ſunt
hec. Idē in li. de fide ad Petrū
Dei filius cū ſit deus eternus ꝛ
verus. pꝛo nobis factus eſt hō
verus ꝛ plenus. In eo ver⁹: qꝛ
verā habet deus ille humanā na
turā. In eo vero plen⁹: qꝛ ꝛ car
nem humanā ſuſcepit ꝛ aīam ra
tionalē. Itē. Non aliud fuit illa
dei ſummi ſuſceptio vel exinani
tio niſi foꝛme ſuilis. i. nature hu
mane ſuſceptio. vtraqꝫ ergo eſt
in xpō foꝛma: qꝛ vtraqꝫ vera et
plena eſt in xpō ſubſtantia diui/
na. ſ. ꝛ humana natura. Idē in
lib. cōtra Maximinū. Cū eſſet
p ſeipſum inuiſibilis: viſibilis in
hoīe apparuit: quē de femina ſu
ſcipere dignat⁹ eſt. Idē in eodē.
Nos Chriſtū dñm verū hoīem
ſuſcepiſſe credimus: ꝛ in ipſo vi

ſibiliter inuiſibilē hoībus appa-ruiſſe. In ipſo inter hoīes cōuerſatū fuiſſe. In ipſo ab hoīb⁹ humana pertuliſſe. In ipſo hoīes docuiſſe. Hilarius quoqꝫ in.x. lib. de trinitate ait. Quō dei fili⁹ natus ex Maria eſt niſi ꝙ verbū caro factū eſt.ſ.ꝙ fili⁹ dei cū in forma dei eſſet: formā ſerui accepit. Unū tn̄ eūdēqꝫ nō dei defectione ſed hoīs aſſumptione profitemur: ꝛ in forma dei propter naturā diuinā ꝛ in forma ſerui ex conceptiōe ſpūſſancti ſcd̄m hoīs habitū repertū fuiſſe: non fuit habitus ille tm̄ hoīs: ſed vt hoīs: neqꝫ caro illa caro peccati ſed in ſimilitudine carnis peccati. Audiſtis tres ſcd̄m diuerſos poſitas ſententias. ꝛ pro ſingulis inducta teſtimonia.



Circa ſextaz diſtinctiōem queritur primo. An aliq̄ triuz opinionū quā narrat magiſter in p̄ſenti diſtinctione ſit vera ꝛ catholica. Pro hui⁹.q. enodatione eſt aduertendū. ꝙ prima opinio ponit in ipſa verbi incarnatione hominē quendā ex aīa rationali ꝛ humana carne conſtitutuz ex quibus duobus oīs verus homo cōſtituit: ꝛ ille homo cepit eſſe deus. Non quidem natura dei ſed perſona verbi: ꝛ deus cepit eſſe homo ille qui aſſumptus eſt a verbo. Et in tali ſenſu cōceditur deus factus eſt hō. Scd̄a opinio aſſerit jeſum xp̄m nō ſolū ex hūana carne cōſtare vez ex natura diuina.ſ. ex tribus.ſ. carne aīa ꝛ diuinitate ꝛ vnā perſonam eſſe ante icarnationē ſimplicē. Sed in ipſa incarnatiōe factā cōpoſitam ex diuinitate ꝛ hūanitate nec ē alia perſona ꝙ̄ erat. Sed cū prius eſſet perſona dei. mō facta eſt perſona hoīs. Tertia opinio aſtruit ꝙ ex carne ꝛ aīa a v̄bo aſſumptis nō cōſtituitur hūanitas. quia illa aīa nō iformat carnē xp̄i. Sed illis duob⁹ velut quodā idumēto veſtitur xp̄s.

¶ Iſte opiniōes ꝙ̄uis ſint diuerſę. in trib⁹ tn̄ cōueniūt. Primo quia ponūt ſolū vnā perſonā in xp̄o ꝛ ſic aduerſant hereſi Enthitij ponētis duas p̄ſonas ſicut in xp̄o veluti ponūtur naturę. Scd̄o cōueniūt. qꝛ ponūt duas naturas diſtinctas .ſ. increatā ꝛ creatam ꝛ in hoc contradicūt hereſi Neſtorij ponentis vnicā naturā in xp̄o. Tertio conueniunt qꝛ ponūt carnē ꝛ aīam xp̄i nō fuiſſe ante aſſumptionē a verbo ſed in illo primo inſtāti in quo fuerunt productę. fuerūt aſſumptę a v̄bo diuino ꝛ in hoc cōtrariant hereſi Origenis ponētis oēs aīas fuiſſe creatas in ex ordio mūdi ꝛ ex ꝯſiti aīaz chriſti fuiſſe ante Adam pariforma cōtradicūt hereſi Manichei ponentis chriſtū non habuiſſe carnez ſed corpus phantaſticū. Iſtis notatis

rñdetur per.3.cõcluſiones:quarum prima eſt iſta prima opinio eſt heretica ꝛ non intelligibilis. Nã tunc idem eſſet aſſumẽs ꝛ aſſumptum ꝛ creator inciperet eſſe creatura ꝛ creatura inciperet eſſe creator. Scḋa cõcluſio eſt iſta ſecũda opinio eſt heretica ratio eſt: dñs deꝰ ẽ ſimpliciter ſimplex ꝛ ſimpliciſſima ſubſtãtia inter oẽs ſic videlꝫ ꝙ nõ cõponit̃ neqꝫ eſt cõponibilis. Inſuper ſequeret̃ ꝙ aliquid qḋ non eſt eternum eſſet deus patet tale cõpoſitum non eſt eternũ ꝛ eſt deꝰ q; xp̃s qui eſt deꝰ ergo aliquid qḋ non eſſet eternum eſſet deus: preterea deus haberet partes.ſ.ipſam humanitatẽ ꝛ diuinitatẽ que oĩa ſunt abſurda. Tertia ↄcluſio eſt iſta tertia opinio eſt etiã heretica: iſta ↄcluſio ꝓbatur ſeq̃ret̃ ꝙ xp̃s non eſſet hõ:ↄñs eſt cõtra fidem igit̃ opinio eſt heretica ſeq̃la probatur xp̃s non habet hũanitatẽ quãdo ex carne ꝛ aĩa nõ cõſtituitur humanitas ergo xp̃s non eſt hõ. Si dicas ꝙ ſufficit ad hoc ꝙ ſit hõ xp̃s ꝙ vniat̃ carni ꝛ aĩe:ↄtra hoc arguit̃ ſequeret̃ ꝙ xp̃s nõ fuiſſet mortuus in triduo ↄñs eſt hereticũ igitur ſequela ꝓbatur xp̃s in triduo erat hõ ergo no fuit mortuus in triduo añs probatur in triduo v̄bũ vniebat̃ carni in ſepulchro ꝛ vniebatur aĩe in inferno ꝛ hoc ſufficit ex opinione ad hoc ꝙ dicatur hõ ergo xp̃s erat hõ in triduo:qḋ eſt oĩno hereticũ: cum aĩa chriſti eẽt tũc a carne ſeparata.

¶ Sed queres quid eſt ergo xp̃s poſtq̃ iſte tres opiniones ſunt heretice. Ad hoc rñdetur ꝙ xp̃s eſt verbũ diuinũ ſuſtẽtans naturã humanam ꝛ eſt ſimplr ſimplex ꝛ nullo modo eſt xp̃s eſſet compoſitus.

¶ Contra iſtam rñſionem arguitur autoritate Damaſceni dicẽtis in xp̃o ex duabꝰ naturis vna hipoſtatica eſt cõpoſita: ergo xp̃s eſt cõpoſitus. Ad hoc rñdetur ꝙ Damaſcenus capit illũ terminũ ↄpoſita large: vt tantũ valet ſicut reſultans ꝛ nõ capit ſtricte. Cõtra iſtam ſolutionẽ arguit̃ diuinitas ꝛ humanitas ſunt partes xp̃i ergo chriſtus eſt cõpoſitus capiendo ꝓprie cõpoſitum: añs probatur in Symbolo athanaſij habet̃ ſicut aĩa rõalis ꝛ caro vnus eſt hõ: ita deus ꝛ homo vnus eſt xp̃s ſed caro ꝛ aĩa ſunt partes hoĩs ergo diuinitas ꝛ humanitas ſunt partes xp̃i. Ad hanc replicam rñdetur negãdo añs ꝛ ad ꝓbationem negat̃ ↄñs ꝛ ratio eſt quia li ſicut nõ dicit omnimodã ſimilitudinem ſed aliqualẽ.ſ.ꝙ ſicut hõ reſultat ex carne ꝛ aĩa: ita ex diuinitate ꝛ humanitate reſultat chriſtus.

Contra iſtam ſolutionem arguitur chriſtus eſt quoddã totuꝫ: ergo habet partes ꝛ non niſi humanitatẽ ꝛ diuinitatẽ ergo humanitas ꝛ diuinitas ſunt partes chriſti: ꝑma ↄña probatur: q; omne totum ẽ maius ſua parte ergo ſi xp̃s eſt quoddã totum habet partes. Ad hanc replicã reſpõdetur diſtinguẽdo ꝙ chriſtus ſit quoddã totũ vel totum integrale:ꝙ integratur ex partibꝰ ꝛ ſic negat̃ illud vel capiẽdo totũ pro ente completo ꝛ perfecto ꝛ ſic cõceditur illud ꝛ negatur prima ↄña ꝛ ad pro-

batione dico q̄ illa maxima omne totū eſt maius ſua parte intelligit de toto integrali habēte partes certū enim eſt q̄ quilibet Angelus eſt quoddā totū ꝛ tamē nullus angel⁹ habet partes. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur in chriſto ſunt corp⁹ ꝛ aīa ꝛ diuinitas: ergo non eſt ſimplex: ſed cōpoſit⁹. Ad hācreplicā rn̄det negādo ꝯn̄a: rō eſſet quia illa ꝓpoſitio in chriſto ſunt corpus aīa ꝛ diuinitas capit in iſto ſenſu chriſtus preſuppōit carnē aīā ꝛ diuinitatē.

¶ Secūdo arguit ſic ſi chriſt⁹ non eſſet cōpoſitus ſequeret q̄ diuinitas nō poſſet informare materiā neq̄ ſubiectare formā ꝯn̄s eſt falſum igit falſitas ꝯn̄tis ꝓbatur ſequeret q̄ creatura poſſet aliquid facere quod de⁹ nequiret facere ꝯn̄s eſt hereticū igit ſequela ꝓbat creatura pōt informare materiā ꝛ ſubiectare formam ꝛ deus non poteſt informare materiā nec ſubiectare formā ergo creatura pōt aliquid: quod deus nō valet facere. Ad hoc argumētū rn̄detur cōcedendo ſeq̄lam ꝛ negādo minorē intelligendo per ſe ꝛ immediate ꝛ ad ꝓbationē negatur ſequela ꝛ ad ꝓbationē negatur ꝯn̄a: rō eſt: q2 quando creatura informat materiā aut ſubiectat formā dn̄s deus concurrit ad illum effectū. Immo magis deus in quēlibet effectū q̄ȝ aliqua creatura.

¶ Queritur ſcđo circa eandē diſtin. Utrū chriſt⁹ eſt duo pro h⁹. difficultatis declaratione eſt notādū q̄ duo capit duob⁹ modis vno modo in maſculino ꝛ tūc ſenſus eſt xp̄s eſt duo. ſ. duo ſuppoſita. Alio modo capitur li duo in neutro gn̄e ꝛ tūc tm̄ valēt xp̄s eſt duo ſicut xp̄s eſt due res. Scđo eſt aduertendum q̄ duplex eſt eſſe. ſ. eſſe obiectiuum ꝛ eſſe reale: eſſe obiectiuū nihil aliud eſt q̄ȝ eſſe cognitū ab aliqua potentia cognitiua ꝛ iſto mō res: que non ſunt habēt eſſe obiectiuū dūmodo cognoſcantur ꝛ de tali eſſe non eſt ſermo in ꝓpoſito eſſe reale eſt multiplex. ſ. eſſe eſſentie ſiue exiſtie eſſe ſubſiſtētie ſiue ſuppoſitaliter ꝛ eſſe propoſitionale ꝛ in hac. q. ſolutā eſt queſtio de primis duobus mēbris vnde eſſe propoſitiōale nihil aliud eſt q̄ȝ aliquam ꝓpoſitionē verificari pro aliqua re vt ſi ſorſit albus habꝫ eſſe ꝓpoſitionale reſpectu iſti⁹ hō ē albus eſſe eſſentie ſiue exiſtie nihil aliud eſt q̄ȝ realr̄ exiſtere ꝛ ſic quelibet res que exiſtit habet eſſe eſſentie ſiue exiſtie eſſe autē ſubſiſtentie ſiue ſuppoſitalr̄ eſt eſſe ſuppoſitū. Ex iſtis ſequit q̄ hūanitas xp̄i non habet eſſe ſubſiſtētie. Iſtis notatis rn̄detur per duas cōcluſiōes quarū prima eſt iſta xp̄s non eſt duo p̄mo modo iſta cōcluſio ꝓbatur q2 xp̄s ſolum eſt vnicū ſuppoſitū ſubſiſtens in duabus naturis. Scđa concluſio eſt iſta xp̄s non eſt duo ſecundo mō iſta cōcluſio probat xp̄s eſt vna res ſimpliciſſima ꝛ indiuiſibilis. ſ. ipſū verbū diuinū ſiue fili⁹ dei ergo xp̄s non eſt due res.

¶ Contra ambas cōcluſiones arguit ſic authoritatibus ſanctorū Prima eſt Aurelij auguſti. in ep̄la ad felicianū dicētis. Aliud eſt fili⁹

dei ⁊ aliud filius hominis. Secūda eſt hilarij in .9. libꝛo de trinitate dicentis xp̄s hō ieſus ꝗuis ſit aliud de patre: ⁊ aliud de matre nō tamē alius. Tertia eſt iſidoꝛi dicētis mediatoꝛ dei ⁊ hominē chꝛiſtus ieſus ꝗuis aliud ſit de patre ⁊ aliud de virgine nō tamē alius. Quarta eſt Anſelmi dicētis in libꝛo. Cur deus hō Non eſt alius deus alius hō in chꝛiſto ꝗuis ſit aliud deꝰ: aliud hō ergo ſi xp̄s eſt duo aliud ē duo. Ad oēs iſtas authoꝛitates rñdetur ꝙ iſti gloꝛioſi ſancti nō pꝛętēdunt dicere ꝙ xp̄s ſit duo aliud ſed ſolum volūt dicere ꝙ chꝛiſtus aliud habet a patre .ſ. ſubſtātiam diuinitatis ⁊ aliud a matre .ſ. aliā ſubſtantiā humanitatis a diuinitate habet a matre. ⁊ ꝙ iſte ſit ſenſus ipſoꝝ patet qꝛ oēs ipſi dicūt ꝙ chꝛiſtus nō eſt aliꝰ homo ⁊ alius deus ſed eadem res numero eſt deus ⁊ hō. Cōtra iſtam ſolutionē arguit̄ chꝛiſtus eſt vnus vnitate increata ⁊ eſt vnus vnitate creata ergo chꝛiſtꝰ eſt duo ꝯñā pꝛobatur quia vnitas creata et vnitas increata ꝯſtituūt duo entia. Ad hāc replicā rñdetur negādo minoꝛē ⁊ ſi ad huc replices in xp̄o ſunt plura eſſe .ſ. eſſe exiſtentię ⁊ eſſe ſubſiſtentię ergo xp̄s eſt plura negat̄ ꝯñā: qꝛ ſolum eſt vnū ſuppoſitū vt dictū eſt.

¶ Scđo arguit̄ ſic ſicut in natura diuina ſunt tres ꝑſonę in vna eſſentia ita in xp̄o ſunt duę naturę in vna perſona ergo ſicut illa eſſentia eſt tres perſonę ita perſona xp̄i erit duę naturę. Ad hōc argumentū reſpondet̄ negādo ꝯñam ⁊ rō eſt qꝛ eſſentia diuina in qua ſunt .3. ꝑſonę eſt cōmunicabilis cuilibet illarum perſonarum ſed perſona xp̄i in qua ſunt duę naturę nō eſt cōmunicabilis cuilibet illarū naturarum.

¶ Tertio arguitur ſic Aureliꝰ auguſt. in pꝛimo libꝛo cōtra Maximinū hęreticū. ait ꝙ xp̄s ꝗuis ſit vna perſona: eſt tamē gemina ſubſtantia ergo xp̄s eſt duę ſubſtātię ⁊ per ꝯñs duę res. Ad hoc argumentū rñdetur ꝙ Aug. nō vult dicere ꝑ illa v̄ba ꝙ xp̄s eſt duę ſubſtātię ſed ſolū intendit ꝙ xp̄s ſubſiſtit in duabus naturis ſiue ſubſtātijs. Ex oībus iſtis ſequit̄ ꝙ ſine diſtinctione iſta eſt neganda xp̄s eſt duo. ratio eſt quia eius cōtradictoꝛia cātat̄ ab ecclīa ſimpliciter in ſymbolo Athanaſij .ſ. Nō duo ſed vnus eſt xp̄s.

Poſitis ſentētijs, ꝓbatiſqꝫ teſtionijs intelligētias ꝓpoſitarū locutionū exequitur ſecundum ſingulas ſententias. ⁊ pꝛius ſecūdum pꝛimā.

Diſtinctio. VII.



Ecūdū pꝛimā vero dicitur deꝰ factꝰ hō: ⁊ hō factus deꝰ. qꝛ deus eſſe cepit eſſe q̄dam ſubſtātia rōnalis que añ non fuerat: ⁊

illa ſubſtantia cepit ille deus: et
gratia nõ natura vel meritis ha
buit. Unñ recte dr̃ xp̃s inquãtuȝ
hõ predeſtinatus eſſe filius dei.
Huic aũt ſñie opponitur. Si il
la ſubſtantia cepit eſſe de⁹: ⁊ de⁹
illa. Quedã ergo ſubſtantia eſt
deus que non ſemper fuit deus
⁊ quedã ſubſtantia eſt deus que
non eſt diuina ſubſtantia: ⁊ de⁹
eſt aliquid quod non ſemp̄ fuit.
Quod ⁊ illi concedunt Orige-
nis teſtimonio innitentes q̃ ait.
Factus eſt ſine dubio id qđ pri⁹
nõ erat: ſed addidit ſcđm carnẽ.
Scđm deũ vero erat prius: ⁊ nõ
erat qñ nõ erat. Alijs quoq; plu
rib⁹ modis illi ſñie põt opponi.
quibus ſuperſedemus exercita
tionis ſtudiũ lectori re. inquen-
tes: ⁊ aliam properantes.

Hic explanat ſm̃ ſñiam ⁊ earum locutionũ ſenſus.

¶ In ſecunda võ ſententia hu
ius diſtinctionis talis videt̃ rõ:
vt cuȝ dicitur de⁹ factus eſt hõ.
intelligat̃ cepiſſe eſſe ſubſiſtẽs ex
duabus naturis vel tribus ſub-
ſtantijs. ⁊ ecõuerſo hõ factus ẽ.
deus. qȝ ſubſiſtens in duab⁹ na
turis cepit eſſe deus. vel potius
hõ factus eſt deus. ⁊ econuerſo
dicit̃. qȝ deus aſſumpſit hoiem:
⁊ hõ aſſumptus eſt a deo. Unñ
Aug. dicit in libro de trini. Ta
lis fuit illa ſuſceptio que hoiem
faceret deũ. ⁊ deum hoiem. Ua
riatur aũt intelligẽtia cũ dr̃. de⁹
eſt homo. ⁊ hõ eſt deus. Dicit̃
enim deus eſſe pſona ſubſiſtens
in duabus: ⁊ ex duab⁹ naturis.
et perſona ſubſiſtens in duabus
⁊ ex duabus naturis dr̃ eſſe de⁹
ideſt verbuȝ vel natura diuina.
Põt eñ p̄dicari pſona ſimplex
vel natura de pſona compoſita.
Non eſt aũt vt ait Joãnis Da
ma. idẽ dicere naturã vl̃ pſonã:

¶ Ex quo ſenſu dicũt chriſtum predeſtinatum.

¶ Iſti dicũt chriſtum predeſti
natũ inq̃ntum eſt hõ. i. inq̃ntum
eſt ſubſiſtens ex duabus ſubſtã
tijs. ſ. aĩa ⁊ carne. Nam q̃tũ ad
naturam diuinitatis nõ eſt ipſe
predeſtinatus. Nõ ergo inq̃tũ
in ea vl̃ ea ſubſiſtit predeſtinat⁹
eſt. ſed inq̃ntum ſubſiſtit in alijs
duab⁹ ſubſtãtijs. i. in anima ⁊
carne: hoc eſt inquãtũ eſt hõ.

Qualiter exponũt autoritates prime que iſti vidẽtur obuiare ſententie.

¶ Determinãt etiam autorita
tes q̃ prime cõueniũt ſẽtẽtie. ⁊

ſonam hominis ſcdm naturam: q2 nō erat ex carne illa ⁊ anima il la vna compoſita perſona quaʒ verbum accepit. ſʒ accipiēdo vni uit ⁊ vniendo accepit.

Cōtra hoc opinio qua ꝓba re quidam volunt perſonaʒ accepiſſe perſonam.

¶ Hic a quibuſdaʒ opponit̄ ꝙ perſona aſſumpſit pſonā. Per ſona eīn eſt ſubſtantia rōnalis i diuidue nature. hoc aūt eſt ani ma. Ergo ſi animā aſſumpſit. ⁊ pſonam: quod ideo nō ſequitur q2 aīa non eſt perſona qn̄ alij rei vnita eſt perſonaliter: ſed qn̄ per ſe eſt. abſoluta eīn a corpore per ſona eſt ſicuti angelus. Illa aūt anima nunꝗ fuit quin eſſet alij rei coniuncta. Ideoqꝫ non ea aſſumpta. perſona eſt aſſumpta Aliter quoqꝫ nitunt̄ probare v̓ bū dei aſſumpſiſſe perſonā: q2 aſ ſumpſit aliquem hoīem. Aſſūp ſit enim Ieſum xp̄m. ergo aliquē hominem. Q autem hominem Ieſum xp̄m aſſumpſerit. Au guſti. i expoſitione ſymboli ſub anathemate tradit dicēs. Si qs dixerit atqꝫ crediderit hoīem ie ſum xp̄m a filio dei aſſumptum nō fuiſſe anathema ſit. Qui etiā in plurib⁹ ſcripture locis huiuſ modi vtitur locutionibus. Ille homo a verbo dei eſt aſſumpt⁹. Ille hō factus eſt Chriſt⁹. Et propheta de hoīe xp̄o loquens deo ait. Beatus queʒ elegiſti ⁊ aſſumpſiſti. ⁊c. Ex quibus con ſequi videtur. ꝙ aliquis homo aſſumptus ſit a verbo. ⁊ ita per ſona a perſona ſit aſſumpta. Sʒ q2 hoc nephas eſt dicere aūt ſen tire. premiſſe locutiones eiſqꝫ ſi miles ſcdm hanc intelligentiam ſane accipi debēt: vt hō Chriſt⁹ ſiue hō ille: ſiue qdaʒ hō dicatur aſſumptus a verbo. ſiue vnitus verbo. nō q2 hoīs perſona ſit aſ ſumpta vel vnita verbo: ſed q2 il la aīa ⁊ caro illa aſſumpta ſunt ⁊ vnita verbo in quibus ſubſiſtit perſona dei ⁊ hoīs: vt ad hoīs naturā nō ad perſonā reſpicias cū aſſumptū vel vnitū: vel quen dam vel aliquē in huiuſmodi lo cutionibus ſcriptura cōmemo rat. Quo circa cuʒ queritur ſine propoſita autoritate an aliquis vel quidā ſit aſſumptus a verbo vel vnit⁹ v̓bo. ſine diſtinctiōe in telligētie nō ē hic reddēda reſpō ſio: qm̄ multiplex p̄miſſa eſt que ſtio. ſed inſtantie querētis ita de terminatio: ſi de hominis perſo na queris. reſpondeo non. ſi de hominis natura: dico eſt.


Irca quintã
diſtinctionẽ.
Querit̃ quę
eſt iſtarũ eſt
cõcedẽda . ſ.
perſona aſ-
ſumpſit per
ſonã:natura
aſſũpſit na-
turam: perſona aſſumpſit naturaꝫ.
natura aſſumpſit perſonã. Pro hu
ius.q. enodatione opo꞉rtet ſuppone
re illa quę dicta fuerunt in.5.q. pri-
me diſtin.huius.3.libri. de ſuppoſi
to natura ꝛ perſona ꝛ aſſumptione.
Quib⁹ ſuppoſitis rñdetur per ali-
quas ꝯcluſi.quaꝝ. Prima eſt iſta.
Nullam perſonaꝫ aſſumpſit ꝑſona
iſta conclu. probat̃. Si aliqua perſo
na aſſumpſiſſet perſonã maxime ſe
cunda ꝑſona ĩ diuinis aſſumpſiſſet
perſonã:ſed ſcḋa perſona ĩ diuinis
nõ aſſumpſit perſonã:qꝛ humãitas
aſſumpta a verbo non eſt perſona.
Nã nõ eſt ſuppoſitũ cũ ſuſtentetur
a verbo diuino:igitur nulla perſona
aſſumpſit perſonam. Scḋa conclu
ſio eſt iſta. Nulla natura aſſumpſit
naturam. Iſta cõclu. probat̃. Si ali
qua natura aſſumpſiſſet naturã ma
xime natura diuina aſſumpſiſſet na
turã hũanã. Sed nat̃a diuina nõ aſ
ſũpſit naturã hũanã: igit̃ minor ꝓ-
bat̃ vnio ypoſtatica nõ terminat̃ ad
naturã:vt ſuperius declaratũ eſt:er
go natura diuina nõ aſſũpſit natu-
rã hũanam. Tertia cõcluſio eſt iſta
Perſona aſſũpſit naturã. Iſta cõ.
probat̃:verbũ diuinũ aſſũpſit natu
rã hũanam:ꝛ verbũ diuinũ eſt per-
ſona:ergo perſona aſſũpſit naturã.

Quarta concluſio eſt iſta nulla natu
ra aſſũpſit ꝑſonã: imo ĩplicat aſſu
mere perſonam. Nam ſi talis res ẽ
aſſumpta. Iam nõ eſt perſona cum
non ſit ſuppoſitum intellectuale.

¶ Contra primaꝫ concluſionẽ
arguitur ſic. Verbũ diuinuꝫ aſſum
pſit perſonã: ꝛ omne ṽbum diuinũ
eſt perſona:ergo aliqua ꝑſona aſſũ
pſit perſonam maior probat̃ verbũ
diuinũ aſſumpſit hominẽ: ꝛ oĩs ho
mo eſt perſona:ergo verbũ diuinuꝫ
aſſumpſit perſonam : maior patet
autoritate pſalmiſtę dicentis. Bea
tus homo quẽ elegiſti : ꝛ aſſumpſi-
ſti. Patet etiã ꝑ illḋ quod canit vl'is
eccl'a in cantico ędito ab Auguſti. ꝛ
Ambro. ſ. Tu ad liberãdũ ſuſceptu
rus hominẽ:non horruiſti virginis
vterum.ꝛc. In ſup Aurel. Auguſti.
in expoſitiõe ſymboli ait anathema
ſit quicunqꝫ dixerit ꝙ homo nõ eſt
aſſumptus a Ieſu xp̃o. Ad hoc ar-
gumẽtũ rñdetur negãdo añs ꝑ ma
iori parte:ꝛ ad probationẽ diſtigui
tur maior. ſ. ꝙ ṽbũ diuinũ aſſũpſit
hoiem:vel abſolute:ꝛ ſic cõcedit̃ illa
ꝛ negat̃ minor in tali ſenſu vel cõno
tatiue capiendo li hominem : et ſic
negat̃ illa maior. nec taliter probat̃
qꝛ in illis authoritatibus li hõ capit̃
abſolute: ꝛ nõ cõnotatiue. At diuus
Thomas : ꝛ Bonauẽtura aſſerunt
iſtã eſſe impropriã ṽbum diuinũ aſ
ſumpſit hoiem mirandũ eſt tamẽ
de eis. Nã ſecundũ oẽs catholicos.
Ille eſt proprius ſenſus alicuius ꝓ
poſitionis quem intendit ſpũſſan-
ctus:et ſancta mater Eccleſia regi
tur ab ſpũ ſancto:ꝛ cõcedit illã ſim

pliciter et abſolute:ergo in ꝓpꝛio ſen ſu talis pꝛopoſito eſt vera.

¶ Secdo arguitur ꝯtra eaſdem concluſiones natura diuina aſſumpſit naturā humanā: ergo aliqua natura aſſūpſit naturā. aſis pꝛobatur. Natura diuina eſt incarnata: ergo natura diuia aſſūpſit naturā hūanam. Ad hoc argumētum rndetur negādo aſis: ⁊ ad pꝛobatiōem negatur ꝯña ratio eſt: qꝛ illa pꝛopoſitio natura diuina eſt incarnata capitur in iſto ſenſu. ſ. natura diuina eſt vnita carni humane. ⁊ ad hoc ꝙ natura diuina aſſumpſerit naturā humanā non ſufficit ꝙ eam ſibi vniuerit: ſed vltra hoc requiritur ꝙ natura diuina ſit terminus talis vnionis immediatus: modo certum eſt ꝙ ſolū verbum diuinū ē terminus talis vnionis hypoſtatice immediatus. Circa iſtam. q. dubitatur cū Magiſtro an aīa rationalis ſeparata ſit perſona. Ad hoc dubium rndetur Magiſter cum Hugone de ſctō victoꝛe affirmatiue: ſed Magiſter nō tenetur in hac reſponſiōe. Immo diuꝰ Bonauētura: ⁊ ſanctus Thomas ⁊ oēs alij doctoꝛes tenent partē negatiuā ratio eſt manifeſta. quia diffinitio ꝑſonę non conuenit aīę ſeparatę: Nō eſt enim ſuppoſitum intellectuale. Naꝫ ad hoc ꝙ aliquid ſit ſuppoſitū opoꝛtet ꝙ ſit ens cōpletuꝫ: mō anima quantūcunqꝫ ſit ſeparata nō eſt ens cōpletū. Ideo nō eſt perſona.

De ītelligētia harum locutionū deꝰ factꝰ eſt hō. deus eſt hō. an his locutionibꝰ dicatur deus factus eſſe aliqd vel eē aliqd. vel nō eē aliqd.

Diſtinctio. VI.



X ꝓmiſſis aūt emergit queſtio plurimum cōtinens vtilitatis: ſed nimiū difficultatis atqꝫ ꝑplexitatis. Cū. n. cōſtet ex pꝛedictis ⁊ alijs pluribꝰ teſtimonijs. omneſqꝫ catholici vnanimiter fateantur deū factuꝫ eſſe hoīem. ⁊ xpꝫ verū deū eſſe. ⁊ verū hoīem. queritur an his locutionibꝰ deꝰ factus eſt hō. filius dei factꝰ eſt filius hoīs. deus eſt hō. ⁊ hō eſt deus. dicatur deus factꝰ eſſe aliquid. vel eſſe aliquid. vel aliquid dicatur eſſe deus. ⁊ an ita conueniat dici. hō factus eſt deus. ⁊ filius hoīs factus eſt filius dei: ſicut ecōuerſo dicitur. ⁊ ex his locutionibus non dicitur deus factus eſſe aliquid vel eſſe aliquid. Que ſit intelligentia harū locutionū ⁊ ſimiliū. In huius ꝓfunditatis reſeratione ⁊ ſcrupuloſe queſtionis expoſitione plurimū differre inueniūtur ſapiētes.

Quoꝛundam ſñam refert.

¶ Alij etiã dicunt in ipſa verbi incarnatione hoiem quẽdam ex aĩa rationali ꝛ hũana carne conſtitutum. Ex quibus duob⁹ oĩs verus homo cõſtituit: ꝛ ille hõ cepit eſſe deus: non quidẽ natura dei. ſ; perſona verbi ꝛ deus accepit eſſe homo ille. Concedunt etiam hominẽ illũ aſſumptũ a v̓bo ꝛ vnitum verbo ꝛ tñ eſſe v̓bũ ꝛ ea ratione tradũt dictũ eſſe deum factũ hoiem: vel eſſe hoiem. q: deus factus eſt. id eſt cepit eſſe quedam ſubſtãtia ex aĩa rationali ꝛ humana carne ſubſiſtens ꝛ illa ſubſtantia facta eſt. i. cepit eſſe deus. non tamen demigratione nature in naturã. ſ; vtriuſq̧ nature ſeruata proprietate factum eſt: vt de⁹ eſſet illa ſubſtãtia. ꝛ illa ſubſtantia eſſet deus. Unde vere dicitur deus factus eſt hõ. ꝛ homo factus eſt de⁹. ꝛ deus eſt hõ. ꝛ hõ deus. ꝛ filius dei fili⁹ hoĩs ꝛ econuerſo. Cũq̧ dicunt illũ hoiem ex aĩa rõnali ꝛ humana carne ſubſiſtere. non tamen fatẽtur ex duabus naturis eſſe cõpoſitũ. diuina. ſ. ꝛ hũana. nec illius partes eſſe duas naturas: ſed animã tantũ ꝛ carnem.

Autoritates ponit quibus muniunt ſuã ſententiam.

¶ Et ne de ſuo ſenſu tñ loqui putentur. hanc ſñiam pluribus muniunt teſtimonijs. Ait eni; Auguſtin⁹ in libro de trinitate. Cũ legitur verbũ caro factũ eſt. in verbo intelligo verũ dei filiũ. in carne agnoſco verũ hoĩs filiũ. ꝛ vtrũq̧ ſimul vnã perſonã deũ ꝛ hoiem ineffabilis gratie largitate coniunctũ. Idem in encħ. Chriſt⁹ ieſus de deo eſt homo autẽ nat⁹ eſt de ſpiritu ſancto ex Maria virgine. Utraq̧ ſubſtãtia diuina ꝛ hũana fili⁹ eſt vnicus dei patris omnipotẽtis. de quo procedit ſpũſſcãtus vtrũq̧ vnus: ſed aliud propter verbũ. ꝛ aliud propter hoiem. non duo filij deus ꝛ hõ: ſed vn⁹ dei fili⁹. De⁹ ſine initio. hõ a certo initio. Idẽ in eodẽ. Quid natura humana in xp̄o homie meruit vt in vnitatẽ perſone vnici filij dei ſingulariter aſſumpta eẽt. Que bona voluntas: q̃ bona opera preceſſerunt. quibus mereretur iſte hõ vna fieri perſona cũ deo? Nũquid antea fuit hõ: ꝛ hoc ei ſingulare beneficiũ p̄ſtitũ eſt vt ſingulariter promereretur deũ. Nẽpe ex quo hõ eſſe cepit: nõ aliud cepit eſſe hõ q̧ dei fili⁹ ꝛ hic vnicus. ꝛ propterea dei verbu;: q̃a eſt ab illo ſuſcepta caro. facta eſt

vtiqꝫ deus: vt queadmodū vna eſt perſona quilibet hō aīa.ſ.rationalis ⁊ caro. ita ſit Chriſtus vna perſona verbū ⁊ hō. Idem ſuper Ioānem agnoſcamus geminā ſubſtantiā xp̄i diuinam.ſ. qua equalis eſt patri ⁊ humanā qua minor eſt patre. vtrūqꝫ aūt ſimul non duo ſed vnus eſt xp̄s ne ſit q̈ternitas nō trinitas de⁹. Ac per hoc Chriſtus eſt deus. aīa rōnalis ⁊ caro. Idē quoqꝫ ī libro de predeſtinatiōe ſanctoꝝ. Ille hō vt a verbo patri coeterno in vnitatē perſone aſſumpt⁹ filius dei vnigenit⁹ eſſet vñ hoc meruit? qđ bonū eius preceſſit? vt ad hanc ineffabilē excellentiā perueniret. Faciente ac ſuſcipiēte deo verbo. ipſe hō ex quo eſſe cepit filius dei vnicus eſſe cepit. Item homo q̄cunqꝫ ita gratia fit chriſtian⁹: ſicut gratia hō ille ab initio factus eſt xp̄s. Idē in lib. xiij. de trinita. Grā dei nobis in hoīe xp̄o cōmendatur. Quia nec ipſe vt tanta vnitate deo vero coniunctus vna cum illo perſona filius dei fieret. Nullis eſt precedentibus meritis affecutus: ſed ex quo hō eſſe cepit: ex illo eſt ⁊ deus. Vñ dictū eſt. Verbum caro factum eſt. Hylarius quoqꝫ in. x. libro de trinita. ait. Chriſtū non ambigim⁹ eſſe deū verbū: neqꝫ rurſus filiū hoīs ex aīa ⁊ corpore conſtitiſſe ignoramus. His alijſqꝫ autoritatibus vtuntur. qui hoīem quendaꝫ ex aīa rōnali ⁊ carne ꝯpoſitū dicūt deū factū ſed gratia: nō natura. Sola eīn gratia habuit ille hō. non meritis vel natura: vt eſſet de⁹ ſiue dei fili⁹. vt haberet omnem ſcientiā ⁊ potentiā quā habet verbū: cū quo eſt vna perſona. Nec tñ in ſuperioribus legitur ꝙ hō ille ſit vna perſona cuꝫ verbo: ⁊ ſit ipſum verbū: ſed etiā ꝙ aīa rationalis ⁊ caro eadē perſona ſit: ⁊ Chriſtus ſit: deus.

Aliorum ſententia.

¶ Sunt aūt ⁊ alij q̄ iſtis in parte conſentiunt. ſed dicūt hoīem illuꝫ nō ex aīa rōnali ⁊ carne tm̄: ſed ex humana ⁊ diuina natura: ideſt ex tribus ſubſtantijs diuinitate: carne: ⁊ aīa cōſtare: ⁊ hūc Ieſum xp̄m fatentur ⁊ vnā perſonam tm̄ eſſe. ante icarnationē vero ſolūmodo ſimplicē: ſed in incarnatione factā cōpoſitam ex diuinitate ⁊ hūanitate. Nec eſt ideo alia perſona q̄ pri⁹: ſed cuꝫ prius eſſet dei tm̄ perſona. in incarnatione facta eſt etiā hoīs perſona: non vt due eſſent perſone: ſed vt vna ⁊ eadē eſſet perſo⸗

na dei et hominis. Perſona ergo q̄ prius erat ſimplex et in vna tantum natura exiſtens. in duabus et ex duab⁹ ſubſiſtit naturis et perſona que tantum de⁹ erat. facta eſt etiam verus hō. ſubſiſtens non tm̄ ex anima et carne: ſed etiā ex diuinitate: nec tamen pſona illa debet dici facta perſona: q̄uis dicat̄ facta perſona hominis. Facta eſt igit̄ illa pſona (vt quibuſdam placet) quiddam ſubſiſtens ex anima et carne: ſed nō eſt facta perſona vel ſubſtantia vel natura. et inq̄tum eſt illa ſubſiſtēs: cōpoſita eſt. Inquantū autē verbum eſt: ſimplex eſt.

Autoritates etiā ponit que hanc probant ſententiam.

¶ De hoc Auguſtinus in lib. ſenten. proſperi ait. Modis omnibus approbare contēdim⁹ ſacrificiū eccleſie duob⁹ conſtare. duobus confici. viſibili elementorū ſpecie: et inuiſibili dn̄i nr̄i ieſu xp̄i carne et ſanguine: ſacramēto et reſacri. i. corpore xp̄i: ſicut xp̄i perſona conſtat et conficitur ex deo et hoīe: cū ipſe Chriſt⁹ verus ſit de⁹ et ver⁹ hō. Quia oīs res illarū rex naturā et veritatē in ſe continet ex quibus conficit̄ De hoc eodē Ioānes damaſcenus. In dn̄o nr̄o ieſu Chriſto duas q̄dē naturas cognoſcim⁹ vnā autē hypoſtaſim ex vtriſq̄ cōpoſitā. Incarnatus eſt ergo Chriſt⁹ ex virgine aſſumens primitiā nr̄e maſſe. vt ipſa extiterit in carne hypoſtaſis: que dei verbi hypoſtaſis ꝯpoſita et facta fuerit: que prius ſimplex erat verbi hypoſtaſis. Cōpoſita vō ex duobus perfectis naturis: deitate et hūanitate: et ferat ipſa diuine verbi dei filiatiōis characteriſticū et determinatiuū idioma. ſcḋm q̄ diuiſa eſt a patre et ſpirituſancto et carnis characteriſtica et determinatiua idiomata. ſcḋꝫ que differat a matre et reliquis hoībus. Itē. Vnā hipoſtaſim filij dei cōfitemur in duabus naturis perfecte ſe hn̄tibus deitatis et hūanitatis et incarnatā eſſe eandē hipoſtaſim. et has duas naturas cuſtodiri et manere in ipſo poſt vnionē non ſeorſum: et ſcḋm partes ponētes ſingulā: ſed vnitas inuicē in vnā cōpoſitā hypoſtaſim. ſubſtantialē eīn inquimus vnionē. ſ. verā et non ſcḋm fantaſiam: ſubſtantialē aūt non duabus naturis perficientibus alterā. ſ. vnā cōpoſitā naturā: ſed vnitas inuicē i vnā hypoſtaſim cōpoſitā filij dei et manere eandē

ſubſtantialē differentiā determinatus. Q creabile manſit creabile: ⁊ q̄ increabile/increabile. ⁊ mortale/mortale. ⁊ immortale/immortale. ⁊ circūſcriptibile/circūſcriptibile. ⁊ incircūſcriptibile/incircunſcriptibile. ⁊ hoc quidē refulget miraculis. De hoc etiā Auguſtin⁹ in li. de trinitate ait. Quēadmodū ſcdm deitatē vna eſt patris filijq̄ʒ natura: ita etiaʒ iuxta humanitatem. eadē eſt matris ⁊ filij vna natura. Ex vtraq̄ʒ ergo ſubſtātia ⁊ diuinitatis ⁊ humanitatis vnus atq̄ʒ idē eſt de⁹ dei ⁊ hoīs filius Jeſus chriſtus vt verus deus ita etiā homo verus. Jdem etiā in lib. xiij. de trinitate. Sic deo coniūgi potuit hūana natura: vt ex duab⁹ ſubſtantijs fieret vna perſona. Ac per hoc iā eſt ex tribus. deo. aīa ⁊ carne. His alijſq̄ʒ plurib⁹ autoritatibus ſe muniūt qui dicūt perſonā Chriſti cōpoſitā eſſe vł factā ſiue conſtantē ex duab⁹ naturis ſiue ex tribus ſubſtantijs.

Tertia aliorū ſentētia.

¶ Sunt etiā alij qui in incarnatione verbi non ſolū perſonā ex naturis cōpoſitā negant. verū etiā hoīem aliquē ſiue etiam aliquā ſubſtantiā ibi ex aīa ⁊ carne cōpoſitā vel factam diffitentur. Sed ſic illa duo. ſ. aīam ⁊ carnē verbi pſone vel nature vnita eſſe aiunt. vt ñ ex illis duobus vel ex his tribus aliqua natura vel perſona fieret ſiue cōponeretur. ſed illis duobus velut indumento verbū dei veſtiret: vt mortaliuʒ occulis congruenter appareret. Qui ideo dicitur verus fact⁹ hō q: veritatē carnis ⁊ aīe accepit. Que duo etiā in ſingularitatem vel vnitatē ſue perſone accepiſſe legitur. non quia illa duo vł aliqua res ex illis cōpoſita ſit vna perſona cū verbo: vel ſit verbū: ſed q: illis duobus accidentib⁹ verbo: non eſt perſonarū numerus auct⁹: vt fieret quaternitas in trinitate: ⁊ q: ipſa perſona verbi que prius erat ſine indumēto aſſumptione indumenti non eſt diuiſa vel mutata: ſʒ vna eadēq̄ʒ immutata permanſit. Qui ſcdʒ habitū deū ⁊ hoīem factū dicūt. Accipiendo eñ hoīem dict⁹ eſt deus factus eſt hō: ⁊ propter acceptū hoīem dicit̄ deus vere eſſe hō: ⁊ propter aſſumentē deū dicitur hō eſſe deus. Nā ſi eſſentialiter inquiunt illi de⁹ eſſe hō. vel hō eſſe deus intelligeretur: tunc ſi de⁹ aſſumpſiſſet hoīem in ſexu muliebri: ⁊ mulier eſſentialit̄ de⁹,

eſſet: τ econuerſo. At potuit deꝰ aſſumpſiſſe hominē in ſexu muliebri potuit ergo mulier eſſe deꝰ τ econuerſo.

Autoritates inducit quibꝰ hec ſententia roboratur.

¶ Ne autē τ iſti de ſuo ſenſu influere videantur: teſtimonijs in mediū productis. qđ dicunt cōfirmant. Ait enī Auguſtinꝰ in libro de grā noui teſtamēti. Sicut nō augetꝰ numerus perſonarum. cū caro accedit anime vt ſit vnus homo. ſic nō augetur numerus perſonarꝫ cū homo accedit verbo vt ſit vnus homo xp̄s. Legitꝰ itaqꝫ deus homo. vt intelligamꝰ huius perſone ſingularitatem: non vt ſuſpicemur in carnem mutatā diuinitatē. Idē quoqꝫ tractans illud verbū apoſtoli. Habitu inuentꝰ eſt vt homo: manifeſte oſtendit deū dici factum eſſe hominē: vel eſſe hominem ſcđm habitum: in libro. lxxxiij. queſtionū: ita inquiens. Multis modis habitū dicimꝰ vel habitum animi ſicut diſcipline perceptionem vſu firmatam. vel habitum corporis: ſicut dicimus alium alio validiorem: vel habitum corꝑ membris accomodantꝰ extrinſecus. vt cū dicimus aliquē veſtitū vel calciatū. τ huiuſmodi. In omnibꝰ generibus manifeſtū eſt in ea re dici habitum que accidit vel accedit alicui: ita vt eam poſſit etiam nō habere. Hoc autem nomen ductum eſt ab illo verbo qđ eſt habere. Habitus ergo ī ea re dicitꝰ que nobis vt habeatur accidit. Ueruntamen hoc intereſt. quia quedam coꝝ q̄ accidunt vel accedūt: vt habitum faciāt nō mutantꝰ: ſed ipſa mutant in ſe integra τ inconcuſſa manentia: ſicut ſapientia accedens hominē non ipſa mutatꝰ: ſed hominē mutat: quē de ſtulto ſapiētē facit. Que dam vero ſic accedunt vel accidunt vt mutent τ mutentur: vt cibus qui amittens ſpeciē ſuā in corpus vertitur τ nos cibo refecti: ab exilitate atqꝫ languore in robur atqꝫ valentiā mutamur. Tertiū genus eſt cū ea que accidunt vel accedunt: nec mutant ea quibus accidunt ne ab eis ipſa mutantur: ſicut annulus poſitus in digito: quod genus rariſſime reperitur. Quartū genꝰ eſt cū ea que accidunt vel accedunt mutantur non a ſua natura: ſed aliā ſpeciē τ formam accipiunt. vt eſt veſtis que deiecta: atqꝫ depoſita non habet eā for

mã quã ſumit induta. Induta eñ mẽbris accipit formã quam nõ habebat exuta qð gen⁹ congruit huic cõparationi. Deus eñ filius ſemetipſuꝫ exinaniuit non formã ſuã mutans: ſed formam ſerui accipiens: neq; conuerſus aut tranſmutatus in hominẽ amiſſa incõmutabili ſtabilitate: ſed in ſilitudine hoiꝫ fact⁹ eſt ipſe ſusceptor verũ hoiem ſuſcipiendo habitu inuent⁹ eſt: vt hõ. i. habendo hoiem inuentus eſt vt hõ non ſibi ſed eis quibus in hoie apparuit. Q. aũt dicit: vt hõ veritatẽ exprimit noie: ergo habit⁹ ſatis ſignificauit apoſtolus qualiter dixerit in ſilitudinem hoim factus: qꝛ nõ tranſfiguratione in hoiem: ſed habitu factus eſt: cũ indutus eſt hoieꝫ quẽ ſibi vniẽs quodãmodo atq; conformans immortalitati eternitatiq; ſociaret. Nõ ergo oportet intelligi mutatũ eſſe verbum ſuſceptione hois: ſicut nec membra veſte induta mutantur: quãuis illa ſuſceptio ineffabiliter ſuſceptũ ſuſcipiẽti copularet. His ỽbis aperte innuere videt̃ Aug. deũ factum dici hoiem ſcðm habitũ. Qui etiã ipſius incarntionis modũ volẽs exprimere querentibus in. iiij. lib. de trinit. ait. Si queritur ipſa icarnatio quõ facta ſit: ipſuꝫ verbũ dei dico carnem factũ. i. hoiem factũ. Non tñ in hoc ꝙ factũ eſt conuerſum atq; mutatũ: ſed carne vt carnibus congruẽter appareret indutũ. Ita ſane factũ vt ibi ſit nõ tñ verbũ dei ꝛ hois caro: ſed etiam rõnalis hois aĩa. Atq; hoc totũ ꝛ deus dicatur propter deũ ꝛ hõ propter hoiem. Quod ſi diffiaile intelligitur: mens fide purgetur a peccatis abſtinẽdo ꝛ bona operando. difficilia eniꝫ ſunt hec. Idẽ in li. de fide ad Petrũ Dei filius cũ ſit deus eternus ꝛ verus. pro nobis factus eſt hõ verus ꝛ plenus. In eo ver⁹: qꝛ verã habet deus ille humanã naturã. In eo vero plen⁹: qꝛ ꝛ carnem humanã ſuſcepit ꝛ aĩam rationalẽ. Itẽ. Non aliud fuit illa dei ſummi ſuſceptio vel exinanitio niſi forme ſ̃uilis. i. nature humane ſuſceptio. vtraq; ergo eſt in xp̃o forma: qꝛ vtraq; vera et plena eſt in xp̃o ſubſtantia diuina. ſ. ꝛ humana natura. Idẽ in lib. cõtra Maximinũ. Cũ eſſet p ſeipſum inuiſibilis: viſibilis in hoie apparuit: quẽ de femina ſuſcipere dignat⁹ eſt. Idẽ in eodẽ. Nos Chriſtũ dñm verũ hoiem ſuſcepiſſe credimus: ꝛ in ipſo vi

ſibiliter inuiſibilē hoībus appa-
ruiſſe. In ipſo inter hoīes cōuer
ſatū fuiſſe. In ipſo ab hoīb⁹ hu
mana pertuliſſe. In ipſo hoīes
docuiſſe. Hilarius quoqꝫ in. x.
lib. de trinitate ait. Quō dei fili⁹
natus ex Maria eſt niſi ꝙ ver-
bū caro factū eſt. ſ. ꝙ fili⁹ dei cū
in forma dei eſſet: formā ſerui ac
cepit. Vnū tñ eūdēqꝫ nō dei de-
fectione ſed hoīs aſſumptione
profitemur: ⁊ in forma dei prop
ter naturā diuinā ⁊ in forma ſer
ui ex conceptiōe ſpūſſancti ſcđm
hoīs habitū repertū fuiſſe: non
fuit habitus ille tñ hoīs: ſed vt
hoīs: neqꝫ caro illa caro peccati
ſed in ſimilitudine carnis pecca
ti. Audiſtis tres ſcđm diuerſos
poſitas ſententias. ⁊ pro ſingu-
lis inducta teſtimonia.



Circa ſextaꝫ diſtinctiōem queritur pri-mo. An aliq̄ triuꝫ opinio nū quā nar-rat magiſter in p̄ſenti di-ſtinctione ſit vera ⁊ catholica. Pro hui⁹. q. eno-datione eſt aduertendū. ꝙ prima o pinio ponit in ipſa verbi incarna-tione hominē quendā ex aīa ratio-nali ⁊ humana carne conſtitutuꝫ ex quibus duobus oīs verus homo cō

ſtituit: ⁊ ille homo cepit eſſe deus. Non quidem natura dei ſed perſo-na verbi: ⁊ deus cepit eſſe homo il le qui aſſumptus eſt a verbo. Et in tali ſenſu cōceditur deus factus eſt hō. Scđa opinio aſſerit jeſum xp̄m nō ſolū ex hūana carne cōſtare vex ex natura diuina. ſ. ex tribus. ſ. car-ne aīa ⁊ diuinitate ⁊ vnā perſonam eſſe ante icarnationē ſimplicē. Sed in ipſa incarnatiōe factā cōpoſitam ex diuinitate ⁊ hūanitate nec ē alia perſona ꝙ̄ erat. Sed cū prius eſſet perſona dei. mō facta eſt perſona hoīs. Tertia opinio aſtruit ꝙ ex carne ⁊ aīa a v̄bo aſſumptis nō cō-ſtituitur hūanitas. quia illa aīa nō iformat carnē xp̄i. Sed illis duob⁹ velut quodā idumēto veſtitur xp̄s.

¶ Iſte opiniōes ꝙ̄uis ſint di-uerſe. in trib⁹ tñ cōueniūt. Primo quia ponūt ſolū vnā perſonā in xp̄o ⁊ ſic aduerſant hereſi Enthitij po-nētis duas pſonas duę in xp̄o velu ti ponūtur naturę. Scđo cōueniūt. qꝛ ponūt duas naturas diſtinctas . ſ. increatā ⁊ creatam ⁊ in hoc con-tradicūt hereſi Neſtorij ponentis vnicā naturā in xp̄o. Tertio conue-niunt qꝛ ponūt carnē ⁊ aīam xp̄i nō fuiſſe ante aſſumptionē a verbo ſed in illo primo inſtāti in quo fuerunt productę. fuerūt aſſumptę a v̄bo di uino ⁊ in hoc cōtrariant hereſi Ori-genis ponētis oēs aīas fuiſſe crea-tas in exordio mūdi ⁊ ex ꝯſiti aīaꝫ chriſti fuiſſe ante Adam pariforma cōtradicūt hereſi Manichei ponen tis chriſtū non habuiſſe carneꝫ ſed corpus phantaſticū. Iſtis notatis

rñdetur per .5. cõcluſiones: quarum prima eſt iſta prima opinio eſt heretica ꝛ non intelligibilis. Nã tunc idem eſſet aſſumẽs ꝛ aſſumptum ꝛ creator inciperet eſſe creatura ꝛ creatura inciperet eſſe creator. Scõa cõcluſio eſt iſta ſecũda opinio eſt heretica ratio eſt: quia deus ẽ ſimpliciter ſimplex ꝛ ſimpliciſſima ſubſtãtia inter oẽs ſic videlꝫ ꝙ nõ cõponit̃ neqꝫ eſt cõponibilis. Inſuper ſequeret̃ ꝙ aliquid qd non eſt eternum eſſet deus patet tale cõpoſitum non eſt eternũ ꝛ eſt deus qꝛ xp̃s qui eſt deus ergo aliquid qd non eſſet eternum eſſet deus: preterea deus haberet partes .ſ. ipſam humanitatẽ ꝛ diuinitatẽ que oĩa ſunt abſurda. Tertia ꝯcluſio eſt iſta tertia opinio eſt etiã heretica: iſta ꝯcluſio ꝓbatur ſeq̃ret̃ ꝙ xp̃s non eſſet hõ: ꝯñs eſt cõtra fidem igit̃ opinio eſt heretica ſeq̃la probatur xp̃s non habet hũanitatẽ quãdo ex carne ꝛ aĩa nõ cõſtituitur humanitas ergo xp̃s non eſt hõ. Si dicas ꝙ ſufficit ad hoc ꝙ ſit hõ xp̃s ꝙ vniat̃ carni ꝛ aĩe: ꝯtra hoc arguit̃ ſequeret̃ ꝙ xp̃s nõ fuiſſet mortuus in triduo ꝯñs eſt hereticũ igitur ſequela ꝓbatur xp̃s in triduo erat hõ ergo no fuit mortuus in triduo añs probatur in triduo v̾bũ vniebat̃ carni in ſepulchro ꝛ vniebatur aĩe in inferno ꝛ hoc ſufficit ex opinione ad hoc ꝙ dicatur hõ ergo xp̃s erat hõ in triduo: qd eſt oĩno hereticũ: cum aĩa chriſti eẽt tũc a carne ſeparata.

¶ Sed queres quid eſt ergo xp̃s poſtq̃ iſte tres opiniones ſunt heretice. Ad hoc rñdetur ꝙ xp̃s eſt verbũ diuinũ ſuſtẽtans naturã humanam ꝛ eſt ſimplr̃ ſimplex ꝛ nullo modo eſt xp̃s eſſet compoſitus.

¶ Contra iſtam rñſionem arguitur autoritate Damaſceni dicẽtis in xp̃o ex duabꝰ naturis vna hipoſtatica eſt cõpoſita: ergo xp̃s eſt cõpoſitus. Ad hoc rñdetur ꝙ Damaſcenus capit illũ terminũ ꝯpoſita large: vt tantũ valet ſicut reſultans ꝛ nõ capit ſtricte. Cõtra iſtam ſolutionẽ arguit̃ diuinitas ꝛ humanitas ſunt partes xp̃i ergo chriſtus eſt cõpoſitus capiendo ꝓprie cõpoſitum: añs probatur in Symbolo athanaſij habet̃ ſicut aĩa rõalis ꝛ caro vnus eſt hõ: ita deus ꝛ homo vnus eſt xp̃s ſed caro ꝛ aĩa ſunt partes hoĩs ergo diuinitas ꝛ humanitas ſunt partes xp̃i. Ad hanc replicam rñdetur negãdo añs ꝛ ad ꝓbationem negat̃ ꝯñs ꝛ ratio eſt quia liſicut nõ dicit omnimodã ſimilitudinem ſed aliqualẽ .ſ. ꝙ ſicut hõ reſultat ex carne ꝛ aĩa: ita ex diuinitate ꝛ humanitate reſultat chriſtus.

Contra iſtam ſolutionem arguitur chriſtus eſt quoddã totuꝫ: ergo habet partes ꝛ non niſi humanitatẽ ꝛ diuinitatẽ ergo humanitas ꝛ diuinitas ſunt partes chriſti: p̄ma ꝯñs probatur: qꝛ omne totum ẽ maius ſua parte ergo ſi xp̃s eſt quoddã totum habet partes. Ad hanc replicã reſpõdetur diſtinguẽdo ꝙ chriſtus ſit quoddã totũ vel totum integrale: ꝙ integratur ex partibꝰ ꝛ ſic negat̃ illud vel capiẽdo totũ pro ente completo ꝛ perfecto ꝛ ſic cõceditur illud ꝛ negatur prima ꝯñs ꝛ ad pro·

batione dico ꝙ illa maxima omne totū eſt maius ſua parte intelligit̄ de toto integrali habēte partes certū enim eſt ꝙ quilibet Angelus eſt quoddā totū ⁊ tamē nullus angel⁹ habet partes. ¶Cōtra iſtā ſolutionē arguitur in chriſto ſunt corp⁹ ⁊ aīa ⁊ diuinitas : ergo non eſt ſimplex: ſed cōpoſit⁹. Ad hāc replicā rñdet̄ negādo ꝯñā: rō eſſet quia illa ꝓpoſitio in chriſto ſunt corpus aīa ⁊ diuinitas capit̄ in iſto ſenſu chriſtus p̄ſuppōit carnē aīā ⁊ diuinitatē.

¶Secūdo arguit̄ ſic ſi chriſt⁹ non eſſet cōpoſitus ſequeret̄ ꝙ diuinitas nō poſſet informare materiā neq; ſubiectare formā ꝯñs eſt falſum igit̄ falſitas ꝯñtis ꝓbatur ſequeret̄ ꝙ creatura poſſet aliquid facere quod de⁹ nequiret facere ꝯñs eſt hereticū igit̄ ſequela ꝓbat̄ creatura pōt informare materiā ⁊ ſubiectare formam ⁊ deus non poteſt informare materiā nec ſubiectare formā ergo creatura pōt aliquid: quod deus nō valet facere. Ad hoc argumētū rñdetur cōcedendo ſeq̄lam ⁊ negādo minorē intelligendo per ſe ⁊ immediate ⁊ ad ꝓbationē negatur ſequela ⁊ ad ꝓbationē negatur ꝯñā: rō eſt: q2 quando creatura informat materiā aut ſubiectat formā dn̄s deus concurrit ad illum effectū. Immo magis deus in quēlibet effectū ꝙ aliqua creatura.

¶Queritur ſcđo circa eandē diſtin. Utrū chriſt⁹ eſt duo pro h⁹ difficultatis declaratione eſt notādū ꝙ duo capit̄ duob⁹ modis vno modo in maſculino ⁊ tūc ſenſus eſt xp̄s eſt duo. ſ. duo ſuppoſita. Alio modo capitur li duo in neutro gñe ⁊ tūc tm̄ valet xp̄s eſt duo ſicut xp̄s eſt due res. Scđo eſt aduertendum ꝙ duplex eſt eſſe. ſ. eſſe obiectiuum ⁊ eſſe reale: eſſe obiectiuū nihil aliud eſt ꝙ eſſe cognitū ab aliqua potentia cognitiua ⁊ iſto mō res: que non ſunt habēt eſſe obiectiuū dūmodo cognoſcantur ⁊ de tali eſſe non eſt ſermo in ꝓpoſito eſſe reale eſt multiplex. ſ. eſſe eſſentie ſiue exiſtentie eſſe ſubſiſtētie ſiue ſuppoſitaliter ⁊ eſſe propoſitionale ⁊ in hac. q. ſolū eſt queſtio de primis duobus mēbris vnde eſſe ꝓpoſitionale nihil aliud eſt ꝙ aliquam ꝓpoſitionē verificari pro aliqua re vt ſi forſit albus habz eſſe ꝓpoſitionale reſpectu iſti⁹ hō ē albus eſſe eſſentie ſiue exiſtentie nihil aliud eſt ꝙ realr̄ exiſtere ⁊ ſic quelibet res que exiſtit habet eſſe eſſentie ſiue exiſtentie eſſe autē ſubſiſtentie ſiue ſuppoſitalr̄ eſt eſſe ſuppoſitū. Ex iſtis ſequit̄ ꝙ hūanitas xp̄i non habet eſſe ſubſiſtētie. Iſtis notatis rñdetur per duas cōcluſiōes quarū prima eſt iſta xp̄s non eſt duo pmo modo iſta cōcluſio ꝓbatur q2 xp̄s ſolum eſt vnicū ſuppoſitū ſubſiſtens in duabus naturis. Scđa concluſio eſt iſta xp̄s non eſt duo ſecundo mō iſta cōcluſio probat̄ xp̄s eſt vna res ſimpliciſſima ⁊ indiuiſibilis. ſ. ipſū verbū diuinū ſiue fili⁹ dei ergo xp̄s non eſt due res.

¶Contra ambas cōcluſiones arguit̄ ſic authoritatibus ſanctorū Prima eſt Aurelij auguſti. in ep̄la ad felicianū dicētis. Aliud eſt fili⁹

dei ⁊ aliud filius hominis. Secūda eſt hilarij in .9. libro de trinitate dicentis xp̄s hō jeſus q̄uis ſit aliud de patre: ⁊ aliud de matre nō tamē alius. Tertia eſt iſidori dicētis mediator dei ⁊ hominē chriſtus ieſus q̄uis aliud ſit de patre ⁊ aliud de virgine nō tamē alius. Quarta eſt Anſelmi dicētis in libro. Cur deus hō Non eſt alius deus alius hō in chriſto q̄uis ſit aliud deꝰ: aliud hō ergo ſi xp̄s eſt duo aliud ē duo. Ad oēs iſtas authoritates rńdetur ꝙ iſti glorioſi ſancti nō ꝓtēdunt dicere ꝙ xp̄s ſit duo aliud ſed ſolum volūt dicere ꝙ chriſtus aliud habet a patre. ſ. ſubſtātiam diuinitatis ⁊ aliud a matre. ſ. aliā ſubſtantiā humanitatis a diuinitate habet a ma tre, ⁊ ꝙ iſte ſit ſenſus ipſoꝝ patet q2 oēs ipſi dicūt ꝙ chriſtus nō eſt aliꝰ homo ⁊ alius deus ſed eadem res numero eſt deus ⁊ hō. Cōtra iſtam ſolutionē arguit̄ chriſtus eſt vnus vnitate increata ⁊ eſt vnus vnitate creata ergo chriſtꝰ eſt duo ꝯña probatur quia vnitas creata et vnitas increata ꝯſtituūt duo entia. Ad hāc replicā rńdetur negādo minorē ⁊ ſi ad huc replices in xp̄o ſunt plura eſſe. ſ. eſſe exiſtētię ⁊ eſſe ſubſiſtentię ergo xp̄s eſt plura negat̄ ꝯña: q2 ſo lum eſt vnū ſuppoſitū vt dictū eſt.

¶ Scdo arguit̄ ſic ſicut in natura diuina ſunt tres pſonę in vna eſſentia ita in xp̄o ſunt duę naturę in vna perſona ergo ſicut illa eſſentia eſt tres perſonę ita perſona xp̄i erit duę naturę. Ad hōc argumentū reſpondet̄ negādo ꝯñam ⁊ rō eſt q2 eſſentia diuina in qua ſunt .3. pſonę eſt cōmunicabilis cuilibet illarum perſonarum ſed perſona xp̄i in qua ſunt duę naturę nō eſt cōmunicabilis cuilibet illarū naturarum.

¶ Tertio arguitur ſic Aureliꝰ auguſt. in primo libro cōtra Maximinū hereticū3. ait ꝙ xp̄s q̄uis ſit vna perſona: eſt tamē gemina ſubſtantia ergo xp̄s eſt duę ſubſtātię ⁊ per ꝯñs duę res. Ad hoc argumentū3 rńdetur ꝙ Aug. nō vult dicere ꝑ illa v̄ba ꝙ xp̄s eſt duę ſubſtātię ſed ſolū intendit ꝙ xp̄s ſubſiſtit in dua bus naturis ſiue ſubſtātijs. Ex oibus iſtis ſequit̄ ꝙ ſine diſtinctione iſta eſt neganda xp̄s eſt duo. ratio eſt quia eius cōtradictoria cātat̄ ab eccl'ia ſimpliciter in ſymbolo Atha naſij. ſ. Nō duo ſed vnus eſt xp̄s.

Poſitis ſentētijs, ꝓbatiſq3 teſtionijs intelligētias ꝓpo ſitarū locutionū exequitur ſecundum ſingulas ſententi as. ⁊ prius ſecūdum primā.

Diſtinctio. VII.

S Ecūdū pri mā vero di citur deꝰ fa ctꝰ hō: ⁊ hō factus deꝰ. q2 deus eſſe cepit eſſe q̄dam ſubſtā tia rōnalis que añ non fuerat: ⁊

illa ſubſtantia cepit ille deus: et gratia nõ natura vel meritis habuit. Uñ recte dr̃ xp̃s inquãtuʒ hõ predeſtinatus eſſe filius dei. Huic aũt ſñie opponitur. Si illa ſubſtantia cepit eſſe deꝰ: ⁊ deꝰ illa. Quedã ergo ſubſtantia eſt deus que non ſemper fuit deus ⁊ quedã ſubſtantia eſt deus que non eſt diuina ſubſtantia: ⁊ deꝰ eſt aliquid quod non ſemꝑ fuit. Quod ⁊ illi concedunt Origenis teſtimonio innitentes q̃ ait. Factus eſt ſine dubio id qđ priꝰ nõ erat: ſed addidit ſcđm carnẽ. Scđm deũ vero erat prius: ⁊ nõ erat qñ nõ erat. Alijs quoqꝫ pluribꝰ modis illi ſñie põt opponi. quibus ſuperſedemus exercitationis ſtudiũ lectori re. inquentes: ⁊ aliam properantes.

Hic explanat ſm ſñiam ⁊ earum locutionũ ſenſus.

¶ In ſecunda võ ſententia huius diſtinctionis talis videt̃ rõ: vt cuʒ dicitur deꝰ factus eſt hõ. intelligat̃ cepiſſe eſſe ſubſiſtẽs ex duabus naturis vel tribus ſubſtantijs. ⁊ ecõuerſo hõ factus ẽ. deus. q2 ſubſiſtens in duabꝰ naturis cepit eſſe deus. vel potius hõ factus eſt deus. ⁊ econuerſo dicit̃. q2 deus aſſumpſit hoiem: ⁊ hõ aſſumptus eſt a deo. Uñ Aug. dicit in libro de trini. Talis fuit illa ſuſceptio que hoiem faceret deũ. ⁊ deum hoiem. Uariatur aũt intelligẽtia cũ dr̃. deꝰ eſt homo. ⁊ hõ eſt deus. Dicit̃ enim deus eſſe pſona ſubſiſtens in duabus: ⁊ ex duabꝰ naturis. et perſona ſubſiſtens in duabus ⁊ ex duabus naturis dr̃ eſſe deꝰ ideſt verbuʒ vel natura diuina. Põt eñ pdicari pſona ſimplex vel natura de pſona compoſita. Non eſt aũt vt ait Joãnis Dama. idẽ dicere naturã vł pſonã.

¶ Ex quo ſenſu dicũt chriſtum predeſtinatum.

¶ Iſti dicũt chriſtum predeſtinatũ inq̃tum eſt hõ. i. inq̃tum eſt ſubſiſtens ex duabus ſubſtãtijs. ſ. aĩa ⁊ carne. Nam q̃tũ ad naturam diuinitatis nõ eſt ipe predeſtinatus. Nõ ergo inq̃tũ in ea vł ea ſubſiſtit predeſtinatꝰ eſt. ſed inq̃tum ſubſiſtit in alijs duabꝰ ſubſtãtijs. i. in anima ⁊ carne: hoc eſt inquãtũ eſt hõ.

Qualiter exponũt autoritates prime que iſti videtur obuiare ſententie.

¶ Determinãt etiam autoritates q̃ prime cõueniũt ſentẽtie. ⁊

huic videtur cōtradicere. vt cuꝫ legit. hō ille aſſumpt⁹ a v̄bo in ſingularitate pſone. vel factus vna perſona cū verbo. ꝙ natura hūana intelligat: que v̄bo vnita eſt in ſingularitatē perſone. i. ita ꝙ eadē perſona q̄ prius erat τ ſimplex erat. ſine incremento numeri perſonarū etiā imutata permāſit licꝫ cōpoſita. Cōpoſitionis vero hui⁹ aliam dicūt eſſe rōnem ꝙ̄ ſit i alijs hoibus: quia huius ex tribus. alioꝝ ex duab⁹ ſubſtantijs eſt cōpoſito. Negāt quoqꝫ naturam hūanam eſſe pſonam vel dei filium: τ ſicut vnū eundēqꝫ dicunt eſſe hominem τ deum: τ filiū hominis τ filiū dei ita vnum τ idem non aliud τ aliud. ſicut nec alium τ alium.

Quedam ponit que pmiſſis videntur aduerſari.

¶ Sed his videntur aduerſari que ſubditis continentur capitulis. Ait eñ Auguſ. ſup Joā. Aliud eſt verbū dei: aliud hō. ſꝫ verbū caro factū eſt. i. homo nō itaqꝫ alia verbi: alia eſt hoīs perſona qm̄ vtrūqꝫ xp̄s τ vna perſona. Idem ad Felicianū. Aliō dei filius: aliud hominis filius: ſꝫ non alius. Item dei fili⁹ aliō de patre aliud de matre. Iteꝫ in lib. j. de Trin. Cum filius ſit et deus τ homo: alia ſubſtantia deus: alia homo.

Qualiter his reſpōdeant.

¶ Hec autē in hunc moduꝫ determinant qꝛ cum dicitur aliud verbū dei: aliud homo: ſiue alia ſubſtantia deus: alia homo alterius nature ſignificatur xp̄s eſſe inq̄ꝫtum eſt homo: τ alterius in q̄ꝫtum eſt de⁹. τ aliud natura q̄ eſt homo: aliud natura q̄ eſt de⁹ Ut enim ait Joā. Damaſ. In cōuerſe τ inalterabiliter vnite ſūt ad inuicē nature: neqꝫ diuina diſtante a ꝓpria ſimplicitate. neqꝫ humana aut conuerſa in deitatē naturam: aut in non exiſtentiaꝫ diuiſa: neqꝫ ex duab⁹ vna facta compoſita natura. Cōpoſita enī natura neutri earum ex quibus cōponitur naturis: omouſia. i. ꝯſubſtantialis eſſe poteſt ex alterī perficiens alterum. vt corp⁹ ex quattuor elementis cōpoſitum. nec ignis nominat: nec aer: nec terra: nec aqua: nec horū alicui homouſion dicitur. Si ergo ſecundū hereticos xp̄s vnius cōpoſite nature poſt vnionem extitit. ex ſimplici natura conuerſus eſt i cōpoſitam: τ neqꝫ patri ſimplicis nature exiſti: neqꝫ mr̄i eſt

homouſios: et neqꝫ hõ denomi-nabit ſcꝫ Chriſtꝰ ſolũ. et erit hoc nomen. ſ. xp̄s non perſone ipſiꝰ natura. ſcꝫ vnius ſcd̄m ipſos cõ poſite nature. Nos aũt xp̄m nõ vnius cõpoſite nature dogma-tizamus. et hoc nomẽ. ſ. Chriſtꝰ perſone dicimus: non monotro pos. i. vno modo dictũ. ſcꝫ dua rũ naturarũ eſſe ſignificatiuũ. ſ. deitatis et humanitatis. Ex deita te aũt et hũanitate deũ pfectuꝫ et hoieꝫ perfectũ eũdẽ et eſſe et dici. ex duabꝰ et in duabus naturis cõ fitemur. Sic ergo dicitur aliud eſſe filius dei. aliud filius homi-nis: qꝛ alterius eſt ſubſtantie vel nature inꝗ̃tũ eſt filius dei. alte-rius inꝗ̃tũ eſt filius hois. non qꝫ ipſe filius dei et hois ſit duo il la diuerſa. i. due diuerſe nature.

Autoritate cõfirmat deter minationem.

¶ Aperte eñ Hylarius in. ix. li. de Trini. ait. Cum non aliud ſit filius hois: neqꝫ aliud filiꝰ dei verbũ caro factũ eſt. et cũ ille qui filius dei eſt ipſe et hois ſit filius requiro quis in hoc filio homis glorificatus ſit? Euidenter dicit nõ aliud eſſe filiũ dei. et aliud fili-um hois. Ex quo premiſſa robo ratur et approbat determinatio.

Alia etiam verba autoritatum annotat vt determinet.

¶ Quod etiam dictũ eſt. Utrũ qꝫ xp̄s eſt: vna perſona: mouere poteſt lectorẽ ſicut et illud quod Auguſ. dicit i. j. li. de Trini. Qr forma dei formam ſerui accepit. vtrũqꝫ deus: vtrũqꝫ homo. Sꝫ vtrũqꝫ deus: propter accipientẽ deũ. et vtrũqꝫ homo ꝓpter accep tum hominẽꝫ. Et illud qđ idẽ ait in lib. de bono perſeuerantie. Qui fidelis eſt: i eo veram natu rã humanã credit ſuſcipiente đo verbo ita ſublimatam. vt qui ſu ſcepit: et qđ ſuſcepit vna eſſet in trinitate perſona. aſſumptione il la ineffabiliter faciẽte perſone v-nius in deo et homine veritateꝫ Si aũt qui ſuſcepit. et qđ ſuſce-pit vna eſt perſona: ergo natura humana cũ verbo vna eſt perſo na. Sed hec oĩa ex tali ſenſu di-cta fore tradunt vt vtrũqꝫ dicat eſſe Chriſtus et vna perſona: qꝛ in vtroqꝫ vnus Chriſtꝰ et vna p ſona ſubſiſtit. Ita etiam ſuſcep-tum cũ ſuſcipiente dicat vna per ſona: qꝛ ſuſceptuꝫ ſuſcipienti eſt ſociatũ i vnitate pſone: et ita qꝫ v nitas pſone permanſit. non ita vt caro eſt aĩa ſint vnus deꝰ: qꝛ vt ait Hiero. verbũ eſt deus nõ

caro aſſumpta. Et Ambro. i li. iij. de spiritusancto ait:. Aliud eſt quod aſſumpſit: et aliud qđ aſſumptum eſt.

Hic quandã ponit autoꝛitatem que multum videtur huic ſententie oppoſita.

¶ Eſt autez ⁊ aliud quod huic ſententie plurimum videt̃ obuiare. Ait enĩ Auguſ. in li. i. contra Maximinũ. Chꝛiſtus vna perſona eſt gemine ſubſtãtie qꝛ ⁊ deus eſt ⁊ homo eſt. nec tamen deus vel homo pars huius ſubſtãtie dici poteſt. alioquin filius dei deus anteq̃ͣ ſuſciperet foꝛmã ſerui: nõ erat totus: ⁊ creuit cũ hõ diuinitati eius acceſſit. Ecce deum dicit nõ eſſe partem illius ꝑſone. Unde videtur illa perſona nõ cõſtare ex deo ⁊ homie. Ad qđ etiam illi dicũt illam perſonã nõ ita cõſtare ex deo ⁊ homine: quaſi totũ ex partibus. Ita enĩ partes alicuius totius cõueniunt: vt ex illis qđ erat conſtituatur. nõ aũt ſic hũana ⁊ diuina natura i Chꝛiſto vniũtur. Inexplicabilis enĩ eſt iſtius vnionis que nõ eſt partium ratio. Quidam tñ noie dei ibi perſonã ſignificari putãt. qꝛ de tribus agebat perſonis: quaꝝ nullã trinitatis partẽ eſſe dicebat: ſicut pars iſtius perſone nõ eſt deus. Qđ de perſona intelligat̃: manifeſtũ eſt qꝛ pſona nõ eſt pars pſone. Poſita eſt diligẽter ſnĩa ſcđa ⁊ eiꝰ explanatio. cui i nullo vł i modico obuiãt autoꝛitates i tertia ſn̄a inducte que iam conſiderãda eſt.

Tertia ſententia q̃ ſit ꝑmiſſarum pꝛopoſitionum intelligentia.

¶ In hac ergo ſnĩa ſic dꝛ deus factus hõ: qꝛ hoiem accepit ſic dꝛ eſſe hõ. qꝛ hoiem habet: vł qꝛ eſt hñs hoiem: ⁊ hõ factus deꝰ: qꝛ aſſumptus eſt a deo: ⁊ hõ eſſe deus: qꝛ hñs hoiem eſt deꝰ. Cũ ergo dicitur deus eſt hõ vel habitus pꝛedicatur vel perſona ſed humanata. Et q̄ perſona hũanata pꝛedicet̃. Caſſiodoꝛꝰ oſtendere videtur dicens. Factus eſt vt ita dixerim humanatus deꝰ: qui etiã in aſſumptione carnis: deus eſſe non deſtitit. Qđ tñ varie accipi põt vt dicatur deus factus humanatus: vel Chꝛiſtus factus deus humanatꝰ vtrũq̃ enim ſane dici põt. Cũ ergo dicitur factus eſt deꝰ hõ. multiplex ſcđm iſtos fit intelligẽtia: vt naturã humanã accepiſſe vel hũanatum verbũ eſſe incepiſſe intel-

ligatur. Nec tamē ſi incepit hu manatū verbū: ideo ſequitur q̄ inceperit eſſe verbū nec ſi de⁹ factus eſt humanatū verbū: ſequitur q̄ factus ſit verbū: ſicut de aliquo dicitur. Hodie iſte cepit eſſe bonus hō vel factus eſt bonꝰ homo: nec tñ hodie cepit eſſe homo: vel factus eſt homo.

Quo ſenſu ſcd̄m illos dicat̄ predeſtinatus Chriſtus.

¶ Scd̄m iſtos dicitur Chriſt⁹ ſcd̄m ꝙ homo predeſtinat⁹ eſſe filius dei: q2 eſt predeſtinatuȝ a deo ab eterno. ꝛ in tpe collatum eſt ei ꝑ gratiā: vt ipſe ens homo ſit filius dei. hoc.n. nō ſemꝑ habuit. ſed in tpe ꝑ grām accepit Q̄ videtur. Auguſ. notaſſe i li. ad proſperū ꝛ Hylari. dicens. Predeſtinatus eſt Jeſus: vt q̄ futurus erat ſcd̄m carneȝ filius Dauid: eſſet in virtute filius dei Pietiā cuȝ dicit̄ Chriſt⁹ minor p̄re ſcd̄m ꝙ homo: ſcd̄m habitū hoc intelligūt dictū. i. inq̄ꝫtū habet ſibi hominē vnitū. Vñ Au. in. j. li. de Trini. Deus fili⁹ deo patri natura eſt equalis. habitu minor In forma eñ ſerui minor eſt patre. In forma dei equalis eſt patri: ꝛ q2 ſcd̄m habitū accipienda eſt incarnatiōis rō. ideo deū humanatū: nō hominē deificatū dici tradūt. Unde Joan. damaſ. Nō hominē deificatū dicimus: ſed deum hoīem factuȝ.

Q. non debet dici hō dñic⁹.

¶ Et licet dicat̄ homo deus nō tñ congrue dicit̄ hō dñicus. Vñ Auguſ. in li. retractationū. Nō video vtrū recte dicat̄ hō dñic⁹: qui eſt mediator dei ꝛ hoīm xp̄s Jeſus. cū ſit vtiꝗ dn̄s: ꝛ hoc q̄dem vt dicerē apud quoſdam legi catholicos tractatores. Sed vbicūꝗ hoc dixi: dixiſſe me nollem. Poſtea quippe vidi nō eſſe dicendū: quāuis nōnulla poſſet idē rōne defendi. Scd̄m iſtos etiā dr̄ perſona filij in duabus: ꝛ ex duabus exiſtere naturis ſcdȝ adherentiā vel inherentiā. Altera eiñ inheret ei. altera ineſt:

Q. p̄dicta nō ſufficiūt ad cognoſcendā hāc q̄ſtionem.

¶ Satis diligēter iuxta diuerſoruȝ ſñiam ſuprapoſitam abſꝗ aſſertione ꝛ preiudicio tractam queſtionē. Veruntamē nolo in tanta re: tanꝗ ad cognoſcendū difficili putare lectorem: iſtā ſibi noſtrā debere ſufficere diſputationē: ſed legat ꝛ alia forte meli⁹ conſiderata atꝗ tractata. ꝛ ea q̄

hic mouere pñt: vigilãtiore atq̃
intelligentiore ſi pōt mēte diſcu
tiat. Hoc firmiter tenens q̄ de⁹
hoiem aſſumpſit. hō in deū tran
ſiuit. non nature verſibilitate: ſʒ
dei dignatione: vt nec deus mu
taretur in humanam ſubſtantiā
aſſumendo hoiem: nec hō in di
uinā glorificatus eſſe in deū: q̄r
mutatio vel verſibilitas nature:
diminutionē ⁊ abolitionem ſub
ſtantie facit.



Circa ſepti
mā diſtinct.
queritur pri
mo. An ſit
mutua cōmu
nicatio idio
matū vtriuſ
q̄ nature xp̄i
ſcʒ diuine ⁊
hūane. Pro hui⁹ difficultatis eno
datiōe eſt no. Primo q̄ idioma gre
ce: latine: dicit̄ ꝓprietas: ſed in hac
materia capitur pro cōcreto impor
tāte proprietatē. Et ideo mutua co
municatio idiomatū nihil aliud eſt
q̄ȝ mutua verificatio ꝯcretoꝝ vtriuſ
q̄ nature de ſe inuicē pro ſuppoſito
ſubſiſtēte in illis naturis. Secūdo
eſt no. q̄ tria ſunt gn̄a cōcretoꝝ. pri
mum genus eſt illoꝝ que immedia
te ſupponunt pro re: ⁊ nō per aliqđ
mediū. ſ. quoꝝ formale nō diſtingui
tur a materiali: vt ſūt iſta idē: diuer
ſum: informatū: dependere: ſubijci
ſuppoſitari aſſumi. ⁊ ſic de al'. Ter
tium genus eſt illoꝝ quoꝝ formale
diſtinguitur a materiali: vt albū: ni
grū: calidū: ⁊ frigidū. ⁊ ſic de alijs.
Tertiū genus eſt illoꝝ que pro ali
quibus ſupponunt immediate: ⁊ p̄
alijs mediate: vt calefactiuū: frige
factiuū: diſgregatiuū. Nā calefac
tiuum immediate ſupponit pro ipſo
calore: mediate vero pro igni qui ca
lefacit mediante calore. Tertio eſt
no. q̄ illa regula logica eſt preſup
ponenda. ſ. ad veritatē propoſitiōis
affirmatiue requiritur extrema ſup
ponere pro eodē. Quarto ē no. q̄ in
hac queſtione non eſt ſermo de pro
poſitionibus exponſibilib⁹: q̄r de ip
ſis in ſequētibus diſtin. videbim⁹.
Quinto eſt notandū q̄ volens intel
ligere hanc materiāȝ debet ſemper
aſpicere ad vnionē accidentis cum
ſubiecto. Nā īter oēs vniones talis
vnio magis aſſimilatur vnioni hy
poſtatice q̄ȝ aliqua alia vnio. Sexto
eſt notandū q̄ ſi proponatur aliqua
propoſitio non conſueta concedi a
doctoribus catholicis q̄uuis extre
ma ſupponant pro eodē non eſt cō
cedenda ſine diſtinctione ſed diſtin
guenda eſt: ⁊ tunc poteſt concedi in
ſenſu catholico: ⁊ negari ī altero ſen
ſu ⁊ iuxta illđ notabile oportet pro
poſitiones que ſequuntur intellige
re. Quaꝝ prima eſt iſta cōcreta pri
mi generis vel ordinis que cōpetūt
humanitati non verificantur de ver
bo preter cōcreta cōmunia vtriuſq̄ na
ture: q̄r de talibus nullū eſt dubiuȝ
quin mutuo verificantur de ſe inui
cem ⁊ de verbo: vt iſta eſſe viuere: ⁊
ſic de alijs. Ex iſta ꝯñe ſequitur qđ
iſte ſunt negande verbū eſt finitum.
verbū eſt limitatū: verbū eſt aſſum

ptum:verbū eſt idē huic rei demon
ſtrando humanitatē.⁊ ſic de alijs.
Scďa concluſio eſt iſta concreta pri
mi ordinis que cõueniunt verbo di-
uino verificantur de concretis natu
re humane:non aūt de ipſa natura
humana. Ex iſta ɔ̃none ſequit̃ ṗmo
ꝙ oẽs iſte vere ſunt:hō eſt deus: hō
eſt creator:hō eſt infinit⁹:hō ē eter-
n⁹ impaſſibilis:incorruptibilis: im
mortalis.⁊ ſic de ſimilibus. Sequi
tur ſcďo ꝙ oẽs iſti termini iſtius pri
mi Corollarij negantur de humani
tate. Nā humanitas non eſt deus:
necꝫ creator:necꝫ infinita.⁊ ſic de
alijs. Tertia concluſio eſt iſta cõcre
ta ſcďi ⁊ tertij ordinis vtriuſcꝫ natu
re verificant de ſe inuicē. Ex iſta cõ-
cluſione ſequitur ꝙ omēs iſte ſunt
concedende xp̃s eſt alb⁹: paſſibilis
calefactiuus: corpore⁹:riſibilis: fle
bilis:generabilis:mortalis. Quar-
ta ɔcluſio eſt iſta abſtracta natura-
rum non verificant̃ de ſe inuicē. Ex
iſta ɔ̃none ſequit̃ oẽs iſtas eſſe fal-
ſas:deitas eſt humanitas: deitas ē
paſſibilitas: humanitas ē eſſentia
diuina:humanitas eſt diuinitas: ⁊
ſic de alijs. Quinta cõcluſio eſt iſta
abſtracta nature humane non verifi
cantur de verbo diuino. Ex iſta con
cluſione ſequitur omnes iſtas eſſe
falſas verbū diuinū eſt humanitas
Chriſtus eſt humanitas creator eſt
humanitas:perſona filij eſt huma-
nitas. Sexta cõcluſio eſt iſta abſtra
cta nature diuine non verificant̃ de
concretis nature humane vniuerſa
liter. Ex iſta cõcluſione ſequit̃ iſtas
eſſe falſas eſſentia diuina eſt paſſi-
bilis:eſſentia diuina eſt mortalis:eſ
ſentia diuina ē creata.⁊ ſic de alijs
ſimilibus.

¶ Contra iſtas concluſiones
arguitur ſic ſequeretur ꝙ iſta eſſet
falſa:deus eſt hō ɔ̃ns eſt hereticū ⁊
contra ipſaſmet concluſiones:ergo
ɔ̃nes nulle ſequela probatur ille ter
minus hō eſt cõcretū primi ordinis
⁊ verificatur de humanitate: ergo
per primā concluſionē nō poteſt ve
rificari de deo:⁊ per ɔ̃ns iſta eſt fal-
ſa deus eſt hō. Ad hoc argumentuꝫ
rñdetur negando ſequelā: ⁊ ad pro
bationem negatur ꝙ li hō vt conue
nit verbo diuino ſit concretū nature
humane primi ordinis. Jmmō nul
li hoī conuenit in tali ſignificantia.
Nam vt conuenit filio dei tantū va
let li hō ſicut verbū diuinū ſuſtētās
naturā humanā. Cõtra iſtā ſolutio-
nem arguitur ſi iſta eſſet vera deus
eſt hō ſequeretur ꝙ haberem⁹ deū
recentē ɔ̃ns eſt contra illud pſalmi-
ſte pſalmo.80. Audi iſrael ⁊ cõteſta
bor te:non erit in te deus recens:er
go ſolutio nulla ſequela probat̃ hō
nunc eſt deus ⁊ ante incarnationem
non erat hō de⁹: ergo habem⁹ deū
recentē. Ad hanc replicā rñdetur ne
gando ſequelā::⁊ ad probationem
negatur ɔ̃na:rō eſt :quia ille hō qui
nunc eſt deus ab eterno fuit deus ſi
cut ipſemet teſtatur antecꝫ Abrahā
fieret ego ſum. Contra iſtā ſolutio-
nem replicatur iſte terminus deus
eſt nomē incõmunicabile creaturis
ergo non debet cõcedi illa hō ē de⁹
aññs probatur ſapientie.13.reprehē
dunt̃ idolatre: quia cõmunicabant
hoc nomē deus creaturis.ſ.lignis

⁊ lapidib⁹ ergo nõ debemus cõmunicare homini hoc nomẽ deus. Ad hanc replicã rñdetur diſtinguendo añs vł quo ad naturam creatã ⁊ ſic tranſeat: ſed non talr̃ cõmunicam⁹: qꝛ ſi cõmunicamus hoc nomẽ deus homini non cõmunicamus ipſi quo ad naturã creatam: ſed quo ad naturam diuinã idcirco quo ad naturam diuinã bene põt cõmunicari. Sed ſi cõmunicaret̃ quo ad naturã creatã tunc eſſet peccatum.

¶ Scđo arguitur ſic ſequeret̃ ꝙ termini cõtrarij ⁊ ꝑuatiue oppoſiti ⁊ cõtradictorij verificarẽtur de eodem ꝯñs eſt impoſſibile ⁊ contra regulas ⁊ principia logicoꝝ igitur cõcluſiones nullę: ſequela probatur iſtę ſunt verę chriſtus eſt paſſibilis chriſt⁹ eſt impaſſibilis xp̃s eſt mortalis: chriſtus eſt immortalis: xp̃s eſt triſtabilis: xp̃s eſt nõ triſtabilis igitur ſequela vera. Ad hoc argumẽtum rñdetur diſtinguẽdo ſequelam vel in ſenſibus in quibus ſunt priuatiue oppoſiti ⁊ cõtradictorie oppoſiti ⁊ ſic negatur illa nec probat̃ in iſto ſenſu vel in ſenſibus in quib⁹ non ſunt priuatiue oppoſiti ⁊ contradictorie oppoſiti ⁊ ſic cõceditur illa ⁊ negatur minor. Nã logici intelligũt ſuas regulas in ſenſib⁹ cõtradictorijs: vnde iſtę propoſitiões xp̃s eſt impaſſibilis: xp̃s eſt immortalis faciunt iſtos ſenſus .ſ. xp̃s eſt habẽs naturã impaſſibilẽ xp̃s ẽ habens naturam immortalẽ: ⁊ in iſtis ſenſibus cõcedũtur ⁊ tunc illi termini non opponũtur alijs duob⁹ terminis .ſ. mortalis ⁊ paſſibilis neqꝫ priuatiue neqꝫ ꝯtradictorie. Cõtra iſtaꝫ ſolutionẽ arguitur illi termini paſſibile mortale ⁊ triſtabile important imperfectionẽ ergo nõ poſſunt xp̃o cõpetere ꝯñs probat̃ qꝛ alias etiã peccare ⁊ fallere ⁊ falli poſſent cõpetere xp̃o: qđ eſt oino abſurdū. Ad hanc replicã rñdetur negando ꝯñam: quia non cõpetunt ei quo ad naturam diuinã: ſed quo ad humanam ⁊ ad probationem nego ꝙ illa pdicata peccare fallere ⁊ ſic de alijs poſſint competere xp̃o: rõ eſt qꝛ importãt culpę deformitatem: alia vero ſolũ importãt quoſdã defect⁹ ſiue pœnalitates ⁊ iõ bene poſſunt conuenire chriſto.

¶ Queritur ſcđo circa hanc diſtin. an iſtę ſint cõcedendę verbum factũ eſt hõ: deus factus eſt hõ: hõ factus eſt deus: verbũ factũ eſt aliquid. Pro h⁹ .q. intelligẽtia eſt aduertendũ ꝙ ad hoc ꝙ aliquid dicat̃ factum eſſe aliquid ſufficit ꝙ illud verificetur de illo ⁊ antea nõ verificabatur. Iſto notato rñdetur ꝑ aliquas cõcluſiones: quarũ prima eſt, iſta hę eſt catholica: verbũ factum eſt hõ: ſimilr̃ iſta deus fact⁹ eſt hõ: iſta cõcluſio pbat̃ authoritate Ioãnis in p̃io cap. dicentis verbũ caro factũ eſt ⁊ ſecũdũ gloſam Auguſt. li caro tñ valet ſicut li hõ: ita ꝙ ſenſus eſt verbũ caro factũ eſt .i. verbum factũ eſt hõ: probatur etiã authoritate Eccłię vłis in cõcilio Niceno cõdentis ſymbolũ magnũ in quo habetur ⁊ hõ factus eſt: probat̃ etiã ratione poſt incarnationẽ verbum eſt hõ ⁊ ante incarnationẽ non

erat homo ergo verbũ factũ est hõ:
ɔ̄ña patet ex notabili. Scđa cõclu-
ſio est iſta: hec propoſitio hõ factus
est deus ſecũdum doctores facit tri
plicem ſenſum. ſ. vt li factus deter-
minet li hõ: vel li deus: vel totũ cõ-
poſitũ: q̄uis vltim⁹ ſenſus ſit im-
proprius. ſ. factũ est: vt hõ ſit de⁹:
tamẽ est verus ⁊ catholicus ſimilr
primus: ſed ſecũdus est falſus ⁊ he
reticus. ſ. vt li factus cadit ſupra li
deus: proportionabilr est dicẽdum
de iſta deus fact⁹ est hõ. Tertia cõ-
cluſio est iſta hec. ɔcluſio est hereti-
ca verbũ factũ est aliquid. Iſta cõ-
cluſio probatur: quia li aliquid ab
eterno verificabat de ṽbo diuino,

¶ Contra iſtas concluſiões ar
guitur: bene ſequit deus factus est
homo: ergo hõ factus est deus ɔ̄ñs
est falſum ergo ⁊ añs. Ad hoc argu
mẽtum facile est rñdere ex ſcđa cõ-
cluſione diſtinguẽdo quid determi-
nat li factus: nã ſi determinat vari-
os terminos in añte ⁊ ɔ̄ñte: ɔ̄ña nõ
valet q2 cõmittit equiuocatio ⁊ va-
riatur appellatio: ⁊ ſi li factus deter
minat li deus falſa est quelibet ta-
lis. Cõtra iſtam ſolutionẽ arguitur
per authoritatẽ apľi ad Romanos
primo dicentis: qđ antea promiſe-
rat p prophetas ſuos in ſcripturis
ſanctis đ filio ſuo: qui factus est ex
ſemine Dauid. Similr Auguſti. in
primo de trinitate inquit talis erat
illa ſuſceptio: qua hominẽ fecerat
deum ⁊ deũ hominẽ: ergo q̄uis li
factus determinet li deus: quelibet
talis est cõcedenda. Ad hanc repli-
cam rñdetur q Apoſtolus ſeipſum
exponit. Nã ſubiũgit poſtea imme
diate ſecũdum carnẽ: ⁊ authoritas
Augu. debet intelligi ſic. ſ. q factuз
est per taleз incarnationẽ vt homo
ſit deus ⁊ de⁹ ſit hõ ⁊ ꝓpterea ɔ̄ña
replice nõ valet. Cõtra iſtam ſolu-
tionẽ arguitur ꝑ authoritate Grego-
rij Nazãzeni dicẽtis in epľa ad he-
lidorũ: deus quidẽ humanatus est
⁊ homo deitatus: ſed idõ dicitur hu-
manatus: quia factus est hõ: ergo
ideo dicitur deitatus quia factus ẽ
deus igitur. Ad hanc replicã rñdet
negando ɔ̄ñam: ſed ideo: dicitur hõ
deitatus: quia humanitas vnita est
diuinitati.

¶ Secũdo arguitur ſic bene ſe
quitur deus factus est hõ ergo fa-
ctus ẽ ſimplr: ɔ̄ñs est falſum ergo ⁊
añs: maior probat homo dicit ſub-
ſtãtiã ⁊ nullo modo accidẽs ergo ſi
factus ẽ homo fact⁹ est ſimplr: ɔ̄ña
tenet: quia videtur eſſe differentia
inter productionẽ ſubſtãtie ⁊ acci-
tis. Ad hoc argumẽtum rñdetur ne
gando maiorẽ. Et ad ꝓbationẽ ne-
gatur ɔ̄ña: ⁊ ad probationeз dico q
illa differẽtia ẽ bona naturalr: ſed đ
potẽtia dei nõ valet. Contra iſtam
ſolutionẽ arguit bene ſequitur de⁹
factus ẽ homo ergo deus factus est
aliquid ɔ̄ñs ẽ cõtra vltimã conclu-
ſionẽ igitur añs: maior probatur ar
guitur ab inferiori ad ſuũ ſuperius
affirmatiue: ergo bñ valet. Ad hãc
replicaз rñdetur negãdo maiorẽ: ⁊
ad probationẽ dico q arguitur cum
diſtributione ⁊ equiualẽter etiã ne-
gatiue vt patet aſpiciẽti ſenſuз illi⁹
Cõtra iſtam ſolutionẽ replicatur ſi

deus factus eſſet hõ ſequeretur ꝙ eſſet mutatus: quod eſt cõtra illud Malachie.3°.cap. Ego deus ⁊ non mutor: ergo ſolutio nulla: ſequela patet quia mutatio ẽ genus ad oẽs generationes ⁊ ꝓductiões. Ad hãc replicã rñdetur negando ſequelam ⁊ ad probationẽ dicitur ꝙ illud habet verũ naturaľr: ſed de potẽtia diuina nõ eſt genus ad oẽs generationes ⁊ productiões. Et ſi ad huc arguas bene ſequitur deus factus ẽ homo ergo factus eſt filius dei: ſiľr bene ſequitur ꝙ deus factus ẽ pſona filij. Ad hoc negaẽ aňs propter variã determinationẽ de li factus. Ex qua ſequiẽ varius modus ſignificãdi. Ideo etiã iſta ꝯña non valet xp̃s factus eſt chriſtus: ergo xp̃s factus ẽ deus: nec ſibi arguitur a conuertibilibus. Nam xp̃s ⁊ deus nõn conuertũtur. Nã ante incarnationẽ verbũ erat deus ⁊ nõ erat chriſtus.

¶ Queriẽ tertio circa eãdẽ diſtin. an xp̃s ſit homo dñicus. Probus.q. intelligẽtia eſt notãdũ: ꝙ cũ dicitur homo xp̃s: ieſus denotatur ſuppoſitũ ęternũ: qđ eſt pſona filij dei: ideo quia eſt vnũ ſuppoſitum vtriuſqꝫ naturę: de perſona autẽ filij vere dicitur dñs ⁊ deus: ideo nõ debet fieri verificatio per diminutionẽ. Nam hoc derogaret vnioni hypoſtaticę.

¶ Iſto notato rñdetur per vnicam cõcluſionẽ: quę talis eſt: hęc nõ eſt concedenda xp̃s eſt hõ dñicus. Iſta cõcluſio pbatur iſta eſt cõcedẽda xp̃s eſt verus dñs. Nã vt habeẽ in Apocalypſi: i eius femur ſcriptũ eſt. Rex regũ ⁊c. ergo iſta eſt negãda chriſtus eſt homo dominicus.

¶ Contra iſtam concluſionẽ arguitur authoritate Aurelij auguſt. in libro.83. quęſtionũ dicẽtis: monẽdus eſt: vt illa bona expectẽtur: quę fuerunt in hoie dñico id eſt xp̃o ergo chriſtus põt dici hõ dñicus. Ad hoc argumẽtum rñdetur ꝙ Aureli⁹ auguſtinus in libro retractationum retractauit illa ỽba ait enim nõ video vtrũ recte ieſus xp̃s dicatur hõ dñicus: cũ vtiqꝫ ſit dñs omniũ. Cõtra iſtam ſolutionẽ arguitur chriſt⁹ dicitur eſſe homo diuin⁹: ergo põt dici homo dñicus: ꝯña tenet: q: nõ videẽ potior ratio đ vno ꝗ de alio: aňs patet expreſſa authoritate diui Dionyſij in libro đ celeſti hierarchia ipſuꝫ taľr vocãtis. Ad hanc replicam rñdetur negãdo ꝯñam ⁊ ad probationẽ negatur ꝙ nõ poſſit eſſe maior rõ de vno ꝗ de alio. Immo eſt magnũ diſcrimẽ. Nam li dñicus eſt nomen diminutiuũ: Sed li diuinum ⁊ li diuiniſſimũ non ſunt noĩa diminutiua idcirco patrẽ ⁊ filium ⁊ ſpiritũ ſanctuꝫ vocamus perſonas diuinas ⁊ per locũ a fortiori ⁊ maiori poſſum⁹ vocare diuiniſſimas. Cõtra iſtaꝫ ſolutionẽ arguitur xp̃s vocaẽ ſeruus ergo a fortiori hõ dominic⁹: aňs patet authoritate apoſtoli ad philipp.2°.cap. ita vocantis eum. Ad hãc replicã rñdetur negãdo aňs ⁊ ad probationẽ nego ꝙ Apoſtol. vocet eum ſeruũ. Sed bñ dixit ꝙ xp̃s accepit formã ſerui ⁊ hoc eſt verũ: quia aſſũpſit humanitatẽ quę eſt ſerui forma.

An diuina natura d̄beat dici nata d̄ v̄gine. Di. VIII.

Poſt predicta inquiri debet: vterum de natura diuina concedēdū ſit: q̄ de virgine ſit nata: ſicut dr̄ in virgine incarnata? Et videt̄ vtiq̄ nō debere dici nata de virgine: cū non ſit nata de patre. Que eñ res non eſt de patre genita non dr̄ de matre nata: ne res aliqua filiatiōis nomen habeat i humanitate q̄ illō non teneat in diuinitate. Videt̄ tñ poſſe probari: q̄ ſit nata de v̄gine: q2 ſi hoc eſt naſci deū de v̄gine. ſ. hominē aſſumere i vtero virginis: cum natura diuina ſuperius dicta ſit hominē aſſumpſiſſe. Videt̄ debere dici nata. de hoc aūt Auguſ. in li. de fi. ad petrum ſic ait. Natura eterna atq̄ diuina non poſſet temporaliter cōcipi & naſci ex natura hūana. niſi ſcdm̄ ſuſceptionē v̄itatis hūane verā t̄paliter cōceptionem & natiuitatē ineffabilis in ſe diuinitas accepiſſet Sic eſt deus eternus veraciter ſcdm̄ tēpus & cōceptus & natus ex virgine. Iſta autoritate videt̄ inſinuari q̄ natura diuina ſit nata & cōcepta de v̄gine. Sz ſi diligenter notētur verba: potius de perſona agi intelligit̄ que ſine dubitatione & d̄ patre & d̄ matre nata eſſe dici d3.

De gemina chriſti natiuitate quibus natus eſt.

¶ Queri etiam ſolet. Utruz debeat dici Chriſtus bis genitus: vt dicat̄ dei & hominis fili9? Ad qd̄ dici poteſt Chriſtū bis natū eſſe. duaſq̄ natiuitates habuiſſe. Uñ Augu. in lib. de fi. ad Petrū. Pater de9 de ſua natura genuit filiū deum ſibi coequalē & coeternum. Idēquoq̄ vnigenitus deus ſcd̄o natus eſt ex patre ſemel. ex matre ſemel. Nat9 eſt eñi de patre dei verbū. Natus eſt de matre verbū caro factū. vn9 ergo atq̄ idē dei filius nat9 eſt añ ſecula: & natus in ſecl'o. & vtraq̄ natiuitas vnius eſt filii dei. diuina. ſ. & hūana De hoc etiā Ioā. damaſ. ait. Duas ergo Chriſti natiuitates veneramur. vnaz ex patre añ ſecl'a que eſt ſup cām & ratiōem & tp̄s & naturā: & vnam que in vltimis tēporib9 propter nos & ſcdm̄ nos & ſup nos. p̄pt nos: q2 propter nr̄am ſalutē. ſcd̄z nos. q2 nat9 eſt homo ex muliere: & tp̄e cōceptionis. ſ. nouē mē

ſuum. Super nos: q: nos ex ſe‑
mine: ſed ex ſpūſſancto ꝛ ſancta
virgine ſupra legem conceptio‑
nis. Ex his manifeſte apparet
Chriſti duas eſſe natiuitates. cū
demq; bis natum fore.



Circa diſtin. octauā querī‑
tur primo vtrū natura diui‑
na ſit nata ꝺ vgine. Pro
huius. q. intelligētia eſt
notandum ꝙ
multū differūt hec noīa. ſ. naſci ge
nerari: eſſe filiū: eſſe filiam. Nam
filius ꝛ filia ſunt noīa ſuppoſitorū
generari autem ꝛ naſci denomināt
quodcūq; productū per generatio‑
nem aut natiuitatē ſiue ſit ſuppoſi‑
tum ſiue natura ſiue pars ſuppoſi‑
ti. Iſto notato rñdetur per duas cō
cluſiōes ad titulū. q. quaꝝ pma eſt
iſta. Natura diuīa nō eſt nata ꝺ vir
gine iſta cōcluſio probatur authori
tate Damaſceni in. 3. libro dicentis
naſci nō eſt nature ſed hypoſtaſis.
Ratione pbatur. natura diuina nō
eſt producta ergo non eſt nata: ꝯña
tenet a ſuperiori diſtributo ad ſuū
inferius negatiue. Scda cōcluſio ē
iſta natura diuina nō eſt cōcepta de
virgine. Iſta concluſio probatur: ſi
natura diuina fuiſſet cōcepta aliqñ
fuiſſet nata. Sed nunꝗ fuit nata
ergo natura diuīa nūꝗ fuit ꝯcepta

¶ Contra iſtas concluſiōes ar
guitur primo ſic. Natura diuina eſt
incarnata ergo natura diuina eſt na
ta ꝛ cōcepta: ꝯña probatur bene ſe‑
quitur natura diuina eſt incarnata
ergo natura diuia eſt humanata ꝛ
vltra eſt hūanata ergo eſt hō facta
ꝛ per ꝯñs eſt nata ꝛ ꝯcepta. Ad hoc
argumētum rñdetur negādo ꝯñam
ꝛ ad probationē diſtinguitur illa. ſ.
¶ Contra ſcđam concluſioneʒ arguitur argumentis vigilātij non eſt quid faciendū qđ poſſit dare occaſionem errādi: ſed adorare mortuorum reliquias eſt cauſa erroris. Nā videtur ad errorē gentiliū pertinere qui adorabant penates ergo cōcluſio falſa. Ad hoc argumentuʒ facile rñdetur negādo minorem rō eſt: quia gentiles adorabāt adoratione latrię: nos aūt non taliť adoramus. Inſuper ipſi adorabāt tā bonos ꝙ malos. nos aūt ſolum adoram⁹ bonos ⁊ ſanctos hoīes i ſuis corporibus. Cōtra iſtā ſolutionem arguitur corpora ſanctorū ſunt inſenſibilia ergo nō ſunt aliqua adoratione adoranda ɔña probatur ſequeretur alias ꝙ licite poſſemus adorare lapides ⁊ quamcūꝗ creaturam irrationalē: ɔñs eſt falſum igiť ſequela probatur adeo irrationalia ⁊ inſenſibilia ſunt reliquię ſanctorū ſicut corpora quarūcūꝗ creaturaꝝ irrationaliū: ergo poſſumus adora

re quaſcunq̈ alias duas creaturas irrationales ⁊ inſenſibiles. Ad hãc replicã rñdetur negãdo ꝯñam ⁊ ad probationẽ ſequela eſt cõcedenda: dũmodo fieret aliquis cõtactus alicuius ſancti: idcirco veneramur calceos ⁊ habitũ ⁊ pileũ nr̃i glorioſiſſimi cõterranei Vincētij: ſed ſecluſo cõtactu ſequela eſt negãda ⁊ diſcrimẽ eſt iã datũ .ſ. quia ſpiritus ſanctus vſus eſt corporibus ſanctorũ tanq̈ organis ⁊ inſtrumẽtis ad opera ſtudioſa: nõ aũt vſus eſt alijs creaturis irrationalib⁹. Et ſi arguas corpora iſta ſanctorũ nõ ſunt eiuſdem ſpeciei cũ corporib⁹ viuis: quę habebãt ipi ſancti ergo nõ ſunt adorãda ea adoratione: qua ſancti adorabãtur. Ad hoc negatur ꝯña ⁊ rõ eſt quia materia eſt eadem numero cũ illa materia: quã habebat ſanctus in corpore ſuo ⁊ hoc ſufficit ad hoc q̄ eadem adoratione adoretur.

An chriſtus ſecundum q̄ homo ſit perſona vel aliquid. Diſtinctio. X.

SOlet etiã a quibuſdã inquiri. vtrũ Chriſt⁹ ſecũdũ q̄ homo ſit perſona vel etiam ſit aliquid ex vtraq̈ parte huius queſtionis argumenta concurrunt. Q̄ enĩ perſona ſit his diſſerũt rationibus. Si ſcd̃m q̄ homo aliquid eſt vel perſona. vł ſubſtantia. vel aliud eſt. Sꝫ aliud nõ ergo pſona vł ſubſtãtia. Si ſub. ē. vel rõnał. vel irrõnał. ſꝫ nõ ē irrõnał. ſubſtãtia. ergo rõnał. Si vero ſcd̃m q̄ homo eſt rationalis ſubſtãtia: ergo pſona: q2 hec eſt diffinitio pſone ſubſtantia rõnał. indiuidue nature. Si ergo ſm q̄ hõ. ē aliqd: ⁊ ſm q̄ hõ pſona ē Sꝫ ecõuerſo ſi ſm q̄ hõ pſona ē vł tertia i tri. vł alia: ſꝫ alia nõ ergo tertia in trinitate pſona. At ſi ſcd̃m q̄ homo perſona eſt terti i a trinitate: ergo de⁹. Propter hec incõuenientia ⁊ alia. quidã dicunt xp̄m ſcd̃m hominẽ nõ eſſe pſonam. nec aliquid niſi forte. ſcd̃m ſit expreſſiuũ vnitatis perſone. Scd̃m enĩ habet multiplicẽ rõnẽ. Aliqñ enĩ exp̄mit cõditionẽ: vł ꝓprietatẽ diuine natu. vł hũane aliqñ vnitate pſone aliqñ notat hitũ: aliqñ cãꝫ. Cuius diſtictiõis rõnẽ diligẽter lector aiaduertat. atq̈ i ſinu memorie recõdat: ne ei⁹ cõfundanł ſenſus cum de xp̄o ſermo occurrerit.

Et ſi Chriſtus ſecũdũ q̄ hõ dicał ſubſtantia rationalis non inde tamen ſequitur q̄ pſona ſit ſcd̃m q̄ homo.

¶ Illud tamen nõ ſequitur qđ in argumentatione ſuperiori inductũ eſt. Q. ſi xp̃s ſcđm ꝙ hõ eſt ſubſtantia rationalis: ergo ꝑſona. Nam ⁊ modo aĩa Chriſti eſt ſubſtãtia rationalis. nõ tamẽ perſona: qꝛ nõ eſt per ſe ſonans. imo alij rei cõiuncta. Illa tamẽ perſone deſcriptio non eſt data pro illis tribus perſonis.

Alia probatio ꝙ Chriſtus ſit perſona.

¶ Sed ad huc aliter nitunť ꝓbare Chriſtum ſcđm hoiem eſſe perſonam: qꝛ Chriſtus ſcđm ꝙ hõ predeſtinatꝰ eſt vt ſit dei filius. Sed illud eſt qđ vt ſit predeſtinatꝰ eſt: ergo ſi predeſtinatus eſt ſcđm ꝙ homo vt ſit filius dei. ⁊ ſcđm ꝙ homo eſt filiꝰ dei. Ad qđ dici põt xp̃ꝫ eſſe. i. qđ vt ſit predeſtinatus eſt. Eſt eñ predeſtinatus vt ſit filius dei ⁊ ip̃e vere eſt filius dei: ſꝫ ſcđm hoiem predeſtinatus eſt vt ſit filiꝰ dei. qꝛ per grãm habet hoc ſcđm hominẽ: nec tamẽ ſcđm hoiem eſt filius dei: niſi forte ſcđm vnitatẽ perſone ſit expreſſiuũ: vt ſit ſenſꝰ Ipſe qui eſt homo eſt dei filius. vt aũt ipſe ens homo ſit dei filiꝰ per gratiaꝫ habet. ſꝫ ſi cauſa notetur falſum eſt. Nõ eñ quo homo eſt: eo dei filius eſt.

An xp̃s ſit adoptiuus filius ſꝫm ꝙ homo vel alio modo.

¶ Si vero queritur An xp̃s ſit adoptiuus filius ſcđm ꝙ homo ſiue alio modo: rñdemus Chriſtum non eſſe adoptiuũ filiũ aliquomodo. ſꝫ tantũ naturalem qꝛ natura filius dei eſt: nõ adoptionis grã. Nõ autẽ ſic dicitur filius natura vt dicit deus natura. Nõ eñ eo filius eſt quo deus eſt: qꝛ natiuitate diuinitatis filiꝰ eſt. ⁊ cum dicit natura vł nature filius: qꝛ naturalr̃ eſt filiꝰ; eandem. ſ. habens naturam quã ille qui genuit. Adoptiuꝰ aũt filius non eſt: qꝛ prius non fuit. ⁊ poſt modum adoptatus eſt in filium. ſicut nos dicimur adoptiui filij. Quia cũ nati fuerimꝰ ire filij: per gratiam facti ſumus filij dei. Chriſtus vero nunq̃ fuit filius dei. ⁊ ideo non eſt adoptiuus filius.

Opinio ꝙ ſit adoptiuꝰ filiꝰ

¶ Sed ad hoc opponitur ſic. Chriſtus filiꝰ hominis eſt. i. v̇ginis aut gratia aut natura. vel vtroq̃ mõ. Si vero natura: aut diuina aut humana: ſed diuina nõ: ergo aut hũana natura. aut non natura eſt filiꝰ hois. Si nõ

natura ergo gratia tantū: ⁊ ſi ēt
natura humana non: ideo minꝰ
per gratiā. Si ergo gratia filius
hoīs eſt. adoptiuus filiꝰ eſſe vi-
detur. vt idē ſit naturalis filiꝰ pa
tris: ⁊ adoptiuꝰ filius virginis.
Ad qđ dici pōt xp̄m filiū virgi-
nis eſſe ⁊ natura vł naturaliter ⁊
gratia. nec tn̄ adoptiuus filiꝰ vir
ginis eſt. qꝛ non per adoptionē.
ſed per vnionē filiꝰ virginis eſſe
dicitur. Filius eni virginis dici
tur. eo qđ in virgine hoīem acce
pit in vnitatē perſone: ⁊ hoc fuit
gratie ⁊ nō nature. Vn̄ Aug. ſu
per Joā. ait. qđ vnigenitus eſt
equalis patri: non eſt gratie ſed
nature. Qđ aūt in vnitatē perſo
ne vnigeniti aſſumptus eſt hō:
gratie eſt non nature. Chriſtus
ergo nec dei: nec hoīs eſt adop-
tiuus filius: ſed dei naturaliter:
⁊ hoīs naturaliter: ⁊ gratia filiꝰ.
Qđ vero naturaliter ſit hoīs fi-
lius. Aug. oſtendit in libro de fi
de ad Petrū. Ille. ſ. deus factꝰ
eſt naturaliter hoīs filiꝰ qui eſt
naturaliter filius vnigenitꝰ dei
patris. Qđ autē non ſit adopti
uus filius. ⁊ tn̄ gratia ſit filius:
ex ſubditis ꝓbatur teſtimonijs.
Hieronymus ſuper epiſtolā ad
Ephesios ait. De xp̄o ieſu ſcri-
ptū eſt: qꝛ ſemper cū patre fuit
⁊ nunq̄ eū vt eſſet voluntas pa
terna preceſſit: vt ille quidē natu
ra filius eſt. nos vero adoptiōe.
Ille nunq̄ non fuit filius. nos
anteq̄ eſſemus predeſtinati ſu-
mus: ⁊ tunc ſpūm adoptionis
accepimꝰ qn̄ credidimus filium
dei. Hilariꝰ quoq; in li. iij. de tri
nitate ait. Dn̄s dicens clarifica
filiū tuū: non ſolo noīe conteſta
tus eſt ſe eſſe filiū dei. ſed ēt pro-
prietate. Nos ſumus filij dei: ſꝫ
non talis hic filius. Hic eni ve-
rus ⁊ proprius eſt filius: origi-
ne: adoptione. veritate: non nū
cupatione. natiuitate: non crea
tione. Aug. etiā ſuper Joā. ait.
Nos ſumus filij gratia non na-
tura. vnigenitus aūt natura nō
gratia. an hoc etiā in ipo filio ad
hoīem referendū eſt. Ita ſane.
Ambro. quoq; i li. j. de trini. ait.
xp̄s filiꝰ eſt nō ꝑ adoptionē: ſꝫ ꝑ
naturā ꝑ adoptionē nos filij dici
mur ille ꝑ veritatē nature ē. Ex
his euidēter oſtendit qđ xp̄s nō
ſit filiꝰ gr̄a adoptionis. Illa eni
gratia intelligitur cū Augu. eni
nō eſſe gratia filiū aſſerit. gratia
eni ſꝫ nō adoptiōis. immo vnio
nis filiꝰ dei eſt filius hominis ⁊
econuerſo.

Utrum perſona vel natura predeſtinata ſit.

¶ Deinde ſi queritur vtrū pre deſtinatio illa quaz cōmemorat apoſtolus ſit de perſona an de natura? Sane dici pōt ⁊ perſonam filij que ſemper fuit eſſe predeſtinatam ſecūdum hominem aſſumptum: vt ipſa.ſ. ens homo eſſet dei filius: ⁊ naturam humanam eſſe predeſtinatam vt verbo patris perſonaliter vniretur.



Circa decimam diſtin. queritur primo an xp̄s ſecundū ꝙ hō ſit pſona vel aliqd. Pro hꝰ.q. intelligētia ē no. ꝙ eſt magna differētia īter iſtaz duas dictiones.ſ. ſcd̄m ꝙ ⁊ ſcd̄m. Nam prima eſt dictio reduplicatiua ⁊ tm̄ valet ſicut li inquantum. ſcd̄a vero eſt diſtractiua. Ex iſtis ſequitur ꝙ iſta eſt v̄a ethiops eſt albꝰ ſm̄ dentes. Nam ad veritatem iſtius ſufficit ꝙ dentes ethiopis ſint albi. Sequitur ſcd̄o ꝙ iſta eſt falſa ⁊ impoſſibilis ethiops ſcd̄m ꝙ habet dentes eſt albus. Nam debet exponi per quattuor exponentes ⁊ due ſunt falſe ⁊ quarta eſt impoſſibilis: quia debet exponi per vnā cōditionalem ⁊ tres categoricas vt patet ex libro exponibiliū. Iſtis notatis rn̄detur ad.q. per aliquas cōcluſiōes: quaꝝ Prima eſt iſta quelibet iſtaruz eſt vera xp̄s ſcd̄m ꝙ homo eſt perſona xp̄s ſcd̄m ꝙ homo eſt aliquid capiēdo li ſcd̄m ꝙ reduplicatiue. Iſta cōcluſio patet reſpicienti exponentes ipſarum. Scd̄a cōcluſio eſt iſta hec propoſitio eſt falſa xp̄s ſcd̄m ꝙ hō eſt perſona capiendo illaz loco iſtiꝰ xp̄s ſcd̄m hūanitatē eſt perſona: qr ſenſus illius eſt iſte xp̄i humanitas eſt pſona: qui eſt falſus: ⁊ in iſto ſenſu negat Magiſter iſtam propoſitionē chriſtus ſm̄ ꝙ hō eſt perſona vt patet intuenti pn̄tem diſtinctionem. Tertia cōcluſio eſt iſta qualitercūqꝫ capiatur li ſm̄ ꝙ iſta eſt v̄a chriſtus ſcd̄m ꝙ homo eſt aliquid. Iſta cōcluſio probatur: quia qualitercūqꝫ exponat̄ ſenſus eiꝰ ē verꝰ.

¶ Cōtra iſtas concluſiones arguitur ſic bene ſequitur xp̄s ſcd̄z ꝙ homo eſt aliquid ergo xp̄s ſcd̄m ꝙ homo eſt creator vel chriſtus ſcd̄m ꝙ homo eſt creatura: ſed ꝯn̄s ē falſum ergo ⁊ an̄s. Pro ſolutiōe huiꝰ argumenti eſt diſtinguēdū de li hō naz pōt capi li homo vt tm̄ valet ſicut verbū diuinū ſuſtentās naturaz humanā vel vt tantū valet ſicut habens naturā humanā ſimilr eſt diſtinguendū de li ſcd̄m ꝙ vel capit̄ reduplicatiue vel vt equiualet illi dictioni: ſecūduz ſi capiatur primo modo li homo ⁊ li ſm̄ ꝙ reduplicatiue iſta eſt cōcedenda chriſtus ſcd̄z ꝙ homo eſt creator ⁊ alia eſt neganda chriſtus ſcd̄z ꝙ homo eſt creatura: ſi capiātur illi termini ſcd̄o mō tunc iſta eſt neganda chriſtus ſcd̄m ꝙ homo eſt creator ⁊ alia eſt concedenda chriſtus ſcd̄m ꝙ hō eſt creatura: quia equiualet huic xp̄i hūa-

nitas eſt creatura: que eſt vera ⁊ catholica. ¶ Contra iſtam ſolutionem arguitur ſic illa eſt catholica chriſtꝰ ſm ꝙ homo eſt creator in ſcđo ſenſu ergo rñſio nulla: añs ꝓbatur xp̄s ſcđʒ ꝙ hō remittebat peccata ergo chriſtus ſcđm ꝙ homo eſt creator: ꝯña probatur ꝑ illđ yſaię.43. cap. dicentis ego ſum ipſe: qui deleo iniquitates. Jā probatur añs. Math. nono cap. habetur vt aũt ſciatis: qꝛ filius hoīs habet poteſtatē in terra dimittendi peccata etcet. ergo xp̄s ſm ꝙ hō remittit peccata. Ad hanc replicaʒ rñdetur negando añs ⁊ ad probationem negatur ꝯña ⁊ ratio eſt: qꝛ in illa authoritate li filius hominis nō accipit pro humanitate: ſed pro ṽbo diuino: quod eſt filius virginis. ¶ Cōtra iſtam ſolutionē arguitur Gloſa ſuper ſcđʒ cap. ad philippenſes inquit ꝙ chriſtus inquātuʒ homo aſſumpſit nomē dei ergo inquātum hō habet poteſtatem remittendi peccata. Ad hāc replicam rñdetur ꝙ ſoluʒ illa Gloſa pretēdit ꝙ eadem perſona noīetur homo ⁊ deus: quod eſt verũ ⁊ nō capit li inquātũ: vt equalet illi dictioni ſcđm.

¶ Scđo arguitur ſic illđ quod cōuenit cuilʒ hoī: cōuenit xp̄o ſcđm hũanitatē: ſed eſſe ꝑſonā ꝯuenit cuilibet hoī ergo etiam cōuenit chriſto ſcđm hũanitatem. Ad hoc argumētum rñdetur negādo maiorem. vlꝛ multa enī cōueniũt hoībus ⁊ nullō modo cōueniũt xp̄o. ¶ Cōtra iſtā ſolutionem arguitur xp̄s ſcđm ꝙ hō eſt res cōpleta ergo chriſtus ſcđʒ ꝙ homo eſt perſona. Ad hāc replicaʒ rñdetur negando añs in ſecũdō ſenſu ⁊ capiēdo reʒ cōpletā pro ſuppoſito. Nam ſenſus eius eſt xp̄i hũanitas eſt res cōpleta. i. ſuppoſitũ qui eſt falſus ⁊ hęreticus.

¶ Queritur ſcđo circa eandeʒ diſtin. an chriſtus ſcđm ꝙ homo eſt prędeſtinatus vt ſit dei filius. Pro huius. q. intelligētia eſt aduertēdũ ꝙ prędeſtinatio nihil aliud eſt q̄ⱥ ordinatio alicuiꝰ ad vitam ęternā. ſicue dñs deus volens alicui dare gloriam ęternā ⁊ alia ad ipſam glīam promouentia vt ſunt grā: merita: ⁊ virtutes. Ex iſtis patet ꝙ vnio ṽbi diuini ad hũanitatē cadit ſub prędeſtinatiōe. Scđo ſequitur ꝙ prędeſtinatio non ſolũ reſpicit ꝑſonam: ſed omne beatificabile per grāʒ: nō enī ſolus petrus dicit prędeſtinatꝰ ad glīam ęternā verũ etiā anima petri dicit prędeſtinata ad glīaʒ ęternā.

¶ Iſtis notatis reſpondet ad quęſtionē ꝑ aliquas ꝯcluſiōes quaruʒ Prima eſt iſta hęc eſt falſa xp̄s ſcđm ꝙ hō eſt prędeſtinatꝰ vt ſit filius dei capiēdo li ſcđm ꝙ reduplicatiue. Iſta cōcluſio patet ꝑma eiꝰ exponēs eſt falſa. ſ. xp̄s eſt prędeſtinatus vt ſit filius dei. Scđa ꝯcluſio eſt iſta prędicta propoſitio eſt falſa capiēdo li ſm ꝙ vt ęquiualet illi dictioni ſecũdum. Iſta cōcluſio ꝓbat ſenſus illius eſt ꝙ hũanitas xp̄i eſt prędeſtinata vt ſit filiꝰ dei ⁊ iſte ſenſus eſt falſus. Tertia cōcluſio ē iſta hęc prępoſitio eſt catholica. ſ. prędeſtinatũ eſt vt hō ſit filiꝰ dei. Iſta cōcluſio probatur poſt incarnationem verum eſt dicere ꝙ homo eſt

filius dei ꝛ ante incarnationē hō nō
erat fili⁹ dei: ergo ordinatū fuit ab
ęterno vt hō eſſet fili⁹ dei ꝛ per ꝯñs
fuit prędeſtinatū.

¶ Cōtra iſtas cōcluſiōes argr̄
autoritate Apli in pmo cap. ad Ro
manos dicentis. De filio ſuo qui fa
ct⁹ eſt ei ex ſemine Dauid ſcđm car
nem qui prędeſtinatus eſt filius dei
in virtute ſcđm ſpm̄ ſanctificatiōis:
ergo filius dei eſt prędeſtinatus: et
per ꝯñs ꝑ locū a fortiori xp̄s eſt prę
deſtinatus filius dei. Ad hoc argu-
mentū rñdetur negādo ꝯñam: ꝛ rō
eſt: qꝛ apl's nihil aliud prętendit di-
cere per illa verba: niſi illud qđ prę
tendit tertia concluſio. Contra iſtā
ſolutionē arguitur xp̄s eſt prędeſti-
natus ſm hūanitatē vt ſit filius dei
ergo ſolutio nulla: añs probatur hu
manitas xp̄i eſt prędeſtinata: ꝛ non
niſi vt ſit filius dei: ergo xp̄s ſm hu
manitatē eſt prędeſtinatus vt ſit fi-
lius dei maior probatur hūanitas
xp̄i eſt ordinata ad gl'iam ęternam:
ergo hūanitas xp̄i eſt prędeſtinata
Ad hanc replicā rñdet negādo añs
ꝛ ad probationē negatur minor: rō
eſt: qꝛ nō omne prędeſtinatū ad glo
riā ęternā eſt filius. Nā aīma ſancti
Petri eſt prędeſtinata ꝛ tñ aīa ſan-
cti Petri neq3 eſt fili⁹: neq3 eſt filia.

¶ Tertio queritur circa eandē
diſtin. an xp̄s ſm q̄ hō eſt fili⁹ ado-
ptiuus dei. Pro hui⁹. q. intelligen-
tia eſt aduertēdū q̄ dñi theologi ha
buerunt iſtud vocabulū filius ado-
ptiu⁹ a dñis iuriſperitis. Ideo op3
loqui de ipſo ad ſenſum ipſoꝝ. Vñ
ſm eos filius ille dr̄ adoptiu⁹ reſpe
ctu alicuius q̄ non eſt filius natura-
lis illi⁹ ſed ordinat a volūtate ipi⁹:
vt habeat ius ſuccedendi ad aliquā
hęreditatē. Ex qua deſcriptiōe elici
tur q̄ tria reqruntur ad hoc q̄ aliqs
dicat filius adoptiu⁹. pmū q̄ talis
nō ſit fili⁹ naturalis adoptātis volē
tis ipſum ſuccedere in ſua hęredita
te tertiū ipſa hęreditas.

¶ Iſtis notatis rñdet ꝑ duas
ꝯcluſiōes. Quaꝝ pma eſt iſta. Hęc
eſt hęretica i ſenſu reduplicatiuo. ſ.
xp̄s inquātū hō eſt fili⁹ adoptiuus.
Nā pma exponens eſt fal. a. ſ. xp̄s ē
filius adoptiu⁹ dei: q̄ infert hāc fal
ſam ꝛ hęreticā xp̄s non eſt filius na
turalis dei. Scđa ꝯcluſio ē iſta prę-
fata propō eſt hęretica capiēdo li ſ3
q̄ vt ęqualet illi dictioni ſm. Nā ſen
ſus eſt hūanitas xp̄i eſt filius adop
tiuus: ꝛ iſte ſenſus eſt falſus ꝛ hęre
ticus. Nā hūanitas xp̄i non eſt fili⁹
neq3 perſona. Ex iſtis ſeqtur q̄ oēs
Angeli boni ſunt filij adoptiui dei
hoc corollariū probat. Nulli angeli
boni ſunt filij dei naturales: et oēs
angeli boni ſunt acceptati ad hęre-
ditatē ęternā dei pr̄is: ergo oēs an-
geli boni ſunt filij dei adoptiui. Se
quit. 2. q̄ nullū irrōnale ſiue inſenſi
bile pōt eſſe fili⁹ adoptiu⁹ dei. Iſtđ
coroll. pt3 qꝛ nullū tale eſt capax hę
reditatis ęternę.

¶ Cōtra iſtas cōcluſiōes argr̄
ſic iſta eſt catholica. ꝛ ꝯcedēda xp̄s
eſt filius dei adoptiu⁹: ergo ꝯcluſio
nes nulle añs probat xp̄s ē fili⁹ dei
ſubſiſtēs in natura adoptata ad hę-
reditatē ęternā vt puta in natura hu
mana: ergo xp̄s ē fili⁹ dei adoptiu⁹

ꝯñ̄a probaṫ. ideo xp̄s ḋr eſſe hō: qꝛ ſubſiſtit in natura hūana: ergo eodē mō diceṫ fili⁹ dei adoptiuus poſtꝙ̄ ſubſiſtit ī natura adoptata. Ad hoc argumentū rñ̄deṫ negādo añs ꝛ ad probationē negaṫ ꝯñ̄a ꝛ ad ꝑbationem negaṫ iteꝝ ꝯñ̄a: rō eſt. qꝛ doctores catholici non vtuntur illo vocabulo in illa ſigōne: iō ſimpliciter nō debet ꝯcedi ꝙ xp̄s ſit fili⁹ dei adoptiuus: ſed in illo ſenſu ſeu ſignificātia bene poſſet ꝯcedi ꝙ eſt filius dei adoptiu⁹. i. fili⁹ dei ſubſiſtēs in natura adoptata ad hereditatē eternā

¶ Scd̄o argr̄ ſi cōcluſiōes ꝛ notabilia eſſēt vera: ſeqretur ꝙ aliqs eſſet fili⁹ adoptiu⁹ ꝛ nō eēt fili⁹ adoptiuus dei ꝯñ̄s implicat: ergo dicta nulla ſeqla probaṫ capio luciferꝝ ſiue reprobū pro tp̄e: quo eſt in gr̄a: tunc talis eſt filius dei adoptiu⁹: ergo ſeqla vera maioꝛ ꝑbaṫ talis habet ius ad hereditatē eternā ꝛ nō eſt filius dei naturalis: ḡ eſt filius dei adoptiu⁹ iā ꝑbatur minoꝛ talis nūꝙ̄ habebit hereditatē eternā poſtꝙ̄ eſt reprobus: ergo non eſt filius dei adoptiu⁹. Pro h⁹ argumenti ſolutione eſt aduertendū ꝙ Dionyſius ciſterſieñ. tenet in primo ſñ̄aꝝ ꝙ reprobus per actus meritorios elicitos a gr̄a non meretur vitā eternā. ſed hec opinio reputaṫ heretica ꝛ cōſequenter ad iſtā opinionē opoꝛtet dicere ꝙ nullus reprob⁹ eſt fili⁹ dei adoptiu⁹ quātuncūqꝫ ſit in gr̄a gratum faciente. Propterea alij doctores oēs ꝯcedūt ꝙ reprobus exñs in gr̄a ꝑ act⁹ elicitos ab eo mereteṫ vitā eternā. ꝛ ponitur quedā diſtinctio magiſtralis ꝙ duob⁹ modis aliqd dicaṫ mereri vitā eternā vno mō ſm̄ preſentē dei iuſticiā. ꝛ alio mō ſcd̄m eternā dei predeſtinationē vñ reprobus exñs in gr̄a bene meretur vitā eternā ſm̄ preſentē dei iuſticiā. Nā ſi ſtunc moreretur, infallibiliter haberet vitā eternā: non tñ̄ meretur ſecundū eternā dei predeſtinationem proportionabiliter eſt. dicēdū ꝙ duplex eſt filius dei adoptiuus vn⁹ eſt ſm̄ preſentē dei iuſticiā ꝛ alius ſm̄ eternā dei predeſtinationē. ꝛ ſic reprob⁹ bene dicetur filius adoptiu⁹ dei ſm̄ ꝑ̄ſentē dei iuſticiā ſi ſit in gr̄a non tñ̄ dicetur fili⁹ dei adoptiu⁹ ſm̄ eternā dei predeſtinationē. Iſto notato rñ̄detur ad formaꝫ argumenti negando ſequelā: ꝛ ad probationeꝫ facile eſt reſpondere diſtinguendo de filio adoptiuo: vel primo modo: vel ſecundo. Si primo maioꝛ eſt cōcedenda ꝛ minoꝛ neganda. Si ſecūdo modo maioꝛ eſt negāda ꝛ minoꝛ eſt concedenda: nec probatur in iſto ſenſu. Nā nō ſufficit ad hoc ꝙ aliqs ſit filius dei adoptiuus ſm̄ eternaꝫ dei ꝑ̄deſtinationē ꝙ habeat ius ad hereditatē eternā ſed reqritur ꝙ illā tādē habebit. Sꝫ queres an ſimpliciter ſit concedendum reprobus eſt filius dei adoptiuus quando exiſtit in gratia reſpondetur affirmatiue ꝛ rō eſt: qꝛ ſi nūc rex aliquis adoptaret aliquē in filiū verū eſſet dicere ꝙ eſt filius adoptiuus regis quāuis talis moꝛiatur ante adoptionē hereditatis vl' cōmittat aliquod crimen leſe maieſtatis: ratione cuius priuetur odoptione ergo idem dicēdū eſt de reprobo exñ in gratia.

Utrum chriſtus ſit creatura ſiue creatus vel factus.

Diſtinctio. XI.

SOlet etiam queri vtruȝ debeat ſimpliciter dici atqȝ concedi xp̄m eſſe factum vel creatū: vel creaturam. Ad qđ dici pōt. hoc ſimpliciter ⁊ abſqȝ determinatione minus congruenter dici. Et ſi quandoqȝ breuiatis cā ſimpl'r denunciet: nunqȝ tñ ſimpliciter debet intelligi. Quia vt Augu. in. j. lib. de trini. ait. Cū de xp̄o loquimur quid ſcđm quid ⁊ ppter quid dicat: prudēs ⁊ diligēs ac pius lector intelligere debet. Qui Chriſtū vel dei filium non eſſe factum vel creaturā. in primo libro de trinitate oſtendit ita inquiens. In principio erat verbū: ⁊ verbū caro factū eſt: ⁊ oīa p ip̄m facta ſunt. Nec dicit oīa niſi que facta ſunt. i. omnē creaturam. Uñ liquide apparet ip̄m factum nō eſſe. per quē oīa facta ſunt: ⁊ ſi factus nō eſt: creatura non eſt. Si aūt creatura nō eſt eiuſdem cū patre ſubſtantie eſt. Omnis eñ ſubſtantia que deus non eſt: creatura eſt. ⁊ que creatura non eſt: deus eſt. Sed ſi filius nō eſt eiuſdē ſubſtātie cuius pr̄: ergo facta ſubſtantia eſt: ⁊ ſi facta ſubſtātia eſt: non omnia p ipſum facta ſunt. At oīa per ipſum facta ſunt: facta ergo ſubſtātia non eſt. ſcȝ vna cū patre infecta ſubſtantia eſt. Item in eodē Si vel filiuȝ fecit pr̄ quē non fecit ipſe filius. nō oīa per filiuȝ facta ſunt. At oīa p filiū facta ſūt. Ipſe ergo factus nō eſt: vt cum patre faceret oīa que facta ſunt. Idem in lib. lxxxiij. queſtionū. Dicitur creatura quicquid fecit deus pr̄ per filiū. qui nō pōt appellari creatura: qm̄ p ipſum facta ſunt oīa. Ambro. in. j. li. de trinitate. Probemus inquit creaturā non eſſe dei filium. Audiuimus eñ in euangelio dn̄m mandaſſe diſcipulis. Predicate euāgelium vniuerſe creature. Qui vniuerſam creaturam dicit nullam excipit: ⁊ vbi ſunt qui creaturā Chriſtū appellant? Naȝ ſi creatura eſſet: ſibi mandaret euāgelium predicari: ⁊ ſubiect⁹ eſſet vanitati: qr teſtante apoſtolo. oīs creatura vanitati ſubiecta ē. Nō ergo xp̄s creatura eſt ſȝ creator: qui docende creature diſcipulis mandat officium.

De perfidia ⁊ pena Arrij.

¶ Arrij hec fuiſſe perfidia legit vt Chriſtū creaturam faceret. Ideo effuſa ſunt Arrij viſcera atq; crepuit medius ꝓſtratus i faciem. ea quibus Chriſtum ne gauerat feda ora pollutus. His alijſq; pluribus teſtimonijs inſtruimur nō debere fateri ſimpliciter xp̄m eſſe factum vel creaturā. ſcꝫ addita determinatione recte dici poteſt: vt ſi dicat factus ſcd̄m carnem vel ſcd̄m hominē. vt factura humanitati: nō deo attribuat. Ut eñ ait Ambro. in. j. li. de trini. Non de⁹ factus eſt ſed deus vel filius natus eſt: poſtea vero ſcd̄m carnem hō fact⁹ ex Maria eſt. Miſit eñ de⁹ filium ſuum factū ex muliere: factū ſuo lege. Filiū inquid ſuum ſcꝫ non vnum ḋ multis. cū dicit ſuū: generationis eterne proprietatem ſignauit. Poſtea factum ex muliere aſſeruit: vt factura nō diuinitati ſed aſſumptiōi corporis aſcriberet. Factū ergo ex muliere dicit: propter carnis ſuſceptionem: ſub lege: propter obſeruantiā legis generatio gñationi non preiudicat nec caro diuinitati. Deus eñ eternus incarnationis ſacramentum ſuſcepit nō diuidu⁹ ſcꝫ vn⁹. ⁊ i vtroq; vnus ſcꝫ diuinitate ⁊ corpore. Nō eñ alter ex patre: aliter ex virgine. ſꝫ idem aliter ex patre. aliter ex virgine: qui factus eſt ſcd̄m nr̄e ſuſceptionem nature: nō ſcd̄m eterne ſubſtantie vite: quem legim⁹ primogenitū ⁊ vnigenitū. Primogenitum: qꝛ nemo ante ipſuꝫ Unigenitū: qꝛ nemo poſt ipſuꝫ Ex his euident tradit q̄ intelligentia accipiendū ſit cuꝫ dicitur Chriſtus factus. vel ſimpliciter vel cū additamēto: vt factura. ſ. vel creatura nō ad ſumētem deum. ſcꝫ ad aſſumptū hoiem referat. In deo eñ creatura eſſe nō poteſt: vt Ambro. ait. j. li. de trini. Nūquid dico factus eſt xp̄s? Nūquid mādato creat⁹ eſt chriſtus? Quomō aūt creatura eſſe in deo poteſt. Et eñ deus nature ſimplicis eſt non conjūcte atq; cōpoſite: cui nihil accidat: ſed ſolum qḋ diuinum eſt in natura habeat ſua. Et ſi ergo chriſt⁹ ſcd̄m hoiem dicit creatura: non tñ ſimpliciter predicād⁹ eſt creatura. Nec ex eo ꝙ xp̄s ſcd̄m hominem dꝛ eſſe creatura pōt quis progredi ſic argumētando. Si ſcd̄m ꝙ homo xp̄s eſt creatura: vel rationalis vel nō: vl' q̄ eſt deus: vl' non. nitens ꝑ hoc probare xp̄m eſſe aliquid nō diuinū: qꝛ

qđ ipe eſt ſcđm hominē ipe eſt.
Et ideo ſi ſcđm hoiem eſt aliqua
ſubſtantia non diuina: eſt vtiq̃
aliquid nō diuinū. Sed ex tro-
picis locutionibus nō eſt recta
argumentationis proceſſio. Jl
la autem locutio tropica eſt qua
Chriſtus dicit̃ creatura: vel ſim
pliciter vel cum adiunctione.



Jrca vndeci-
mā diſti. quę
rit. an aliqua
iſtaꝝ ſit cōce
dēda xp̄s eſt
fact⁹: xp̄s eſt
creatus. xp̄s
eſt creatura.
Probui⁹. q.
elucidatiōe eſt notandū q̄ creatura
capitur trifariā a doctorib⁹: vno mō
pro re: quę habet eſſe poſt nō eſſe ⁊
iſto modo quęlibet alia res adeo eſt
creatura ſcđo modo cap. creatura ꝓ
prię pro re quę producit̃ a dn̄o deo
ex nihilo: ⁊ iſto mō boues non ſunt
creaturę: neq̃ hoies ſed bene ange-
li ⁊ aię rationales. Tertio modo ca
pitur creatura pro ſuſtentante natu
ram creatā. Vlterius eſt notādū q̄
magna cōtrouerſia ē inter doctores
de dictis propoſitionib⁹ propterea
q2 doctores ſancti ſunt diuiſi. Aliq̄
eñi concedunt: ⁊ aliqui negant. Ma
giſter tñ ſñiaꝝ in p̄nti diſtinctiōe ne
gat tales ⁊ potiſſima eius rō eſt: q2
Arrian⁹ aſſeruit xp̄m eſſe creaturā.
Ideo effuſa ſunt Arrij viſcera atq̃
crepuit medius proſtatus in faciem
⁊ quibus xp̄z negauerat: foeda dīā
pollutus: ⁊ certū eſt q̄ xp̄iani debēt
vitare verba hereticoꝝ: allegat etiā
magiſter beatū Ambroſiū: ⁊ beatū
Hilariū negantes tales propoſitio
nes: ſimiliter ⁊ Auguſtinū ⁊ nō mi-
randū eſt de diuo Ambroſio ⁊ diuo
Hilario. Nā mirabiliter habuerūt
agere contra Arrianos. Hilari⁹ eñi
fuit exul ab epiſcopatu ſuo Picta-
uienſi: ⁊ diuus Ambroſius millies
fere fuit occiſus ⁊ niſi dn̄s ſeruaſſet
eū ſpecialiter multoties fuiſſet occi
ſus ab Arrianis. Contra tñ iſtā opi
nionem magiſtri arguitur autorita
te. Apoſto. ad Galat. 4. cap. dicētis.
Miſit de⁹ filiū ſuū vnigenitū factū
ex muliere: ergo filius dei eſt fact⁹.
Ad hanc autoritatē rñdet magiſter
q̄ notanter in ipſa autoritate ponit̃
ex muliere: vt factura nō diuinitati:
ſed aſſumptioni corporis aſcribere
tur: ita q̄ nihil aliud vult dicere apo
ſtol⁹ niſi q̄ fili⁹ dei factus eſt hō.

¶ Scđo arguit̃ autoritate Da
maſceni in tertio dicentis. Chriſt⁹
eſt creatus ⁊ increatus. non eñi ſcan
daliſatur ad nomen creaturę qui ſe
ſeruū aut vermē aut granū natū de
virgine nominat. Quid ergo mira-
bilius q̄ creatorem creari ⁊ plaſma
torem plaſmari.

¶ Tertio arguitur autoritate
Hierony. ſuper illud ad Ephe. 2. c.
ſc3 ipſi⁹ ſum⁹ factura dicentis: mul
ti timore trepidāt: ne xp̄m eſſe crea
turā dicere cogantur. nos vero pro
clamamus non eſſe periculū: xp̄m
eſſe creaturam.

¶ Quarto arguitur authoritate Auguſtini in ſermone de natiuitate domini dicētis. Magnū ſacramentum & mirabile myſteriū: quia creator voluit eſſe creatura. Idem aſſerit in ſermone dñi in mōte.

¶ Quinto arguitur authoritate Leonis pape in ſermone de natiuitate dñi dicētis. Noua & inaudita conuentio deus qui ſemꝑ eſt: & qui ſemper erat fit creatura.

¶ Sexto argr̄ autoritate ricardi de ſctō victore in quadā ſequētia dicētis creator fit creatura. Ad oīa iſta rñdet a diuo Thoma ꝙ ipſi intelligūt cū iſta ꝑticula. ſ. ſcḋm hūanitatē pōt etiā meli⁹ dici ꝙ iſti. ſcꝫ capit creaturā tertio mō. Et i illo ſenſu iſta ē ꝟa xps ē creatura: qꝛ ſēſus ē xps ē ſubſiſtēs i natura creata & iſte ſenſus eſt verus & catholic⁹: ſꝫ ſimplr nō ꝺꝫ ꝯcedi iſta xps ē creatura ſine diſtīctiōe: ſꝫ ſimplr ē negāda: ne videamur fauere maledicto Arrio.

An hō ille ſemꝑ fuerit vl' ceperit eſſe. Diſtīctio. XII.



Oſt predicta querit. vtrū hō ille ceperit eſſe. vel ſemper fuerit: ſicut ſimplicit enūclamus xpm vel dei filiū ſemꝑ fuiſſe: nec cepiſſe. De hoc aug. ita inquid ſup Ioā. Habuit aliquādo dei filius qḋ nōdum habuit idem ipſe homo dei filius: qꝛ nōdū erat homo. Itē idem in eodem. Priuſqꝫ mūd⁹ eſſet nec nos eramus. nec ipſe mediator dei & hominū homo xps Ieſus. Idem ſuper ꝑs. Chriſtus nr̄ & ſi forte homo recens eſt. tū eſt etern⁹ de⁹. Alibi vero legit ꝙ puer ille creauit ſtellas. Et xps dicit ſe eſſe principiū: & eſſe ante Abraam. His ergo aliiſqꝫ autoritatibus in nullo reſultantes dicimus hominē illum inqꝫtū hō eſt cepiſſe: inqꝫtū verbū eſt ſemper fuiſſe. Hic em̄ abſqꝫ diſtinctione non eſt referenda reſponſio. Nā & ipe Auguſ. hmōi vtit diſtinctione in plurib⁹ locis: dicens ꝑ xpm oīa eſſe facta inqꝫtū verbū eſt. Secūdū illud vero ꝙ homo eſt. ipſum eſſe factū & glīficatū. Si ergo ad perſonā reſpicias: confidenter dic hoiem illū ſemper fuiſſe. Si vero ad naturam hois: cōcede eum cepiſſe.

Si deus aliū hoiem aſſumere potuit vel aliūde ꝙ̄ de genere Ade.

¶ Solet etiam queri vtrū aliū hominē vel aliunde ꝙ̄ de genere illius Adam deus aſſumere potuerit? Ad quod ſane dici po

teſt ipſum aliam animam ⁊ aliaȝ
carnem potuiſſe aſſumere. quia
grā tantū aſſumpta eſt anima il
la ⁊ caro a verbo dei. Ut eñ ait
Auguſ. In rebus per tempus
orti illa ſumma gratia eſt. ꝙ ho
mo in vnitate perſone cōiunctus
eſt deo. Potuit ergo deus aliaȝ
animam ⁊ aliam carnem ſume
re: ⁊ carnem vtiqꝫ aliunde ꝙꝫ de
genere Adam. Unde Auguſ.
in lib. xiij. de trini. Potuit itaqꝫ
deus hominem aliunde ſuſcipe
re: in quo eſſet mediator dei ⁊ ho
minum. nō de genere illꝰ Adā
qui peccato ſuo obligauit genus
humanū. ſicut ipſum quē primo
creauit. nō de genere alicuꝰ crea
uit. Poterat ergo vel ſic vł alio
quo vellet modo creare vnū ali/
um de quo vinceret victor prio
ris. Sȝ melius iudicauit ⁊ d̄ ip
ſo qd̄ victum fuerat genere aſſu/
mere hoīem p quem hoīs vince
ret inimicum: ⁊ tñ ex virgine cu
ius conceptum ſpūs non caro:
fides non libido preuenit nec in
terfuit carnis cōcupicentia qua
ceteri concipiūtur qui originale
trahunt peccatum. ſed credēdo
non concūbendo facta eſt fecun
data virginitas. Ex his aperte
oſtenditur ⁊ aliū ⁊ aliūde hoiem
deum aſſumere potuiſſe.

**Si homo ille potuit pecca-
re vel non eſſe deus.**

¶ Ideo non immerito querit.
Utrum homo ille potuerit pec
care vel non eſſe deus. Si enim
potuit peccare: ⁊ potuit damna
ri. Si potuit dānari: potuit nō
eſſe deus. ergo ſi potuit peccare:
potuit non eſſe deus: qꝛ eſſe deū
⁊ poſſe velle iniquitatē ſimul eſſe
nequeunt. Hic diſtinctiōe opꝰ
eſt: vtrū de perſona an de natu/
ra agitur. Si eñ de perſona agi
tur manifeſtū eſt qꝛ peccare non
potuit. nec deus nō eſſe potuit.
Si vero de natura: diſcutiendū
eſt vtrum agat de ea vt v̇bo vni
ta. an de ea tanqꝫ non vnita ver
bo ⁊ tñ enti. id eſt. an de ea ſcd̄m
ꝙ fuit vnita verbo an de ea ſcd̄ȝ
ꝙ eſſe potuit ⁊ non vnita verbo
Non eſt eñ ambiguū aīam illaȝ
entē vnitam verbo peccare non
poſſe. ⁊ eſt ſine ambiguitate ve/
rum eandē ſi eſſet ⁊ non vnita v̇
bo: poſſet peccare.

**Quorūdā opinio ꝙ potue-
rit etiā vnita deo peccare.**

¶ Quidam tñ probare conant
etiam eā vnitam verbo poſſe pe
care: qꝛ liberū arbitrium habet. ⁊
ita pōt flecti in vtrāqꝫ partē: qd̄
friuolum eſt: cū ⁊ angeli liberuȝ

arbitrium habeant. ⁊ tamen grā adeo ſunt confirmati vt pecca/re nequeant. Quantomagis ergo ille homo cui ſpiritus eſt da/tus ſine menſura. Inducūt quoqꝫ autoritatem ad probādā idē. Scriptuꝫ eſt eñ in libro. Sap̄. Qui potuit tranſgredi ⁊ nō eſt tranſgreſſus: facere malum ⁊ nō fecit. Sed hoc accipiendum eſt ſcd̄m membra: vel partim de mē bris. De capite: nō eſt tranſgreſſus: ⁊ nō fecit malū. De mēbris. potuit trāſgredi: ⁊ facere malū.

Si deus potuerit aſſumere hoiem in ſexu muliebri.

¶ Solet etiam queri q̄uis curioſe a nonnullis. Si deus hūanā naturam potuit aſſumere ſecūdum muliebrē ſexuꝫ. Quidaꝫ arbitrant̄ eum potuiſſe aſſume/re hominem i femineo ſexu vt aſſumpſit in virili. Sed oportunius atqꝫ conuenientius factū eſt vt de femina naceretur ⁊ virū aſumeret: vt ita vtriuſqꝫ ſexus li/beratio oſtenderetur. Vñ Au/guſ. in li. lxxxiij. queſtionū. Hois liberatio i vtroqꝫ ſexu debuit apparere: ergo qꝛ viruꝫ oportebat ſuſcipere: qui ſexus honorabilior eſt. conſequens erat ⁊ femine ſex⁹ liberatio. Hinc apparet qꝛ ille vir de femina natus eſt. Sapientia ergo dei que dicit̄ vnigenitus filius homine ſuſcepto in vtero virginis liberationem hominis indicauit.

Circa duodecimā diſtin. querit̄ an aliqua iſtaꝝ ſit cōcedēda. ſ. xp̄s incepit eſſe ille homo icepit eē demonſtrando xp̄m. Pro h⁹. q. intelligentia eſt notandū ꝙ propoſitio de pꝛ̄terito debet cognoſci per ſuam de ineſſe ⁊ ſic qu̲libet iſtarū debet poni ineſſe per vnā de p̄ſti ⁊ talis de ineſſe ⁊ ō pꝛ̄ſenti: poſtq̄ꝫ eſt de hoc ꝟbo incipit ōbet exponi per vnā diſiunctiuā ex duabus copulatiuis cōflatā vt viſum eſt in exponibilib⁹. Vlteri⁹ eſt aduertendū ꝙ Doctor ſubtilis tales propoſitiōes dicit eſſe ſimpl̄r cōcedēdas de rigore: q̄uis ſancti eas negent: ne cōcedam⁹ xp̄m eſſe creaturā. Sed in rei veritate tales propoſitiones de rigore ſunt falſę. Nā ſi teneam⁹ ꝟba adiectiua eſſe incōplexa: qu̲libet illarū debet poni in eſſe per iſtam. ſ. hoc incipit eſſe demonſtrando filiū dei ⁊ notū eſt iſtā eſſe hꝛ̄eticā ⁊ negandā ⁊ ꝙ ſic debeat poni in eſſe patet per regulam logicorū ꝙ propoſitio de pꝛ̄terito: cuius ſubiectū eſt terminus cōnotatiuus reſoluēda eſt ⁊ ponēda in eſſe per terminū abſolutū. Si vero teneamus ꝟba adiectiua eſſe cōplexa

tunc ſenſus primę eſt iſte: xp̄s fuit chriſtus incipiēs eſſe ⁊ ſenſus ſecū-dꝫ eſt iſte ille hō fuit homo incipiēs eſſe ⁊ quilibet iſtorū duorū ſenſuū eſt falſus. Nā tūc de ineſſe primę ē iſta hoc eſt xp̄s incipiēs eſſe ⁊ ſimiliter eſt ð ineſſe alterius ⁊ iſta nūꝗ̄ fuit vera: hoc eſt xp̄s incipiens eſſe Nam li eſſe includit li ens ⁊ li incipiens eſſe ens nō poteſt ſupponere pro filio dei ⁊ ꝙ li eſſe icludat li ens patet per illam authoritatē ſaluatoris anteꝗ̄ Abraham fieret ego ſum nam ſi ſenſus eſſet anteꝗ̄ Abrahā fieret ego ſum xp̄s vel hō tūc ſaluator dixiſſet falſum: immo mētitus fuiſſet ergo ſenſus illiꝰ erat: anteꝗ̄ Abrahā fieret ego ſum ens. Propterea dico ꝙ quęlibet illarū eſt falſa hęretica ⁊ negāda. Nimiꝝ ergo ſi mater mea vniuerſitas Pariſienſis eas cōdēnauit. Nihilominus ſi intelligeretur in illis propoſitiōibꝰ ſcd̄m eſſe hūanū vt dicit doctor ſub tilis vel ſcd̄m hūanitatē: quęlibet illarū eſſet concedenda: ſed ſine tali addito ſimplr̄ negandę ſunt.

¶ Cōtra reſolutionem hꝰ.q. arguitur bene ſequitur xp̄s icipit eſſe homo ergo chriſtꝰ incipit eſſe ⁊ añs eſt verū ergo ⁊ ꝯñs: maior probat arguit ab inferiori ad ſuperiꝰ affirmatiue: ergo bene ſequitur ⁊ ꝙ añs ſit verū patet habuit eñ vnam de pręſenti verā. ſ. iſtā hoc incipit eſſe homo demōſtrando verbū diuinū. Ad hoc argumētū rn̄detur negādo maiorem ⁊ ad probationē dico ꝙ ęquiualenter arguit negatiue: vt pꝫ intuenti exponētes illarū ꝓpōnum Et ſi arguas adhuc xp̄s icepit eſſe homō ergo chriſtus icepit eſſe filiꝰ dei ſuppoſito ꝙ li hō tantū valeat ſicut filius dei ſuſtentās naturā humanam: negat ꝯñs ſimilr̄ negatur iſta ꝯña. ſ. filius dei incepit eſſe xp̄s ergo chriſtus incepit eſſe filius dei: nec eſt cōuerſio: quia nō fit de prędicato ſubiectū: quia prędicatū nō eſt li xp̄s: ſed totū illud incipiens eſſe chriſtus: hęc oīa peruia ſunt omnibus logicis.

¶ Scd̄o queritur circa eandē diſtin. an decuit verbū diuinū aſſumere naturā hūanam de maſſa perditionis. Ad hanc difficultatē rn̄detur affirmatiue ⁊ aſſignātur a Doctoribus .4. cauſę. Prima eſt ad cōſeruādā rectitudinē iuſticię vt eiuſdē ſpeciei eſſet ſatiſfactor ⁊ pręuaricator. Scd̄a eſt ad declarādā dulcedinem ⁊ infinitatem charitatis diuinę: voluit eñ dn̄s deus vniri inimico ſuo: a quo fuit contēptus. Tertia cauſa eſt ad declarandā ordinationē ſapiētię vt diabolus vinceret a morte per quam credebat habere victoriā. Quarta eſt vt oſtēderet altitudinē hūanę naturę: quā taliter cōdidit vt nulli alteri eſſet obnoxia niſi ſoli deo.

¶ Cōtra iſtā rn̄ſionē arguitur ſic ſequeretur ꝙ etiā decuiſſet verbum diuinū aſſumere perſonā primi parentis: ꝯñs eſt falſum igitur reſpōſio nulla: ſequela probatur rationabile fuiſſet ꝙ idem hō fuiſſet pręuaricator ⁊ ſatiſfactor ergo decuit verbū diuinū aſſumere perſonā p̄mi parētis. Ad hoc argumētū

rñdeť negãdo ſeq̄lã ⁊ ad pbationẽȝ
negatur añs. imo nũq̄ȝ potuiſſet ſa
tiſfacere ⁊ non expedicbat nec deo:
nec ipſi p̄mo parenti: nec toti gñi hu
mano: q̄ nõ expediret deo patet: q̄2
abſurdũ eſt q̄ dñs deus viuatur in
vnitatẽ ſuppoſiti peccatori. Silr̄ nõ
expedicbat ipſi primo parenti. Nã
tũc ex culpa reportaſſet infinitũ cõ
modũ. pariforma nõ expedicbat to
ti gñi hũano. Nã ſatis habebat age
re ad ſatiſfaciendũ pro ſe: nec dñs
deus tunc acceptaſſet paſſionẽ ipi⁹
primi parentis ſicut acceptauit paſ
ſionẽ ſaluatoris. Contra iſtã ſolutio
neȝ argr̄ nullũ magis decuit ſuſtine
re pœnã pro culpa q̄ȝ illũ qui cõmi-
ſit: ſed primus parẽs cõmiſit culpã
ergo maxime decebat ipſuȝ primũ
parentẽ ſuſtinere pœnã. Ad hanc re
plicã rñdeť diſtinguẽdo maiorẽ: vel
procedendo de pœna diuinę placa-
tiõis ⁊ ſic negatur illa vel de pœna
diuinę vltionis: ⁊ ſic ꝯceditur illa cũ
ꝯſite: q̄2 nos non procedim⁹ de tali
pena: ſȝ de pœna diuinę placatiõis.

¶ Scđo argr̄ ſic nõ decuit xp̄ȝ
aſſumere naturã humanã de maſſa
pditionis: ergo rñſio nulla añs pro
batur ſeq̄retur q̄ xp̄s fuiſſet ĩfamis
ꝯñs eſt abſurdũ argr̄ ſequela proba
tur improperiũ pr̄is redũdat ĩ pro-
lem ſed xp̄s deſcendit ab Adã: ergo
improperiũ adę redundat in xp̄m.
Ad hoc argumẽtũ rñdetur negãdo
añs ⁊ ad probationẽ negatur ſeq̄la
⁊ ad probationẽ diſtinguitur maior
vl' q̄ñ proles imitatur patrẽ ⁊ ſic cõ
ceditur illa: ſed xp̄s non imitat⁹ eſt
primũ parẽtẽ. Immo maluit mori
q̄ȝ eſſe inobediens ſicut fuit p̄mus
parens vt egregie narrat apl's Ad
philip. 2. cap. Si vero intelligať ma
ior ſimplr̄ negatur illa. Contra iſtã
ſolutionẽ argr̄ ſeq̄reť q̄ ſaluator nr̄
deberet oĩa illa q̄ debebat p̄m⁹ pa-
rens: ꝯñs eſt falſum: ergo ſeq̄la pro
batur. debitũ pr̄is tranſit in proleȝ:
ergo cum ſaluator nr̄ deſcendat ab
Adã ſeq̄tur: q̄ debet oĩa illa quę de
bebat p̄mus parens. Ad hanc repli
cã rñdetur negãdo ſequelã ⁊ ad pro
bationẽ diſtinguitur añs vel q̄ñ pro
les eſt hęres ⁊ ſic ꝯcediť illud añs
⁊ negatur ꝯñia rõ eſt: q̄2 xp̄s non fuit
hęres primi parẽtis. Si vero intel-
ligatur añs vlr̄. ſ. ſiue proles ſit hę-
res ſiue non ſit hęres ⁊ ſic negatur
illud antecedens.

¶ Tertio arguitur ſic ſequereť
q̄ verbũ diuinũ debebat aſſumere
ſexũ muliebrẽ ꝯñs eſt falſuȝ igiť ſe-
quela probatur ordo reparationis
debet correſpõdere lapſui: ſed rui-
na nr̄a fuit per mulierẽ ergo repara
tio ðbet fieri per mulierẽ ⁊ per ꝯñs
verbũ diuinũ debebat aſſumere ſe-
xum muliebrẽ. Ad hoc argumentũ
rñdetur negando ſequelã ⁊ ad pro-
bationem negať vltima ꝯñia intelli
gendo añs initiatiue. Nã certũ eſt
q̄ ruina nr̄a fuit per mulierẽ incho a
ta: ſed nõ fuit per eam pfecta: ſed p
Adam. Immo q̄uis ipſa peccaſſet
ſi Adaȝ nõ peccaſſet non fuiſſet rui
na noſtra: id eſt nõ fuiſſem⁹ cõcepti
in peccato originali: ⁊ ſicut p ipſam
mulierẽ inchoata eſt ruina ⁊ p virũ
perfecta: ita etiã per fœminam. ſ.
glioſam virginẽ inchoata eſt repa-

ratiō nr̄a ⁊ ꝑ virū.ſ.xp̄m ꝑfecta eſt. ¶Cōtra iſtā ſolutionē arguit̄ magis fuiſſet oſtenſa potentia dei ſi aſſum pſiſſet ſexū muliebꝛē: ḡ decuit aſſumere ſexū muliebꝛē. Ad hoc negat̄ aſ̄s. Nā btā ỽgo q̄ nō fuit aſſumpta cōtriuit caput diaboli ſicut fuit pꝛophetizatū ꝑ dn̄z deū Gen̄.3.capi.⁊ in hoc ſatis fuit oſtenſa potētia dei.

¶Quarto argr̄ ſic ſeq̄tur ꝙ verbū diuinum debuiſſet aſſumere naturā hūanā deſcendentē ꝑ rōnez ſeminalē ex pr̄e ⁊ mr̄e ꝯn̄s eſt falſuz ergo ſeq̄la pꝛobat̄.teſte Paulo debuit eſſe ꝑ oīa ſilis nobis ⁊ nos deſcendimus ꝑ rōnē ſeminalē ex pr̄e ⁊ matre:ergo taliter debuit deſcendere xp̄s ſm naturā hūanā. Ad hoc argumētū rn̄det̄ negando ſeq̄lā: ⁊ ad ꝓbationē negat̄ ꝯn̄a ⁊ rō ē: q2 apl̄s ſolū intendit dicere ꝙ debebat eſſe xp̄s ſ3 naturā hūanā eiuſdē ſpeciei eſſentialis nobiſcū.īmmo nō expediebat:nec deo:nec btē virgini: nec nobis:nec ꝑfectioni vniuerſi ꝙ non expediret deo pr̄i pt3 q2 abſurdū videretur ꝙ xp̄s haberet aliū pr̄em a deo pr̄e. Nā appareret ꝙ deus pat̄ nō erat ſufficiēs pr̄ reſpectu xp̄i ⁊ lō xp̄s aliū pr̄ez q̄ſiuiſſet.ſcđo ꝙ nō expediebat ỽgini glīoſe pt3. Nā tunc ꝑdidiſſet ỽginitatē ⁊ ex ꝯn̄ti aureolā ỽginū: ꝙ nō expediret nobis pt3 q2 tunc lapſus et reparatio nō ſibi inuicē coꝛreſpōderēt. Nā poſtq̄ʒ lapſus factus eſt ꝑ hoīe3 ex terra incoꝛrupta foꝛmatū decuit ꝙ reparatio fieret hoīem ex fœmina incoꝛrupta foꝛmatū. Silr̄ nō expediebat perfectiōi vniuerſi. Nā quattuoꝛ ſunt modi educēdi hoīe3 pꝛimūs eſt ſine fœmina ⁊ viro ſicut ꝓduct⁹ eſt Adā.⁊. Eſt ex viro ſine fœmina ſicut fuit Eua pꝛoducta. Terti⁹ eſt ex viro ⁊ fœmina ſicut nos ꝓducimur. Quartus erat ex fœmina ſine viro: ⁊ iſte nunq̄ʒ fuerat viſus ante incarnationez xp̄i: vt igit̄ cōplerentur oēs modi educendi hoīem decuit hūanam naturā xp̄i educi de fœmina ſine viro. Contra iſtā ſolutionē argr̄ neceſſariū fuit ad reparationē gn̄is hūani ꝙ verbū diuinū aſſumeret quālibet hūanitatē.ergo rn̄ſio nulla aſ̄s ꝓbat̄ ad hoc ꝙ aliq̄s purificetur neceſſariū eſt ſpūm ſcm̄ venire ad eū ⁊ māſionē facere apud eū: ergo ad hoc ꝙ aliq̄s redimat̄ ꝑ xp̄m neceſſariū eſt ꝙ xp̄s talē aſſumat in vnitatem ſuppoſiti. Ad hāc replicā rn̄detur negando ꝯn̄am:⁊ rō eſt: q2 xp̄s ſm humanitatē meritoꝛie nos redemit: ⁊ ideo non opoꝛtet ꝙ quamlibet naturā humanā aſſumat at ſpūſ ſctūs non meritoꝛie ſed effectiue: ⁊ pꝛincipalr̄ purificat homies. ⁊ ſi loquamur de xp̄o ſcđm diuinitatē: certū ē ꝙ ad nullū hoīe3 venit ſpiritus ſctus quin veniāt pr̄ ⁊ xp̄s ſm diuinitatē vt pt3 Joā.14.cap.⁊ per Auguſt.in lib.1.de trini.dicentē. Opera trinitatis ad extra ſunt indiuiſa.

¶Tertio q̄rit̄ circa eandē diſti. An ille hō xp̄o demonſtrato potuit peccare vel non eſſe de⁹. Pꝛo hui⁹. q.intelligentia eſt notādū: ꝙ titul⁹. q.pōt itelligi bifariā.ſ.vl̄ ſcđ3 naturā diuinā vl̄ ſcđ3 naturā hūanā ⁊ iſto ſcđo mō adhuc duob⁹ modis vno mō vt illa hūanitas eſt vnita ỽbo di

uino: τ aliō mō ſi illa hūanitas ſepararet a v̄bo diuino. Scḋo ē notādū φ duplex eſt impeccabilitas. ſ. p naturā τ p gr̄am. vn̄ ſol° de° eſt impeccabilis p naturā angeli τ b̄ta virgo τ oēs b̄ti ſunt impeccabiles p gr̄am. Iſtis notatı̄ r̄ndet ad. q. p aliquas ɔcluſiones. Quaꝝ p̄ma eſt iſta. Ille hō xp̄o demonſtrato eſt impeccabilis p naturā capiendo ly impeccabilis ſubſtātiue. Iſta ɔcluſio pꝫ: qꝛ ſi lius dei eſt impeccabilis p naturā τ filius dei eſt ille hō xp̄o demōſtrato ergo. Scḋa ɔcluſio ē iſta ille hō ꝑm hūanitatē eſt impeccabilis p gr̄aꝫ. Iſta ɔcluſio pbatur hūanitas xp̄i ē b̄t. τ maiorē hꝫ gr̄aꝫ φ̄ oēs b̄ti ſimı̄ ſumpti: ergo ſi b̄ti ſūt impeccabiles p gr̄am a fortiori hūanitas xp̄i eſt impeccabilis. Tertia ɔcluſio ē iſta ſi hūanitas xp̄i ſepararet τ non haberet gr̄aꝫ poſſet peccare. Iſta ɔcluſio pꝫ hūanitas xp̄i eēt eiuſdē ſpēi cū nr̄a hūanitate: τ tunc nullū haberet impedimentū retrahens illaꝫ a pc̄o: ergo ſi nos poſſumus peccare ipſa etiā tūc poterit peccare. Quarta ɔcluſio ɔtra Guillelmū occhā eſt iſta hec eſt impoſſibilis de quaq̄ꝫ potentia ſiue ordinata: ſiue abſoluta hūanitas xp̄i peccat. Iſta ɔcluſio probatur autoritate gloſe ſup illud ad Hebre. 2. ſ. τ eū q̄ modico φ̄ angeli minoratus eſt dicentis. natura hūane mentis qualr̄ xp̄s aſſumſit q̄ nullo mō potuit deprauari ſol° de° maior eſt: probat etiā rōne. Nā tūc ſeqret φ de° peccaret φ ē nefandū ſeq̄la pꝫ. Nā ſicut p cōicationē idiomatū ɔcedim° φ de° ē paſſ°. ita cōcederet φ de° peccat. ſi hūanitas xp̄i peccaret ɔcedit em̄ tunc φ xp̄s peccat. τ oīs xp̄s ē de° ḡ de° peccat.

¶ Cōtra iſtā vltimā cōcluſionē argr̄ argumento Guillelmi occhā. hūanitas xp̄i vnita v̄bo pōt habere iſtud dictamen dāda eſt elemoſina huic pauperi ſub pena pcı̄ mortal' τ eſt libera libertate ɔtradictionis: ergo de potētia abſoluta poterit nō dare elemoſinā τ tunc peccabit: ergo de potētia ſaltē abſoluta' eſt peccabilis. Ad hoc argumētū r̄ndet φ ſtante illo dictamine non eſt ſic libera libertate ɔtradictionis: vt poſſit elicere τ non elicere volitionē dandı̄ elemoſinā ſtāte dictamine illo. immo tunc in ſenſu ɔpoſito neceſſario eliciet: ſꝫ ſimplr̄ libera eſt libertate ɔtradictiōis reſpectu multoꝝ alioꝝ actuū τ reſpectu illius act° libera ē libertate cōplacētie q̄ ſufficit ad meritū in hac via: τ pōt dari exemplū de illo cui dn̄s infert multas aduerſitates τ capit eas ı̄ patiētia. Nā talis meretur p hoc φ placet ſibi ſuſtı̄nere talia τ tn̄ velit: nolit ea ſuſtinebit qm̄ placet dn̄o deo.

¶ Scḋo argr̄ ſic xp̄s iā peccauit: ergo pōt peccare añs probatur autoritate regīi prophete pſa. 21. dicentis in pſona xp̄i. De° de° me° reſpice ı̄ me: q̄re me d̄reliq̄ſti lōge a ſalute mea v̄ba d̄relictoꝝ meoꝝ: ergo ad hoc argumētū r̄ndet negādo añs τ ad probationē dicō φ eſt notanda vna regula quā ponit Auguſtin° in tertio lib. de doctrina xp̄iana. ſcꝫ φ eccleſia eſt vnum corpus myſticum cuius caput eſt Chriſtus iuxta apoſtoluꝫ ad Epheſeos primo capit°

Nos vero ſum⁹ mēbra talis cōpo‑ris. Et ideo multoties caput attri‑buit ſibi que ſūt mēbroꝝ ſiue corpo ris miſtici nimirū: ergo ſi xp̄s deli‑cta noſtra dicat eſſe ſua. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur autoritate Apo‑ſtoli ad Romanū.5. dicentis. Oēs in Adā peccauerūt ꝛ ad Ephe.2. Oēs eram⁹ natura filij ire: ergo xp̄s pec cauit in Adā. Ad hanc replicā facile rñdetur ꝙ xp̄s non intelligit̄ in illis autoritatibus: q2 non deſcendit per rationē ſeminalē ex patre ꝛ matre. Immo i illis autoritatib⁹ excludit̄ beata virgo que per ſpecialē gratiā fuit preſeruata ab originali vt ſupe rius dictū eſt.

Si xp̄s ſcd̄m naturam ho‑minis in ſapientia ꝛ gratia proficere potuit vl̄ profecit Diſtinctio. XIII.

Preterea ſci endum eſt Chriſtū ſe cūdū homi nem ab ip‑ſa concep‑tiōe gr̄e ple nitudinem recepiſſe. cui ſp̄us datus eſt nō ad menſuram: ꝛ in quo plenitu‑do diuinitatis corporaliter habi tat. Ita vero habitat. vt ait Au guſ. ad Dardanū ꝙ omni gr̄a plenus eſt. Nō ita habitat i ſan‑ctis vt in nr̄o corpore in eſt ſen‑ſus ſingulis membris: ſed non ꝙtum in capite. Ibi eñ ꝛ viſus eſt ꝛ auditus. ꝛ olfact⁹ ꝛ guſtus ꝛ tactus. In ceteris aūt ſolus ē tactus. Ita in xp̄o habitat oīs plenitudo diuinitatis: q2 ille eſt caput in quo ſunt omnes ſenſus in ſanctis vero quaſi ſolus eſt ta ctus: quibus datus eſt ſp̄us ad menſuram cū de illius plenitu‑dine acceperunt. Acceperūt au tē de illius plenitudine nō ſcd̄m eſſentiam: ſed ſcd̄m ſimilitudinē q2 nunꝙ illam eandem eſſentia liter: ſed ſimilē acceperunt gr̄am. Puer ergo ille plenus ſapiētia ꝛ gratia fuit ab ipſa conceptione Unde Hiere. recte dicit. Nouū faciet dn̄s ſup terram. Mulier circundabit virū: q2 in vtero vir ginis perfectus vir extitit. nō ſo lum propter animam ꝛ carnē: ſed etiam propter ſapientiam ꝛ gratiam qua plenus erat.

Autoritatem ponit que vi‑detur obuiare.

¶ Huic autem ſententie videt̄ obuiare qđ in Luce euāgelio le git̄. Jeſus proficiebat ſapientia ꝛ etate ꝛ gr̄a apd̄ deum ꝛ hoīes Si enim proficiebat ſapientia ꝛ gr̄a: nō videt̄ a conceptione ha‑buiſſe plenitudinem gratie ſine

menſura. Ad quod dici pōt ipſum ſcd̄m hominem tantā a cōceptione accepiſſe ſapiētie ꝛ gratie plenitudinem vt deus ei plenius conferre non potuerit ꝛ tn̄ vere dicitur profeciſſe ſapientia ꝛ gratia. nō quidē in ſe: ſed in alijs qui de eius ſapientia ꝛ gratia profitiebant. dum eis ſapientie ꝛ gratie munera ſcd̄m proceſſum etatis magis ac magis patefaciebat. Unde Gregorius in quadam omel. ait. Iuxta hoīs naturam proficiebat ſapiā. non ꝙ ipſe ſapiētior eſſet ex tempore qui a prima conceptionis hora ſpiritu ſapientie plenus permanebat. ſed eandē qua plenus erat ſapientiam ceteris ex tēpore paulatim demonſtrabat. Iuxta hominis naturā proficiebat etate ꝺ infantia ad iuuentutem. Iuxta hominis naturā proficiebat gratia. nō ipē qđ nō habebat per acceſſum temporis accipiendo: ſꝫ pandendo donum grē qđ habebat. Apud deum ꝛ homines ꝓficiebat. qꝛ ꝙtū proficiente etate patefaciebat hoīb⁹ dona gratie que ſibi inerant ꝛ ſapiētie. tn̄ eos ad laudeꝫ dei excitabat ꝛ ſic deo patri ad laudem dei ꝛ hominibus ad ſalutē proficiebat. In alijs ergo nō in ſe proficiebat ſapientia ꝛ gratia. Unde in eodem euangelio. puer ille ſapientia plenus ꝛ grā perhibet. Sic ergo dicitur profeciſſe ſapientia ꝛ gratia vt aliquis rector eccl'iaſticus dicitur proficere in cura ſibi tradita cum per eius induſtriam alij proficiunt.

Predictis videtur aduerſari quod Ambroſius ait.

¶ Alibi tamen ſcriptum repe rit ꝙ ſecundū ſenſum hominis profecerit ſicut etate hominis ꝓfecit. Ait eñ Ambro. in li. iij. ꝺ Spū ſancto ſic. Deus perfectionem nature ſuſcepit hūane. Suſcepit ſenſum hominis: ſed non ſenſu carnis fuit inflat⁹. Senſu hominis animam dixit conturbatam. ſenſu hoīs eſuriuit ꝛ rogauit. ſenſu hoīs profecit ſicut ſcriptū eſt. Ieſus proficiebat etate ꝛ ſapientia ꝛ gratia. Quomodo proficiebat ſapientia dei Profectus etatis: ꝛ profectus ſapientie: nō diuine: ſed humane nature eſt. Ideo etatem cōmemorauit. vt ſcd̄m hoīem credetes dictum. Etas eñ nō diuinitatis: ſed corporis eſt. Ergo ſi ꝓficiebat etate hominis ꝓficiebat ſapientia hominis. Senſus aūt profecit. qꝛ ſenſus ideo ſapien

tia. Quis ſenſus ꝓficiebat? Si
human⁹ ergo ſuſceptus eſt ipſe
Si diuinus: ergo mutabil' ꝑ ꝑ-
fectum. Qđ em̃ proficit mutat̃
in melius: ſed qđ diuinũ eſt non
mutat̃. Qđ ergo mutatur: nõ ẽ
diuinum. Senſus ergo proficie
bat humanus. Sẽſum ergo ſu-
ſcepit humanũ. Nec poterat cõ
fortari virt⁹ dei: nec creſcere de-
us: nec altitudo ſapientie dei im
pleri. Que ergo implebat̃ non e
rat dei: ſed noſtra ſapientia. Nã
quomodo implebat̃: qui vt oĩa
impleret deſcendit. Per quẽ au
tẽ ſenſum dixit Eſa. ꝙ patrẽ ne-
ſciebat puer aũt matrem. Scrip
tum eſt em̃. Priuſq̃ ſciat puer
patrem aut matrẽ: accipiet ſpo-
lia ſamarie. Sapiẽtiã em̃ dei fu
tura ⁊ occulta nõ fallunt. Expers
autẽ agnitionis infantia: ꝑ hũa
nam vtiq̃ imprudentiam quod
adhuc nõ didicit ignorat. Sed
verendũ eſt inq̃ ne ſi duos prin
cipales ſenſus aut geminã ſapiẽ
tiã Chriſto tribuimus: xp̃m di
uidam⁹. Nũquid cum ⁊ diuini-
tatem ei⁹ ⁊ carnẽ adoram⁹: xp̃m
diuidimus? Nũquid cum in eo
imaginem dei crucemq̃ venera
mur: diuidimus eũ? Apl's cer-
te qui de eo dixit. Qm̃ ⁊ ſi cruci
fixus eſt ex infirmitate nr̃a: vi-
uit tñ ex virtute dei. Ipſe dixit:
q2 non diuiſus eſt xp̃s. Nunqđ
etiã cũ dicimus: q2 aĩam rõnalẽ
⁊ intellectus noſtri ſuſcepit ca-
pacem: diuidimus eum. Nõ em̃
ipſe deus verũ pro aĩa rationali
⁊ intellectus capaci in carne ſua
fuit: ſed aĩam rationalẽ ⁊ intelle
ctus capacẽ: ⁊ ipſam humanam
⁊ eiuſdẽ ſubſtantie: cui⁹ nr̃e ſunt
anime ⁊ carnẽ noſtre ſimilẽ eiuſ-
dẽq̃: cuius caro eſt noſtre ſub-
ſtantie ſuſcipiens perfectus eti-
am homo fuit.

De intelligentia premiſſorum verborum.

¶ Hec v̄ba Ambroſij pia dili-
gentia inſpicienda ſunt q̃ ex par
te hominis ignorantiã inſtruũt
⁊ illuminant. ex parte errandi fo
mitem male intellecta miniſtrãt
His et em̃ euidenter tradit̃ du
os in xp̃o eſſe principales ſenſus
ſiue geminam ſapientiam. Neq̃
ideo vnitas ⁊ ſigularitas perſo-
ne diuidit̃. Sed iuxta duas na-
turas duas habet ſapiẽtias. vnã
nõ creatã: ſed genitam: que ipſe
eſt alterã nõ genitã: ſed creataȝ.
⁊ per gratiam ei collatam. Nam
Eſa. de eo proteſtatur. Requie
ſcet ſuper eum ſpũs ſapientie ⁊ i
tellectus ⁊c. Spũ ergo ſapiẽtie

τ intellectus.i.ſapientia τ intelligentia per ſpm̄ ſanctum gratis data: Chriſtus erat ſapiens ſecūdum aiam. Scđm deū vero ſapiens erat ſapientia eterna: q̄ deus eſt. Et ſicut inq̄tum deus ē bonus eſt bonitate naturali q̄ ipſe eſt: τ juſtus iuſticia naturali q̄ ipſe eſt. ita ſapiens ſapientia naturali que ipſe eſt. Anima vero eius ſicut bona eſt τ iuſta bonitate vel iuſticia gratis data: q̄ ipſe vel ipſa non eſt ita eſt ſapiens ſapientia gratis data: que ipſa nō eſt. Et licet gemina in xp̄o ſit ſapientia vna tm̄ eadēq3 pſona eſt. que inq̄tum deus eſt: τ inq̄tu3 natura diuina eſt. ſapiens eſt ſapientia ingenita. ſ. ſapientia eterna que eſt pater. τ ſapientia que non eſt ingenita que cōmunis ē tribus perſonis: non tamen gemina ſapientia. q2 nō eſt alia τ alia ſapientia ſapientie ingenita q̄ tantum filius eſt: τ ſapentia que cōmuniter pater eſt τ filius τ ſpiritusſctūs. Inq̄tum vero eadē perſona eſt homo. i. ſcđm hoiem acceptum vel inquantū eſt ſubſiſtens ex aīa τ carne ſapiens eſt ſapientia gratuita. Sapiens ergo eſt humano ſenſu τ diuino.

Quomodo intelligendū ſit illud ſenſus pficiebat hūan⁹

¶ Sed ex qua cauſa illius dicti intelligētia. ſ. ſenſus proficiebat hūanus: aſſumenda eſt. Aperte enim videtur Ambro. innuere q ſcđm hūanū ſenſū xp̄s pfecerit. τ q infantia ei⁹ expers cognitiōis fuerit τ patrē τ matre3 ignorauerit: qđ nec eccl'ia recipit nec premiſſe autoritates patiunt̄ ſi intelligi. S3 ita ſane poteſt accipi vt q̄tū ad viſum hoi3 τ ſui ſenſus oſtētionē xp̄s pfeciſſe dicatur. Proficiebat ergo humanus ſenſus i eo ſm oſtentionē τ alioꝝ hoim opinionē. Ita etiā patrē τ matrē dr̄ ignoraſſe ī infantia: q2 ita ſe habebat τ gerebat ac ſi agnitionis expers eſſet.



Irca Decimātertiā diſtin. querit̄ pmo an xp̄s pfecerit ſapientia: etate τ gr̄a apđ deū τ hoies. Pro huius .q. intelligentia eſt notandū q titulus. q. pōt intelligi duobus modis: vno mōquo ad hūanitatem τ alio modo quo ad diuinitate3. Scđo eſt notādū q in aīa xp̄i ponitur triplex ſcientia reſpectu vnius τ eiuſdē rei: vna eſt beatifica: que dicitur matutina ab Aurelio auguſtino: mediante qua cognoſcit oīa pſentia p̄terita τ futura τ poſſibilia in verbo

diuino. Alia eſt ſciētia īfuſa: mediā te qua oia pſentia: pręterita: futura ꝛ poſſibilia cognoſcit: nā ſi dn̄s deꝰ pⁱmo parēti dedit multas in ſe ſciētias infuſas a fortiori dedit alę xp̄i. Tertia ponit ſcientia in xp̄o adquiſita per experientiā ꝛ per ipſas res in proprio genere ꝛ iſta vocat veſptina ab Aurelio auguſtino. Iſtis notatis: rn̄det ad.q.ꝑ aliqs ꝯcluſiões. quaꝝ p̄ma eſt iſta xp̄s nullo mō potuit pficere ſapiētia: aut gr̄a: aut ętate ſm diuinitatē. Iſta ꝯcluſio eſt ꝑ ſe nota in lumine fidei: qꝛ diuinitas xp̄i ab ęterno oia ſciuit nec potuit d̄ nouo adquirere aliquaȝ ſcientiam. Scd̄a cōcluſio eſt iſta xp̄s ſcd̄m humanitatē nō profecit quo ad viſionem beatificā ſiue quo ad cognitionem matutinā iſta cōcluſio probat anima xp̄i in primo inſtāti ſuę creationis vidit in verbo diuino oia pręſentia: pręterita: futura ꝛ poſſibilia ergo xp̄s non profecit quo ad illam cognitionem matutinā. Tertia concluſio eſt iſta xp̄s quo ad hūanitatē nō profecit quo ad habitus infuſos iſta cōcluſio probatur: aīa chriſti in primo inſtanti ſuę creatiōis habuit tot habitus ſciētificos infuſos ſicut modo habet ergo xp̄s non profecit quo ad habitus infuſos: aīs patet duplici authoritate. yſaię prophetę prima habetur yſaię.11.cap.ſ.egredietur virgo de radice ieſſe ꝛc. Scd̄a habetur yſaię.55.cap.ſ.ecce teſtē populis dedi eum ducē ac pręceptorē populis. patet etiam authoritate. Hieremię.31.cap.ſ.ecce dn̄s nouū faciet ſup terrā fœmina circūdabit virū.ſ.ſaluatorē: qui dicebat vir in primo inſtanti productiōis hūanitatis in vtero beatę ꝟginis propter plenitudinē ſapiētię. Quarta cōcluſio eſt iſta chriſtus ſm hūanitatem profecit ſapientia ꝛ ętate apud deū ꝛ hoīes: quo ad habitus adquiſitos per experiētias. iſta ꝯcluſio probat hūanitas xp̄i multa cognouit ꝑ experientiā quę antea nō cognoſcebat per experientiā: ꝙuis oia cognoſcebat duplici ſcientia.ſ. sciā in verbo ꝛ ſciā infuſa igitur concluſio vera ꝛ iſto modo debet intelligi illud quod habetur luce.2.cap. ieſus proficiebat ſapientia ꝛ ętate ꝛ gratia apud deum ꝛ homines.

¶ Cōtra iſtas cōcluſiones arguitur authoritate ſacrę paginę habetur enim lucę.15. ꝙ apparuit Angelus de cęlo xp̄o cōfortans eū: ſed cōfortatio fit ꝑ v̄ba cōfortatoria docentis iuxta illud. Job.4.cap. ecce docuiſti multos ꝛ manus laſſas roboraſti: vacillātes cōfirmauerūt ſermones tui ꝛ genua trementia cōfortaſti ꝛc. ergo xp̄s fuit edoctꝰ ab angelo ꝛ per ꝯſis aliquid ſciuit: quod prius neſciebat. Ad hoc argumentum rn̄detur negādo minorem vl'r: nō enim oīs cōfortatio fit mediāte doctrina: quę de nouo alicui datur. Jmmo talis cōfortatio ſolū facta ē vt oſtenderetur ad cōfutandū hęreticos ꝙ xp̄s habuit verā hūanitatē. Cōtra iſtaȝ ſolutionē arguitur authoritate Dionyſij in.4.cap. cęleſtꝭ hierarchię dicentis: video em̄ ꝙ ꝛ ipſe xp̄s ieſus ad nos veniens obedienter ſubijcitur patris ꝛ dei ꝑ angelos formationibus ergo angelꝭ

multotiẽs docuerũt chriſtum. Ad hãc replicã rñdetur negãdo ↄñam ⁊ ratio eſt: quia diuus Dionyſius nõ loquit̃ in pręfata authoritate đ formationib⁹ angelorũ per doctrinam reſpectu ipſius xp̃i ſed bene reſpectu virginis glorioſę ⁊ patris eius putatiui Joſephi.

¶ Queritur ſcđo circa eandem diſtin. an ſũma creabilis gr̃a ſit aię chriſti collata. Pro h⁹.q. enodatione eſt notandum ꝙ in hac.q. ſolum eſt quęſtio de gr̃a gratũ faciẽte mediante qua creatura rõnalis reddit̃ grata ⁊ accepta ad vitam ęternam Scđo eſt notãdũ ꝙ li ſumma ẽ ſuplatiuũ ⁊ ideo põt exponi duob⁹ modis: vno mõ affirmatiue ⁊ alio mõ negatiue: vt patet ex logica ſi exponatur affirmatiue oẽs Doctores cõueniũt ꝙ nõ ẽ dabilis aliqua ſumma gr̃a creabilis. rõ eſt: quia ad hoc ꝙ ſit ſũma iſto modo opoꝛtet ꝙ ſit qualibet alia gr̃a poſſibili maioꝛ et hoc eſt impoſſibile. Nã quacũꝗ tali data: dñs deus eſt potens producere vnam aliã ei ęqualẽ: ⁊ tũc falſum erit dicere ꝙ illa prius aſſignata ſit maioꝛ altera ęq̃li de nouo producta a deo: ſed exponendo negatiue ſic. ſ. ꝙ dat̃ aliqua gr̃a a deo magna vt dñs deus nõ poſſit producere aliam maioꝛẽ de quacũꝗ potentia ſiue oꝛdinata ſiue abſoluta ẽ magna cõtrouerſia apđ doctoꝛes. Nã Doctoꝛ ſubtilis tenet in pñti diſtin. ꝙ dabilis eſt ſumma gr̃a exponẽdo negatiue ⁊ ꝙ talis ẽ collata aię xp̃i ⁊ ↄñter debet cõcedere ꝙ in quolibet genere qualitatis ſiue ſpecie dabilis eſt ſumma qualitas ita ꝙ dñs deus nõ põt producere maioꝛem de quacũꝗ potentia: ⁊ mouetur duabus rõnib⁹. Prima eſt iſta data aliqua gr̃a vl' contingit aſcendere dãdo maioꝛem vel nõ cõtingit aſcẽdere. ſi ſcđm habetur intẽtuꝫ ꝙ eſt ſtatus in ſumma gr̃a: ſi primũ habet̃ ꝙ quãto aliqua magis diſtat eſt intenſioꝛ ⁊ perfectioꝛ ergo quę in infinituꝫ diſtat eſt infinite intẽſioꝛ ⁊ infinite perfectioꝛ: ⁊ illã videt de⁹ ergo illaꝫ põt producere: ⁊ poſtꝗ̃ põt producere ponat̃ ineſſe ⁊ habet̃ intentũ ꝙ illa eſt ſumma. Scđa rõ eſt talis deus põt tantã qualitateꝫ producere: quantã põt ꝑducere ponat̃ ineſſe. ſ. ꝙ producat tantã quãtam põt producere tũc talis eſt ſumma gr̃a: quã poteſt ꝑducere ergo dabilis eſt ſumma qualitas ſiue ſumma gr̃a: quam dñs deus põt producere Jſte rõnes ſunt enſis aiacis. Nam facile retoꝛquẽtur in ipſum doctoꝛẽ ſubtilem. Nam ſequeret̃ ꝙ dabilis eſſet maxima multitudo hominuꝫ quã deus põt producere ↄñs eſt cõtra ipſummet doctoꝛẽ ſubtileꝫ igit̃ ſequela patet data multitudine aliqua hoĩum vel cõtingit aſcẽdere vl' nõ cõtingit aſcendere: ſi ſcđꝫ habet̃ intentũ. ſi primũ: quãto aliqua magis diſtat eſt ꝑfectioꝛ ergo illa: quę in infinitũ diſtat eſt in infinitũ perfectioꝛ: ⁊ deus videt illã multitudinem ergo põt illam ꝑducere. Scđa rõne arguitur ſic retoꝛquẽdo eam. Deus põt producere tantã multitudinem hoĩum: quantam põt producere ponatur ineſſe ꝙ producat tantaꝫ multitudinẽ: quantã põt produ

cere tūc talis eſt ſumma multitudō hoīuʒ: quā poteſt producere igitur cōtra doctorē ſubtilē: qui negat maximā multitudinē hoīum: quā deus pōt producere. Cū eiſdem etiā argumētis pōt probari ꝙ dabilis eſt maxima magnitudo: quā deus pōt producere ꝛ ꝙ dabilis eſt maxim⁹ homo: quē deus pōt ꝑducere ꝛ ſic de aliis ſimilibus. Nec mirū: quia tales rōnes ſunt ſophiſtice ꝛ facile eſt ad eas rñdere. Ad primā dato ꝙ cōtingat aſcendere nō ꝓpterea dabilis eſt aliqua: que in īfinitū diſtat ꝛ ita debet rñdere Doctor ſubtilis ad rōnes ſuperius factas de multitudine hoīum ꝛ magnitudine. Ad ſcdam rōneʒ dicendū eſt ꝙ illa propoſitio nō debet poni in eſſe: ſed debet prius exponi. Nā ſi deberet poni immediate in eſſe talis eſſet impoſſibilis: ꝛ iſte rñſiones dantur a Doctorib⁹ ꝺ̄pto Gregorio de Ariminio: qui tenet ꝙ deus pōt producere infinitū actu. Nā diuus Thomas ꝛ bonauētura ꝛ ſic de aliis doctoribus negāt poſſe dari infinitum actu nō tñ cōcedūt ꝙ ſit dabilis ſūma gr̄a: quam deus pōt producere ꝺ̄ potētia ſua abſoluta: ſed bene eſt dabilis ſumma gr̄a: quā deus pōt producere de potētia ſua ordinata ꝛ talis data eſt aīe xp̄i. Iſta opinio probaꝛ. Nā quacūꝙ gr̄a data: dñs de⁹ pōt addere ad huc aliquos gradus illi ꝛ tunc gr̄a reſultās iam erit maior. Inſup dñs deus pōt producere duas ſummas gr̄as de potētia abſoluta ꝛ illas cōferre aīe xp̄i: tunc tales due gr̄e ſolo numero differūt ꝛ ſunt in eodem ſubiecto: q2 in eadē aīa xp̄i ergo mutuō ſe intēdūt ꝛ cōſtituūt vnā gratiā maiorē ꝙ̄ ſit aliqua ipſarū ſummaꝝ: ꝯña tenet per philoſophū dicentē impoſſibile eſt duo accidētia ſolo numero differentia eē in eodē ſubiecto: quin mutuo ſe ītēdāt ꝛ ꝯſtituāt vnū. Si dicas ꝙ tales due gr̄e ſūme nō ſe ītēdūt ꝛ ꝙ repugnat cuilibet ipſaꝝ cōſtituere vnā gr̄am cū altera. Cōtra hoc arguitur ſupponēdo vbi gr̄a ꝙ quelibet illarū gratiarū ſummarū ſit vt octo ꝛ volo ꝙ dñs de⁹ ſiml' ꝛ ſemel īfundat ſexdeci grad⁹ gr̄e ī aīa xp̄i: tūc oēs illi ſexdeci grad⁹ mutuo ſe intēdēt ergo dabilis ē maior gr̄a ꝙ̄ vt octo aſſ pbaꝛ: aliq̄ grad⁹ illoꝝ ſe ītēdēt ꝛ nō ē maior rō de vnis ꝙ̄ de aliis: q̄tin⁹ oēs ſūt creati ꝺ̄ nouo in eadē aīa: ğ oēs mutuo ſe intēdent.

¶ Propter iſta igitur argumēta oēs alii doctores a Doctore ſubtili tenēt ꝙ nō ſit dabilis ſūma gr̄a ſinita ſimplr̄ ꝛ q2 diu⁹ Tho. ꝛ diuus Bonauētura tenēt ꝙ nō eſt dabile infinitū: ideo ambo tenēt ꝙ gr̄a xp̄i aīe ē finita quātū ad eſſentiā: ita ꝙ ſi ꝯſydereꝛ gr̄a aīe xp̄i ſm ꝙ eſt quedā res eſt finita: ſed ſi cōſyderaꝛ in eſſe gr̄e dicit thomas ꝙ ē īfinita ſilr̄ dicit Bonauētura ꝙ ſi ꝯſidereꝛ gr̄a aīe xp̄i in ordie ad gr̄as alioꝝ hoīuʒ ꝛ angeloꝝ improportiōabilr̄ excedit oēs alias gr̄as. Sed eſt magna difficultas an gr̄a aīe xp̄i ſit ſumma poſſibilis in ſubiecto talr̄: ꝙ aīa xp̄i nō ē capax maioris gr̄e. Pro cuius difficultaꝭ enodatiōe ē aduertēdū ꝙ triplex eſt potētia aīe. ſ. actiua paſſiua ꝛ vitalr̄ īmutatiua potētia actiua

aie eſt potentia: qua aia agit τ opaṫ τ talis potētia ē finita τ limitata: qꝛ oīs creatura ē finita τ limitata i agē do. Potētia paſſiua aie eſt potētia: qua aia recipit aliqd vl' aliq̄ τ iſta ē infinita ſcdm oēs doctores: potētia vitalr imutatiua ē potētia rōne cu ius aia cognoſcit vl' vult: τ d iſta po tētia eſt ꝯtrouerſia iter Guillelmuꝫ occham τ dñm Cardinalē camera cēſem. Nā Guillelm⁹ ochā tenet vt viſuꝫ ē in.4.ſñaꝝ in materia d bea titudie ꝙ talis potētia eſt infinita. Nā ad hoc ꝙ aia cognoſcat ꝑ aliquā noticiā ſatis ē ꝙ iheꝛeat ipi aie: ſed ſm Cardinalē cameracēſeꝫ hoc nō ſufficit. Sed vltra requiriṫ ꝙ talis noticia ſit ꝑducta partialr τ effecti ue ab ipa aia τ ſcdm iſtā opinioneꝫ dñi Cardialis cameracēſis diceret ꝙ gra aie xp̄i ꝗuis finita eſt ſūma poſſibilis in tali ſubiecto. rō eſt: qꝛ dato ꝙ dñs de⁹ poſſet addere alios gradus grē illi: aia tñ xp̄i nō poſſet elicere intenſioꝛē actū: ꝗ mō eliciat τ ſcdm opinionē Guillelmi occham opoꝛtet dicere ꝙ non eſt ſūma poſſi bilis in illo ſubiecto: ꝗuis de potē tia oꝛdinata ſit ſumma.

¶ Alia eſt opinio Gregoꝛij de Arimino τ ferme oīuꝫ recētioꝝ ma gnificās potētiā dei τ aiaꝫ xp̄i tenēt eni ꝙ dñs deus pōt ꝑducere īfinitū actu. τ ꝙ dñs de⁹ iā illd ꝑduxit. Nā gra aie xp̄i collata eſt infinita. hoc ꝓbaṫ authoꝛitatib⁹ τ rōne. Pꝛia habeṫ Joānis ꝓmo: τ vidim⁹ gl'iaꝫ ei⁹: gl'iam q̄ſi vnigeniti a patre ple nū grē τ v'itatī. ſup q̄ v'ba Gloſa oꝛ diaria īquit hō xp̄s plen⁹ fuit gra: qꝛ nullis p̄cedētib⁹ meritiſ; ex quo cōcept⁹ eſt fuit deitas in eo implēs hoīeꝫ illū omni plenitudie redūdā te in oēs ſctōs. Scda habeṫ Joan nis.3.c. nō eni ad menſurā dat de⁹ ſpiritū.ſ. filio ſuo ſcdm oēs gloſas oīuꝫ Doctoꝝ catholicoꝛū τ gloſa oꝛ dinaria ait hoīb⁹ dat deus ad men ſurā. ſed ſicut totū ex ſeipſo toto ge nuit filiū ſuū: ita icarnato filio ſuo totū ſpiritū ſuū dedit nō particula tim nō ꝑ ſubdiuiſiōes ſed generalr τ vlr. Tertia eſt Magiſtri ſñarū in ꝑnti diſtictiōe dicētī xp̄m ſm hoīeꝫ tantā a ꝯceptiōe accepiſſe ſapiētię τ grę plenitudinē: vt de⁹ ei plēni⁹ cō ferre non potuerit. Sed ſi talis gra eſſet finita dñs deus poſſet illi dare plēni⁹ ergo neceſſariū eſt dicere ꝙ talis gra eſt infinita. Rōne ꝓbaṫ ſic effect⁹ grē eſt infinit⁹ ergo cauſa.ſ. gra xp̄i ē infinita ꝯña tenet: qꝛ effe ctus infinit⁹ nō pōt emanare: niſi a cauſa īfinita: τ añs ꝓbaṫ authoꝛita te diui Anſelmi dicētī ꝙ gra aie xp̄i ſufficit pꝛo īfinitis hoībus ſi eſſent ꝑducti τ in hoc dicto oēs doctoꝛes catholici ipſuꝫ ſequūtur. Nā oēs te nent ꝙ ſi mūdus duraret eternalr pꝛo oīb⁹ ſufficeret gra xp̄i. Immo ſi infiniti mūdi ꝑducerētur pꝛo oī bus ſufficeret ergo effectus grę aię xp̄i eſt īfinit⁹. Nimirū ergo ſi diu⁹ Thomas fuit coact⁹ ꝯcedere i.7.q. tertię partis ꝙ gra animę xp̄i ſcdm rationem grę eſt infinita. Et ſcdm iſtam opinionē domini Gregoꝛij τ omnium Neotericoꝛū ponitur cō cluſio reſponſiua ad titulum quę ſtionis: ſcilicet ꝙ ſumma creabi lis gratia eſt animę chꝛiſti collata.

Iſta concluſio probatur gratia aĩe
xp̃i eſt infinita vt probatũ eſt ꝑ au-
toritates ſacrę ſcripturę. Nã ſi eſſet
finita cum omne finitum ſit limita-
tum ⁊ menſuratum. Jam deus de-
diſſet illi ſpũm ad menſurã: q̇ð eſt
contra illud Joã.3.allegatũ. ⁊ nihil
poteſt eſſe maius infinito: ergo gra
tia animę Chriſti collata eſt ſumma
creabilis.

¶ Contra iſtã concluſionẽ ar-
guitur ſic ſequeretur ꝙ nullus actꝰ
aĩę xp̃i eſſet meritorius ꝯñs eſt hęre
ticũ: ergo ⁊ cõcluſio ſequela probat
aĩa xp̃i neceſſitabat ad quẽlibet ſuũ
actũ: ergo per nullũ talẽ merebatur
ꝯña probatur nullus actus neceſſa-
rius eſt laudabilis vel vituperabi-
lis teſte pħo in.3.lib.ethicoꝝ: ergo
nullus talis eſt meritoriꝰ: ꝯña pro-
batur: qꝛ ad hoc ꝙ aliquis actus ſit
meritorius oportet ꝙ ſit laudabilis
⁊ ad hoc ꝙ ſit laudabilis oportet ꝙ
ſit liber ⁊ voluntarius. Jam proba
tur primũ aña: aĩa xp̃i habebat ha-
bitũ infinitũ gratię: ergo per talem
neceſſitabatur ad quẽlibet ſuũ actũ
ꝯña probatur ille habitus erat infi-
nite intenſus: ergo infinitę inclina-
bat: ⁊ per ꝯñs neceſſitabat. Ad hoc
argumentũ r̄ñdetur negando ſeque
lam: ⁊ ad probationẽ negatur ꝯña:
⁊ ad probationẽ concedo ꝙ ille ha-
bitus infinite inclinabat. nego tñ ꝙ
propterea neceſſitabat. Ratio eſt:
qꝛ nulla creatura poteſt producere
aliquid in volũtate humana: niſi ip
ſa voluntas cõcurrat: ſed ſolus deꝰ
poteſt producere in voluntate hũa-
na aliquid ipſa non concurrente.

¶ Scðo arguꝫ ſic grã animę xp̃i
quamuis ſit infinita non eſt ſumma
creabilis: ergo concluſio falſa: aña
probatur dabilis eſt vna alia maior
ipſa: ergo nõn eſt ſumma creabilis:
aña probatur volo ꝙ dñs deus ad-
dat duos vel tres gradꝰ illi gratię:
quã habet aĩa xp̃i: tunc gratia reſul
tãs erit maior ꝙ̃ illa: quã modo ha
bet: ergo hęc quã habet non eſt ſum
ma creabilis. aña patet gratia reſul
tans continet aliaꝫ ⁊ duos vel tres
gradus vltra: ergo eſt maior illa. Pro
huius argumenti ſolutione eſt notã
da diſtinctio ex pħia. ſ. ꝙ duobꝰ mo
dis aliquid dicitur eſſe maius alio
vno modo proprie. ⁊ alio mõ impro
prie. Iſto notato r̄ñdetur ad formã
argumenti negando aña: ⁊ ad pro-
bationẽ diſtinguo ꝙ illa gratia re-
ſultans ſit maior vł improprie. ⁊ ſic
conceditur illud ⁊ negatur ꝯña vel
proprie: ⁊ ſic negatur illud ⁊ ad pro
bationem negatur ꝯña. Nã proprie
vnũ infinitũ non eſt maius alio: ſed
bene improprie.

¶ Tertio arguꝫ ſic: contra oẽs
opiniones multę ſunt gratię ęqua-
les gratię animę xp̃i increaturis: er
go oẽs opiniones nulle aña proba-
tur gratia beatę virginis eſt ęqualis
gratię animę xp̃i ſilr̄ gratia apłoꝝ.
Immo etiã gratia diui Stephani
prothomartyris: ergo dabiles ſunt
increaturis multę grẽ ęquales gra-
tię animę xp̃i: aña probatur. anima
beatę virginis eſt tantũ capax gra-
tię quãtũ aĩa xp̃i. Silr̄ quẽlibet aĩa
apoſtoloꝝ pariformã aĩa diui Ste-
phani: ⁊ oẽs iſtę animę fuerunt ple-

nę gratia: ergo oẽs iſtę gratię ſunt ęquales gratię aĩę xp̃i minoꝛ pꝛobatur de beata virgine. Luce.1.capi. Ubi habet̃ ꝙ angelus vocauit eam plenã gratia de apoſtolis habetur actuũ.2.cap. De diuo ſtephano habetur actuũ.6.capit. ꝙ erat plenus gratia ⁊ foꝛtitudine. Pꝛo huius argumenti ſolutione eſt notandũ ſcđz dñm Alexandrũ de Ales. quẽ ſequũtur oẽs alij doctoꝛes ꝙ quadruplex eſt plenitudo gratię. Pꝛima eſt affluẽtię ⁊ hec ſolũ xp̃o cõpetit. Nam ſolus xp̃s effluit ſuper oẽs iuxta illđ Joan. pꝛimo de cuius plenitudine nos oẽs accepimus. Scđa eſt plenitudo excellentię ad inſtar fontis iuxta illud canticoꝝ quarto fons hoꝛtoꝝ ⁊ hęc ſoli virgini cõuenit ⁊ nulli purę creaturę alteri a ꝟgine: ideo diuus Hierony. in ſermone aſſumptionis ad Euſtochiũ virginẽ inq̃t cęteris per partes datur gratia: marię vero tota ſe ĩfudit plenitudo gratię: per quã ab omni labe fuit pręſeruata. Tertia eſt plenitudo abũdantię ad inſtar riuuli iuxta illud pſal. Flumẽ dei repletũ eſt aquis: riuos eius inebꝛians. ⁊ hęc cõuenit ap̃lis. ⁊ diuo Stephano. ⁊ aliquibus alijs paucis ſanctis ſicut diuo Martino: ⁊ alijs eius ſilibus. Quarta eſt plenitudo ſufficientię ⁊ hãc habent oẽs boni fideles xp̃iani. Nã q̃libet gratia quantũcunq̃ parua dũ modo ſit gratũ faciens ſufficit ad adipiſcendam gl̃iaz ęternã: ſi homo in ea moriatur ⁊ de tali plenitudine intelligitur illud. Lucę.1.cap. de zacharia. ſ. ꝙ repletus eſt ſpũſctõ. Simil̃r illđ de Elizabet. Repleta eſt ſpũſancto ⁊ exclamauit voce magna. ⁊c. Iſtđ notato facile eſt reſpondere ad foꝛmam argumenti negando añs: ⁊ ad pꝛobationẽ negatur. Itẽ añs ⁊ ad pꝛobationez diſtinguitur minoꝛ vel intelligendo de pꝛima plenitudine: ⁊ ſic negat̃ illa: nec illę autoꝛitates adducte intelliguntur de pꝛima plenitudine: ſed ſolũ de alijs. Si vero intelligatur minoꝛ de alijs plenitudinibus a pꝛima cõceditur illa: ⁊ negatur ꝯñs. Nã alię plenitudines a pꝛima non ſufficiunt ad hoc ꝙ tales gratię ſint ęquales gratię aĩmę xp̃i. Circa iſtã quęſtionẽ dubitatur pꝛio an fruitio aĩę xp̃i qua fruitur deo ſit ſumma poſſibilis: quę poteſt elici a creatura rationali. Ad hoc dubiũ eodẽ mõ eſt rñdẽdũ quo ad.q. de grã. Nã ſcđm varios doctoꝛes varię reſponſiones ſunt dãde pꝛopoꝛtionabiles tñ illis quę date ſũt de gratia. Dubitatur ſcđo vtrũ gratia vnionis ſit eadẽ in xp̃o cũ gratia ſingularis perſone. Ad hoc dubiuz rñdetur ꝙ gratia vnionis duobus modis ſolet capi. vno modo pꝛo ipſa vnione reſultante ex diuinitate ⁊ hũanitate. Et alio modo pꝛo habitu gratię gratum facientis ꝯſite ipſam vnionẽ. ſi accipiatur pꝛimo modo tunc ſecundum dños reales dicendũ eſt ꝙ diſtinguitur. Nã tũc eſt quędã relatio realis. Et gratia ſingularis perſone eſt ens poſitiuũ ⁊ abſolutũ. ſcđz etiã dños noĩales ⁊ recentioꝛes etiaz diſtinguit̃. Nã talis vnio nihil aliđ eſt vt dictũ eſt ſuperius: niſi res vnitę. ſ. verbũ ⁊ hũanitas quę ſunt ſubſtantię ⁊ gratia ſingularis perſone eſt quoddam accidens. Si vero lo-

quamur ſcđo mō: variō mō rñdent
doctores. Nā aliqui dicūt ꝙ tales
grē diſtinguūtur. Alij ꝟo ꝙ nō diſtin
guunt ⁊ vtraqꝫ opinio facile pōt de-
fenſari. Nā nullū argumentū alicu
ius valoris pōt fieri cōtra aliquam
ipſarum. ideo elige illam: que ma-
gis tibi placuerit.

¶ Queritur tertio circa eandē
diſtin. vtrū xps rōne hūanitatis ſit
caput omniū hoīum tā quo ad alas
ꝙ̄ quo ad corpora ⁊ Angelorū: an
ſolum eccleſie. Pro huius difficul-
tatis enodatione eſt aduertendū ꝙ
eccleſia catholica a beato Paulo in
ſuis epiſtolis dicitur eſſe corpꝰ mi-
ſticum propter ſimilitudinē quā ha
bet ad corpꝰ naturale hoīs: qđ ſm
diuerſa mēbra diuerſos habet actꝰ
vt idem Apoſtolus docet ad Ro-
ma. 12. ⁊ ita dicitur chriſtus caput
eccleſie ſcđm ſimilitudinem huma-
ni capitis in quo poſſumus tria cō-
ſiderare. ſ. ordinem perfectionem ⁊
⁊ virtutem. Nam caput eſt prima
pars hominis incipiendo a ſuperio
ri parte ⁊ inde eſt ꝙ omne pncipiū
ſolet vocari caput iuxta illud ſalua-
toris in capite libri ſcriptum eſt de
me. Pariforma in capite vigēt oēs
ſenſus tā interiores ꝙ̄ exteriores
in ceteris autē mēbris ſolus tactus
viget. Ideo yſaie. 9. capitulo ha-
betur ſenex ⁊ honorabilis ipe eſt ca
put. Preterea virtus ⁊ motus cete
rorum membrorū ⁊ gubernatio co-
rū in ſuis actibus eſt a capite pro-
pter vim ſenſitiuā ⁊ motiuā ibi do-
minantem: vnde ⁊ Rector alicuius
populi ſiue Rex dicit caput populi
iuxta illud primi regum. 15. cap. cū
eſſes paruulus in oculis tuis: caput
in tribubꝰ iſrael factus es. Hec au-
tem tria cōpetunt chriſto ſpiritua-
liter. Ideo ponuntur concluſiones
reſponſiue ad. q. quarū Prima eſt
iſta chriſtus eſt caput eccleſie ratio-
ne humanitatis. Iſta cōcluſio pro-
bat authoritate Apoſtoli ad ephe-
ſeos primo cap. loquētis de chriſto.
Ipſum dedit caput ſuper omnem
eccleſiam patet etiam: quia illa tria
tacta in notabili. ſ. ordo: perfectio:
⁊ virtus ei cōpetunt. Nam ſecūdū
propinquitatē ad deum eſt altior ⁊
prior eſt ſecūdum gratiam: quia oēs
alij acceperunt gratiam per reſpe-
ctum ad gratiam ipſius iuxta illud
Apoſtol. ad Roma. 8. quos preſci-
uit: hos ⁊ predeſtinauit conformes
fieri imaginis filij eius: vt ſit ipſe
primogenitus in multis fratribus.
Inſuper habet perfectionē quan-
tum ad plenitudinē omnium gra-
tiarum ⁊ chariſmatum iuxta illud
Ioānis primo vidimus eū plenum
gratie ⁊ veritatis. Preterea virtu-
tem habet influendi gratiam in oīa
membra iuxta illud Ioānis primo
de plenitudine eius nos oēs accepi
mus. Secūda concluſio eſt iſta chri
ſtus ratione humanitatis eſt caput
omniū hominū. Iſta cōcluſio pro-
batur authoritate Apoſtol. pme ad
Timotheū. 4. cap. dicētis chriſtus
eſt ſaluator omniū hominū ⁊ Ioā-
nis ſcđo capitulo pme canonice in-
quit ipſe eſt ppitiatio pro peccatis
noſtris: nōn noſtris tantū: ſed etiā
pro totius mūdi. Propterea eccl'ia
canit illum hymnum. ſ. Chriſte re-

demptoꝛ omniū ⁊c. Tertia ꝯcluſio
eſt iſta xp̄s eſt caput omniū hoīum
quo ad coꝛpoꝛa: iſta cōcluſio patet
authoꝛitate Apoſtol. ad ephesios
tertio dicētis reformabit coꝛpus hu
militatis nr̄ę cōfiguratū coꝛpoꝛi cla
ritatis ſuę. Quarta cōcluſio eſt iſta
xp̄s rōne hūanitatꝭ eſt caput oīum
angeloꝛū: iſta ꝯcluſio patet expꝛeſſa
authoꝛitate Apoſtol. ad coloſſeñ. 2.
loquētꝭ de xp̄o: q̇ eſt caput oīs prin-
cipatus ⁊ poteſtatis ⁊ idem in ſentē
tia dicit ad Epheſeos pꝛimo cap.

¶ Contra pꝛimam cōcluſioneꝫ
arguit̃ ſic hūanitas xp̄i non influit
grām in mēbꝛa eccleſię ergo non eſt
caput eccl̃ię: ⁊ per ꝯñs pꝛima cōclu
ſio falſa: añs patet expꝛeſſa autho-
ritate Auguſti. in. 11. libꝛo de trini-
tate dicētis ꝙ hūanitas xp̄i non in-
fluit grām: ſed bene diuinitas eiꝰ.
Ad hoc argumētū rñdet̃ diſtinguē-
do añs vł authoꝛitatiue ⁊ pꝛīcipalr̃
⁊ ſic cōcedit̃ illud ⁊ negatur ꝯña vel
inſtrumentaliter ⁊ ſic negatur illud
añs. Nam humanitas xp̄i eſt inſtru
mentū: mediante quo diuinitas xp̄i
influit grām in eius mēbꝛa. Et ad
pꝛobationē dico ꝙ Aureliꝰ auguſti-
nus itelligit pꝛincipalr̃ ⁊ authoꝛita
tiue ⁊ nō intelligit inſtrumētalr̃ ſiue
miniſterialr̃. Immo pꝛęlati eccleſię
⁊ dñi ſacerdotes miniſterialr̃ ifluūt
grām in mēbꝛa eccleſię. Cōtra iſtaꝫ
ſolutionē arguit̃ xp̄s rōne hūanita
tis habet caput. ſ. dñm deuꝫ vt ex-
pꝛeſſe teſtatur Apoſtol. dicens: xp̄i
autem deus ergo chꝛiſtus rōne hu-
manitatis nō eſt caput eccleſię: ꝯña
pꝛobatur quia tūc capitis eſſet vnū

aliud caput. Ad hanc replicā reſpō
detur negādo ꝯñam ⁊ ad pꝛobatio-
nem non incōuenit ꝙ in coꝛpoꝛibus
miſticis vel ſimilitudinarijs vnius
capitis ſit aliud caput: quādo vnuꝫ
illoꝛū alteri ſuboꝛdinatur patet ma
nifeſtū exēplū. Nam in vna domo
caput eſt pater familias: ⁊ ipſiꝰ pa-
tris familias eſt aliud caput. ſ. gu-
bernatoꝛ vꝛbis: ⁊ ad huc gubernato
ris eſt aliō caput. ſ. Rex ⁊ regis eſt
aliud caput. ſ. papa. Cōtra iſtā ſo-
lutionē arguitur xp̄s eſt vniuerſale
pꝛincipiū totius eccleſię catholicę.
Sed caput nō eſt pꝛīcipale mēbꝛuꝫ
ergo xp̄s non eſt caput eccleſię: mi-
noꝛ pꝛobatur recipit influētiā a coꝛ-
de ergo caput nō eſt pꝛincipale mē-
bꝛum. Ad hanc replicam rñdetur ꝙ
coꝛ aſſimilat̃ ſpiritui ſancto: qui in-
terius operatur caput vero aſſimi-
latur xp̄o ideo: quia chꝛiſtus ope-
ratur mediātibꝰ ſacramētis. Idcir-
co licet caput recipiat aliquē influ-
xuꝫ a coꝛde hoc totū eſt interiꝰ: ſed
exterius caput in omnia membꝛa
influit ⁊ quo ad talē operationē ex-
terioꝛē dicitur membꝛū pꝛincipale.

¶ Cōtra ſcđaꝫ cōcluſionē argr̃
ſic xp̄s nō ē caput īfideliū ⁊ īfideles
ſunt hoīes ergo nō ē caput oīm ho-
minū xp̄s: maioꝛ ꝓbat̃ infideles nō
ſunt mēbꝛa xp̄i ergo xp̄s nō ē caput
infideliū: añs ꝓbat̃ nō viuūt cū xp̄o
ꝑ fidē: aut ſpem: aut charitatē ergo
non ſunt membꝛa xp̄i: inſuꝑ multi
erant infideles anteꝙ̄ xp̄s naſceret̃
ergo ſaltem xp̄s non eſt caput illo-
rum infideliū. Pꝛo huius argumē-
ti ſolutione eſt aduertendum ꝙ dr̄a

eſt inter corp⁹ veꝝ ꝛ naturale ꝛ cor
pus myſticū. Nā in corpore vero ꝛ
naturali oīa mēbra ſunt ſimul: ſ3 in
corpore myſtico nō oīa mēbra ſunt
ſimꝉ nec quo ad eſſe naturę: nec quo
ad eſſe gratię. vnde duobus modis
aliquid dicitur eſſe membrū corpo-
ris myſtici: vno modo in pōtētia. ſ.
q2 habet poteſtatē adeſſe membrū
corporis myſtici: ꝛ caput ex ſe ſuffi-
ciēter influit. ꝛ iſto modo infideles
dicuntur eſſe membra xp̄i in poten-
tia. Alio modo aliquid dicitur eſſe
membrū actu ꝛ adhuc trifariā p̄mo
qn̄ vnitur per fidē: ꝛ ſic tam boni q̄3
mali xp̄iani dicuntur eſſe membra
xp̄i. Scd̄o modo aliquid dicitur eē
membrū actū: qn̄ vnitur per chari-
tatem. ꝛ iſto modo ſolū boni xp̄iani
ſunt membra. Tertio modo aliquid
dicitur eſſe membrū xp̄i actu: qn̄ vni
tur per fruitionē patrię. Et iſto mō
ſolū beati dicuntur eſſe mēbra xp̄i:
q2 perfecte ei vniuntur per clarā vi-
ſionem ꝛ fruitionē. Iſto notato fa-
cile eſt rn̄dere ad formā argumenti
negando maiorē: ꝛ ad probationez
diſtinguo ꝙ infideles non ſunt mē-
bra xp̄i vel actu. ꝛ ſic ꝯceditur illud
ꝛ negaꝛ ꝯn̄a vel in potentia: ꝛ ſic ne
gatur illud: ꝛ ad probationez nega
tur ꝯn̄a. vnde ad hoc ꝙ xp̄s dicatur
eſſe caput oīm tam fideliū q̄3 infide
liū ſufficit ꝙ infideles ſint membra
in potentia. Contra iſtā ſolutionez
replicatur xp̄s nō eſt caput oīm fide
liū: ergo a fortiori non eſt caput infi
deliū an̄s probatur Apoſtol. Inq̄t
ad Ephe. v. cap. ꝙ xp̄s tradidit ſe-
metipſum pro eccleſia vt exhiberet
ſibi ipſe glorioſam ecclīam non ha
bentē maculā aut rugam. ſed multi
ſunt fideles onuſti peccatiſ: ergo nō
oīm fidelium eſt caput. Ad hanc re
plicā rn̄detur negādo an̄s: ꝛ ad pro
bationē dico ꝙ Apoſtol. non intelli
git de eccleſia militāti. Nā eccleſia
militans habet admin⁹ peccata ve-
nialia: quātuncūq3 ſtricte capitur ec
cleſia militās: ſed intellexit apoſto
lus de eccleſia triumphanti quę erit
poſt diem iudicij. nullā habens ma
culam: aut rugam: nec potens qui-
dem habere.

¶ Contra tertiā concluſionem
arguitur: ſic corpora hūana nō ſunt
capacia gratię: ergo xp̄s non eſt ca-
put hoīз quo ad corpora: an̄s eſt no
tum: q2 alias bruta eſſent gratię ca-
pacia qd̄ eſt omnino abſurduз. Ad
hoc argumentū rn̄detur diſtinguen
do an̄s vel primarie ꝛ principaliter
ꝛ ſic conceditur illud ꝛ negatur ꝯn̄a
vel ſecundario: ꝛ ſic negatur. Nam
certū eſt ꝙ gratia ꝛ gloria aīę xp̄i re
dūdat in corpus ei⁹. ꝛ ita eſt de grā
ꝛ gloria animę beatę virginis. ꝛ ita
etiā erit poſt diē iudicij de quacūq3
gloria cuiuſcunq3 beati. Contra iſtā
ſolutionē replicatur ſequereꝛ ꝙ eēt
caput brutorum ꝯn̄s eſt abſurdum:
ergo ſequela probatur eſt caput no
ſtrum quo ad corpora ꝛ nos partici-
pamus cū brutis in corporibus: er-
go xp̄s eſt caput brutoꝝ. Ad hanc re
plicam rn̄detur negando ſequelam
ꝛ ad probationē negatur ꝯn̄a: ꝛ rōē:
q2 bruta nullū habent ordinē ꝛ ha-
bitudinē ad ipſam animā rationalē
qualem habent corpora noſtra. Cō
tra iſtam ſolutionez replicatur xp̄s

aſſumpſit corp⁹ a nobis.ſ.a beata virgine:ergo non poteſt eſſe caput noſtrū quo ad corpora. Ad hanc replicā r̄ndetur negādo ꝯñam:ꝛ rō eſt q2 licet ſaluator noſter acceperit corpus a nobis mortale:nos tñ accipiem⁹ ab eo deo fauēte corp⁹ imortale

¶ Contra quartā cōcluſionem arguitur ſic. Angeli non ſunt eiuſdē naturę cū xp̄o:nec quo ad diuinitatem:nec quo ad humanitatez: ergo xp̄s non eſt caput angelorum:ꝯña probatur:q2 caput ꝛ mēbra debent eſſe eiuſdē nature. Ad hoc argumētū r̄ndetur negādo ꝯñam: ꝛ ad ꝓbationē dico ꝙ non oportet in corporib⁹ miſticis ꝙ caput ꝛ mēbra ſint eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimę. Inſuper aīa noſtra magis cōuenit cū angelis ꝙ̄ cū corpore ꝛ noſtra cōuenientia cū deo eſt maior reſpectu aīę ꝙ̄ reſpectu corporis. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur xp̄s ſolū eſt caput illorum qui pertinent ad eccl̄iam. ſed angeli nō pertinēt ad eccl̄iā:ergo xp̄s nō eſt caput angelorum minor probatur ſolū fideles pertinent ad eccleſiā:ſed angeli non ſunt fideles:ergo angeli nō pertinent ad eccleſiā minor probat̄ angeli non habent fidē ſed clarā dei viſionē:ergo angeli non ſunt fideles. Ad hanc replicā r̄ndetur diſtinguendo minorē:vł q̇ ad eccleſiā militātē ſiue viatorum:ꝛ ſic conceditur illa ꝛ negatur ꝯña vel procedendo de eccl̄ia indifferenter tā viatorum ꝙ̄ cōprehenſorū:ꝛ ſic negatur illa. Nā ex viatoribus ꝛ angelis poſt diē iudicij fiet vnica eccleſia triūphans cuius xp̄s erit caput rōne humanitatis. Ideo

dicebat beatus Petrus in ſua prima canonica ꝙ vultū ſaluatoris angeli ꝓſpicere deſiderant. Circa iſtā q. dubitatur an ſit eadē gratia mediante qua xp̄s eſt caput eccleſię cū gratia ſingularis perſonę. Ad hanc difficultatē r̄ndet diuus Thomas affirmatiue licz alia ratione dr̄ gratia capitis ꝛ alia ratione gratia ſingularis perſonę: dicitur em̄ gratia capitis:q2 influit ī cętera membra. dicitur gratia ſingularis ꝑſonę: q̇a reddit aīam xp̄i gratā ꝛ acceptā ad vitā ęternaz. Alij doctores antiqui dicunt tales gratias eſſe realiter diſtinctas:ſed non eſt rō: neq3 autoritas cogens talē diſtinctionē ꝛ vitanda eſt pluraritas ſine neceſſitate:idō magis placz opinio doctoris ſancti.

¶ Queritur vltimo circa eandē diſtin. quod eſt caput malorum an demon an antichriſtus. Pro huiꝰ. q. intelligentia eſt aduertendū ꝙ duobus modis accipitur caput vno mō q̄ñ influit interius ꝛ exterius:ꝛ alio modo q̄ñ influit exterius dirigendo actus ad aliquē finē. Alteriꝰ eſt aduertendū ꝙ antichriſtus non poteſt dici caput oim̄ malorum ratione ordinis:neq3 ratione virtutis cū non influat in mēbra quę preceſſerunt ipſum poteſt tñ dici caput ſecūdū perfectionē: q2 perfectā habebit maliciam. Iſtis notatis r̄ndetur ꝑ duas concluſionęs. quarū prima eſt iſta. Diabolus eſt caput malorum oīz. iſta concluſio probatur autoritate Iob. 41. cap. dicentis. Ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbię. Similit̄ gloſa ſuper illō Iob. 18. Memoria

illi⁹ pereat de terra dicit de vnōquōꝙ iniquo dicitur: vt ad caput id eſt diabolū reuertatur. Scḋa cōcluſio eſt iſta antichriſtus eſt caput oīꝫ hominū maloꝝ: quantū ad perfectionem malitię. Iſta concluſio probat autoritate gloſe ſup illō Job. 21. Interrogate quemlibet de viatoribus dicentis. Ad omnium in quorū caput antichriſtū verba conuertit. Similiter gloſa ſuper illud ſecūde ad theſalonicēces ſcḋo capite. Oſtendēs ſe tāquam ſit deus dicit ſicut in xp̄o oīs plenitudo deitatis inhabitauit. ita in antichriſto omnis malitię plenitudo non ꝙ aſſumpſerit naturam diaboli: ſed q2 diabolus ſuaꝫ malitiam eminentem ei influit ſuggerendo magis quā oībus alijs.

¶ Contra iſtas cōcluſiones arguitur ſic non omnia peccata ſunt a diabolo teſte Jacobo in primo cap. ſuę canonicę: ergo diabolus non eſt caput omnium malorū. Ad hoc negatur conſequentia. Nam ⁊ ratiōe ordinis ⁊ perfectionis malitię. ⁊ virtutis influxiuę diabolus eſt caput. Et ſi dicas antichriſt⁹ eſt membrū diaboli: ergo non eſt caput omnium malorum hominum. Ad hoc negatur conſequentia. Nam dictum eſt in precedenti. q. quod non inconuenit in corporibus myſticis: idē eſſe membrū ⁊ caput ſubordinatum.

Si anima Chriſti habuerit ſapientiā parē cum deo. ⁊ ſi omnia ſcit que deus.

Diſtinctio. XIIII.

Hic queri opus eſt cū aīa Chriſti eſſet ſapiēs ſapiā gratuita. vtrū habuerit ſapientiam equalem deo ſiue oīm rerū ſcientiam habuerit vł habeat. i. Utrū omnia ſciat que deus ſcit? Quibuſdā placet ꝙ nec parem cū dō habeat ſciētiā: nec oīa ſciat que deus: q2 in nullo creatura equat creatori. Cum ergo aīa illa creatura ſit: in nullo equatur creatori: ergo nec in ſapientia. Non ergo habet equalem cū deo ſapientiaꝫ: nec ſcit omnia que de⁹. Itē ſi aīa illa equalem habet cuꝫ deo ſapientiam: non ergo deus i omni bono maiorem habet ſufficiētiam ꝙ̄ eius creatura. Inducūt etiam autoritates ad idē probādum. Ait eñ propheta ex perſona hominis aſſumpti. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. ⁊ non potero ad eā. Qḋ exponēs Caſſiodorus ait. Ueritas hūane conditionis oſtenditur: q2 aſſumptus homo diuine ſubſtantie nō poteſt equari vel in ſcientia vel in alio. Aplus etiam ait. Nemo nouit q̄ ſunt dei niſi ſpiri

tus dei. qui ſolus ſcrutatur oīa
etiā ꝓfunda dei. Hiis alijſq; plu
ribus rationibus ꝛ autoritatibꝰ
nituntur qui animam xp̄i aſſe-
runt nec parē cū deo habere ſcīe
tia. nec omnia ſcire q̄ deus ſcit.
Quia ſi oīa ſcit q̄ deus. Scit er
go creare mūdum. ſcit etiam cre
are ſeipām.

Reſponſio queſtionis def-finitiuam cōtinēs ſñiam.

¶ Quibus reſpōdentes dicimꝰ
aīam xp̄i p ſapiētiam gratis da
tam in v̄bo dei cui vnita eſt. qđ
etiam pfecte intelligit omnia ſci
re que deꝰ ſcit. ſed nō omnia poſ
ſe que poteſt deus. nec ita clare
ꝛ pſpicue omnia capit vt deus.
ꝛ ideo non equatur creatori ſuo
in ſcientia. Et ſi omnia ſciat que
ꝛ ipſe. nec eſt eius ſapientia equa
lis ſapientia dei. quia ſi illa mul
to eſt dignior. digni vſq; ꝛ per
fectius oīa capit q̄ꝫ illius aīme
ſapientia ergo ꝛ in ſcientia ma-
iorem hꝫ ſufficientiam deus q̄ꝫ
anima illa q̄ dignior eſt oī crea-
tura. Illud v̄o apoſtoli quod i
ducit Nemo nouit q̄ dei ſunt:
niſi ſpiritꝰ dei qui ſolus ſcrutat
omnia ꝓ nobis facit. Hoc eīm
addidit apl'us. nos aūt ſpiritū
dei habemꝰ vt per ſpūm dei quē
habebat ꝓfunda ſcire oſtende-
ret. Sed anima illa p̄ omnibus
ſpūm dei habuit cui ſpūs nō eſt
datus ad menſuram vt ait Jo-
hānes euangeliſta. Dona ergo
ſpūſſancti ſine menſura habuit.
ergo ꝛ ſapientiam. Omnia ergo
ſciuit aīa illa. Si eīm quedam ſci
uit q̄dā nō. nō ſine menſura ſciē
tiam habuit Sed ſine menſura
ſcientiam habuit. Scit ergo om
nia. Fulgentius etiam in ſermo
ne quodam multa inducit qui-
bus aſſerit animam illam rerum
omnium ſcientiam habere vtēs
autoritate apoſtoli dicētis. In
quo ſunt omnes theſauri ſapien
tie ꝛ ſcientie abſcōditi. Qđ etiā
ratiōe poteſt probari ſic. Nihil
ſcit aliquis quod eius aīa igno-
rat. Sed Chriſtꝰ ſcđm oīm cō-
ceſſionem omnia ſcit: ergo aīa
eius omnia ſcit. Ad id vero qđ
dicunt ſi oīa ſcit: ergo ſcit creare
mundum vel ſeipām. Reſpon-
demus q̄ ſcientiam habet mun
dū creandi: ſed non potentiam
creandi animā: ꝛ ſcit quomō de
us ſe ipm̄ creauit: habet ergo ſci
entiam ſui create. ſed non ſui cre
ande: qꝛ nō eſt creāda ſꝫ creata.

Quare deus nō dedit ei potentiam oīm ꝛ ſcientiam.

❡ Si vero queritur quare deus non dederit ei potentiam faciendi oia vt ſciam? Reſpõderi poteſt: qꝛ naturaliter capax eſt ſciẽtie. ⁊ ideo id congrue ei datũ eſt ſine menſura: cuius ipſa naturaliter capax eſt. Nõ aũt ei datum poſſe omnia facere que deus facit: ne oipotens ⁊ per hoc deus putaret. Veruntñ forte nec potentiam faciendi oia ei deus preſtare potuit: ⁊ ſi potentiam faciẽdi aliqua que non facere poteſt. Scit ergo aĩa xp̄i omnia q̄ deus ſcit in verbo dei: quod liquidius ⁊ preſentius omni creatura contẽplatur vt ei vnita: in quo etiã angeli ⁊ que dei ſunt ⁊ que futura ſunt cognoſcunt.

Quomodo intelligẽda ſint quedã verba Ambroſij ſuper Lucam.

❡ Sed ſi illa anima non habet tantam potentiã: quantã ⁊ de⁹. nec homo aſſumptus tantã potentiam q̃tam ⁊ deus: quomõ ergo intelligitur illud Ambroſij ſup Lucam vbi angelus de naſcituro filio virginis ait. Hic erit magnus ⁊ filius altiſſimi vocabitur. Non ideo inquid erit magnus: ꝙ ante partũ virginis magnus nõ fuerit: ſed qꝛ potentiã quam dei filius: naturaliter habet hõ erat ex tpe acceptur⁹. vt vna ſit perſona hõ ⁊ deus. Ecce aperte dicit ꝙ homo erat accepturus ex tempore potentiã: quã dei fili⁹ habuit naturaliter. Sed ſi homo accepturus erat illã potentiam: ergo vel perſona vl' natura hominis. Sed perſona nõ qꝛ ſemper habuit ⁊ habet: ergo natura. Si natura: ergo anima. Nam de carne conſtat ꝙ accipere non poſſet. Ad quod dicim⁹ illud eſſe accipiendum de perſonã: ſed non inq̃tum eſt dei. imo inq̃tũ eſt pſona hominis. Una eſt em̃ perſona dei ⁊ hois. ⁊ filij dei ⁊ filij hois. Que inq̃tuʒ dei perſona eſt: ſemper ⁊ naturaliter omnipotentiam habuit: ſcʒ inq̃tum eſt hois: nõ ſemper fuit. Illa ergo perſona que ſemper fuerat dei. futura erat hominis perſona: ⁊ ſcd̃m hoc ꝙ futura erat homis perſona: acceptura erat ex tempore potentiam quam naturaliter eſt ſemp habuerat inq̃tum dei perſona. Scd̃m hãc diſtinctionem illud ⁊ ſimilia ſane poſſunt accipi. Que diſtinctio ĩ pluribꝰ queſtionũ articulis eſt neceſſaria aduerſus quorũdam perplexam verboſitatem. Sed cum de re rebus conſtat: ĩ verbis fruſtra habetur controuerſia.

Circadecimā quartā diſti. q̄ritur primo an aīa xp̄i ab inſtanti ſuę creatiōis cōp̄hēdit verbū ſiue diuinā eſſentiā. Pro huius difficultatis intelligentia eſt notandū q̄ cōprehendere i ſacra pagina duob⁹ modis accipitur vno mō vt tm̄ valet ſicut intuitiue cognoſcere: ⁊ iſto mō quilibet beatus cōprehendit verbū ⁊ ideo beati dicuntur cōprehenſores ⁊ ſaluator nr̄ vocabatur viator ⁊ cōprehenſor iuxta illud Apoſtoli ad Philipp. 3. ſequor ſi quomō cōprehendā aliomō accipitur cōprehēdere vt tantū valet ſicut cognoſcere tā perfecte obiectu ſicut ē cognoſcibile. Et iſto mō dn̄s deus a nullo intellectu creatō poteſt cōprehendi iuxta illud Hieremię. 32. capi. O fortiſſime magnę potentię dn̄s exercituū nomen tuū magnus conſilio ⁊ incōprehenſibilis cogitatu diuus Bernardus addit tertiū modū. ſ. q̄ſi bonus xp̄ian⁹ vnitur deo per charitatē: ſ; iſte modus nō eſt in vſu. Iſto notato r̄ndetur ad. q. per duas ꝯcluſiones. quarū prima eſt iſta. Aīa xp̄i ab inſtanti ſuę creationis cōprehendit verbū diuinū ſiue eſſentiā diuinā primo mō. Iſta ꝯcluſio probatur aīa xp̄i a primo inſtanti ſuę creationis vidit verbū diuinū ⁊ eſſentiā diuinā clarius ꝙ aliquis angelus: ergo aīa xp̄i cōprehendit verbū diuinū ⁊ eſſentiā diuinā primo modo. Secunda concluſio eſt hęc anima xp̄i non poteſt cōprehendere verbū ſiue eſſentiam diuinā ſecundo modo. Iſta concluſio probatur quantumcunq̄ anima xp̄i cognoſcat perfecte verbū poteſt ipſum verbū perfecti⁹ cognoſci. immo realiter iam perfectius cognoſcitur a ſeipſo: ⁊ a patre ⁊ a ſpūſancto: ergo aīa xp̄i nequit cōprehendere ſecundo modo verbū diuinū ſiue eſſentiam diuinam.

¶ Contra primā concluſionē arguitur ſi anima xp̄i vidit verbum diuinū in primo inſtanti ſuę creationis vel vidit mediante lumine glorię vel non nullū iſtoꝝ eſt dicendū: ergo q̄ non poſſit dari primū patet aīa xp̄i erat vnita diuinitati: ergo nō indigebat tali lumine glorię q̄ non poſſit dari ſcd̄; patet aīa xp̄i eſt eiuſdem ſpeciei cū aīa noſtra. ⁊ aīa noſtra indiget lumine glorię. ergo anima xp̄i indiget lumine glorię ad vidēdū deū. Ad hoc argumētū r̄ndet negādo minorē: ⁊ ad probationē dat p̄mū ⁊ negat ꝯñia. Cōtra iſtā ſolutionē argr̄ ſi tale lumen glię reqreret maxime reqreret tāq̄ preuia diſpoſitio diſponens ipſam aīam ad dei viſionē: ſed hoc non eſt dicendū: ergo ſolutio nulla minor probatur: ſequeretur q̄ eſſet proceſſus in infinitum ꝯñs eſt abſurdū: ergo ſequela probatur ad ſuſceptionē viſionis diuinę requiritur lumen glorię. Et ad ſuſceptionē luminis glię reqrit vna alia qualitas tanq̄ preuia diſpoſitio: ⁊ ad ſuſceptionē illius vna alia ⁊ ſic ꝯſiter: ergo eſt proceſſus in infinitū minor probatur. Ad ſuſceptio-

nẽ viſionis diuinę reqritur ꝑuia diſ
poſitio. ergo ad ſuſceptionẽ lũinis
glię reqritur preuia diſpoſitio ꝯña
tenet: q: non videt maior rõ de vno
ꝙ de alio. Ad hanc replicã rñdetur
negando minorẽ: ⁊ ad probationẽ
negatur ſeqla: ⁊ ad ꝓbationẽ nega-
tur minor: ⁊ ad probationẽ negatur
ꝯña: ⁊ ad probationẽ nego ꝙ non ſit
maior rõ de vno ꝙ de alio: ⁊ dico ꝙ
diſcrimen eſt: q: viſio dei eſt quali-
tas longe perfectior ꝙ ſit lumẽ glię
Nimirũ: ergo ſi requirat preuiã diſ-
poſitionẽ dato ꝙ lumen glorię nõ re
quirat eã. Contra iſtã ſolutionẽ ar-
guitur duabus autoritatibꝰ pma ha
betur. Exod. 33. Ubi dicit deꝰ Moy
ſi non videbit me hõ ⁊ viuet. Scđa
habetur Joã. 1. cap. ſ. deũ nemo vi
dit vnꝙ: ergo non eſt poſſibile ꝙ aĩa
xp̃i in primo inſtanti ſuę creationis
viderit deũ. Ad has duas autorita-
tes rñdetur ꝙ intelligũtur de puro
viatore ⁊ ꝑmanente. Nã in tranſitu
Aureliꝰ auguſt. concedit Moyſem
vidiſſe deũ: ſimilr ⁊ Paulũ. mõ ſal
uator noſter non ſolũ erat viator: ſ
cõprehenſor. Cõtra iſtã ſolutionem
arguitur ille qui eſt in tenebris nul-
lo modo põt videri: ſed deꝰ eſt in te
nebris: ergo deus nõ põt videri mi
nor probatur authoritate pſalmiſte
pſalmo decimoſeptimo dicẽtis de
deo. Qui poſuit tenebras latibulũ
ſuum. Ad hanc replicam reſponde
tur negando minorem. Et ad pro-
bationem dico: quod lux dei eſt in-
acceſſebilis: ⁊ ideo talis lux eſt tene
brę reſpectu animarum noſtrarum
niſi animę noſtrę diſponãtur per lu-
men glorię.

¶ Queritur ſecundo circa eam
dem diſtin. an aĩa xp̃i eadẽ cognitio
ne: qua cognoſcat verbum cognoſcit
creaturas. Ad hãc difficultatẽ rñdet
doctor Bonauentura affirmatiue.

¶ Contra quã rñſionẽ argr̃ ſic
ſequeretur ꝙ impoſſibile eſſet vide
re verbũ quin viderentur oẽs crea-
turę: ꝯñs eſt abſurdũ: ergo ⁊ opinio
ſequela probatur mediante viſione
qua videtur verbũ videntur aliquę
creaturę ⁊ non eſt maior: rõ de aliqui-
bus ꝙ de oĩbus cũ talis notitia oẽs
repreſentet: ergo oẽs creaturę repre
ſentãtur per talẽ viſionẽ minor pro
baṫ: talis notitia natlr repreſentat
verbũ: quod oẽs creaturas intuiti-
ue cognoſcit: ergo oẽs creaturas na
turaliter repreſentat nõ ſolũ preſen
tes: ſed etiã poſſibiles. Si dicas ꝙ
interdũ repreſentat: ⁊ interdũ non
repreſentat: tunc ſequeretur ꝙ non
eſſet notitia: ſed habitus. Inſup ꝙ
a natura teſte phõ ineſt ſemꝑ ineſt:
ergo non eſt poſſibile ꝙ mõ repre-
ſentet ſor. ⁊ non platonẽ: ⁊ poſtea re
preſentet platonẽ ⁊ non ſor.

¶ Secundo arguitur ſic ſeque
ret ꝙ talis notitia eſſet infinite per
fecta: ꝯñs eſt falſum: ergo ſeqla pro
batur repreſentare duo diſtincte eſt
aliquãte perfectionis repreſentare
4. diſtincte eſt in duplo maioris per
fectionis ⁊ repreſentare. 8. diſtincte
in quadruplo maioris perfectionis
⁊ ſic cõſequenter aſcendendo: ergo
poſtꝙ talis notitia infinitas creatu
ras diſtincte repreſentat erit infini-
te perfectionis. Si dicas ꝙ ſecun-
dario eas repreſentat ⁊ non prima-

rie eodē modo pōt deduci argumē-
tū3.ſ.repreſentare duas creaturas
diſtincte ꝛ ſecundario eſt aliquante
perfectiōis:ꝛ.4.repreſentare ſecū-
dario ꝛ diſtincte eſt in duplo maio-
ris perfectiōis:ꝛ ſic ꝯſequēter aſcē-
dendo:ergo illa notitia quę infinita
ſecundario ꝛ diſtincte rep̄ſentat erit
infinite perfectionis.

¶ Alia eſt opinio tenens partē
negatiuā. Contra quā opinionē ar-
guitur ſic: aīa beati Petri videt ver
bum diuinū: ꝛ beatā virginē diſtin-
cte: ergo poſſibile eſt ꝙ aīa xp̄i eadē
cognitione cognoſcat verbū diuinū
ꝛ creaturas aņs probatur: verbum
diuinū ꝛ beata virgo ſunt in debita
diſtantia ad hoc ꝙ oīa Petri ipſa
intueatur ꝛ nullū eſt impedimentū
ergo ambo ſimlr ꝛ diſtincte videt ani
ma diui Petri. Inſuper quādo ſal
uator noſter conuerſabatur cū Apo
ſtolis aīa diui Petri habebat noti-
tia3 intuitiuā tā xp̄i: ꝙ̄ diue virginis
ergo a fortiori in cœlo intuetur xp̄3
ꝛ eius ſanctiſ. matrē. Ad hoc argu-
mentū reſpondetur diſtinguendo:
aņs vel vnica notitia ſimplici ꝛ in-
complexa: ꝛ ſic negatur illud nec pro
batur in iſto ſenſu: vel pluribus no-
titijs aut notitia cōplexa: ꝛ ſic con-
ceditur illud: ꝛ negatur ꝯņa. Cōtra
iſtā ſolutionē arguitur. Illa notitia
quę repreſentat aīę xp̄i verbū diui-
nū repreſentat ei oēs creaturas: er-
go alma xp̄i vnica notitia cognoſcit
verbū diuinū ꝛ oēs creaturas: aņs
probatur. talis notitia ē notitia ver-
bi diuini: ꝛ verbū diuinū oēs creatu
ras repreſentat: ergo talis notitia
etiā repreſentat oēs creaturas: ꝯņa
tenet: qꝛ notitia reflexa repreſentat
illa: quę repreſentātur per directā.
Hęc replica nullā habet apparentiā
ſi teneamus ꝙ notitia reflexa nō re
preſentat illa quę repreſantantur ꝑ
directā: ſed tenendo partē affirma-
tiuam dicendū eſt ꝙ illud habet ve
rum in notitijs creatis ꝛ non in no-
titijs increatis mō verbū diuinum
eſt notitia increata. Cōtra iſtā ſolu-
tionē arguitur teſte Aurelio auguſt.
in.7.lib. de trinitate verbū diuinu3
eſt quoddā ſpeculū: ſed videns ſpe
culum videt oīa quę repreſentātur
per ſpeculū: ergo aīa diui Petri vi
dens verbū diuinū videbit oīa quę
repreſentantur per verbū diuinum.
Ad hanc replica3 rņdetur negando
ꝯņam: ꝛ rō eſt: qꝛ verbū diuinu3 eſt
ſpeculū liberꝫ. Alia vero ſunt natu-
ralia. Idcirco ſolū manifeſtat ea ꝙ̄
placet reſerare.

¶ Queritur tertio circa eamdē
diſtin. vtrū aīa xp̄i habuit ſapientiā
parē cū deo: vel an ſciuerit omnia ꝙ̄
deus ſcit. Pro huius.q. enodatiōe
eſt aduertendū ꝙ ſcientia apud oēs
doctores theologos in preſenti dif
ficultate accipit̄ large pro qualibet
cognitione. Ulterius eſt aduerten-
dum ꝙ varie volitāt opiniones doc
torū reſpondentiū ad hanc difficul-
tatē. Prima eſt opinio doctoris ſo-
lemnis. ſc3 Henrici de Gandauo: ꝛ
diui Bonauenturę tenentiū ꝙ ani-
ma Chriſti non cognoſcit actualiter
omnia quę deus cognoſcit: ſed bene
habitualiter. Ratio eorum eſt: quia
ſi cognoſceret omnia quę verbum

cognoſcit mediāte aliqua notitia talis notitia eſſet infinite perfecta qđ eſt impoſſibile ſequela ꝓbatur. noticia repreſentans aliquid diſtincte eſt aliq̄nte pfectiõis ⁊ notitia repreſentans duo obiecta diſtincte eſt in duplo maioris pfectionis ⁊ notitia repreſentans.4.obiecta diſtincte ē in quadruplo maioris perfectiõis: ⁊ ſic ꝯſiter aſcendēdo. ğ illa notitia ſi repreſentat infinita diſtincte erit infinite perfectionis. ⁊ per ꝯñs non eſt ponenda talis notitia. Sed ponendus eſt vnus habitus in aīa xp̄i per quē poterit deuenire aīa xp̄i in notitiā cuiuſlibet rei diſtincte.

¶ Contra iſtam opinionē argr̄ retorquendo argumentū de habitu illo probando ꝙ talis habitus ſit infinite pfectus. Nā habitus inclināſ ad cognoſcendū aliquod obiectū diſtincte eſt aliqualis pfectionis ⁊ habitus inclinans ad cognoſcēdū duo obiecta diſtīcte ē in duplo maioris perfectionis. ⁊ ſic ꝯſiter aſcendēdo: ergo poſtq̄ talis habit⁹ inclinat ad cognoſcendū infinita obiecta diſtincte erit infinite perfectionis. Scđa eſt opinio diui Thome in ſcđo articulo.10.q.3.partis diſtinguētis iſtā propoſitionē.ſ.aīa xp̄i ſcit oīa: quę verbū nouit: vel li oīa diſtribuit ſolum ad illa: quę ſunt fuerūt vel erūt ⁊ ſic concedit illam vel li omnia diſtribuit ad illa quę poſſunt eſſe. ⁊ ſic negat illā: ⁊ primā vocat ſcientiam viſionis: aliā vero cognitionē vocat ſcientiā ſimplicis intelligentię. ⁊ iõ ponit duas concluſiones. quaꝝ prima eſt iſta. Anima xp̄i ſcit omia quę verbū nouit ſcientia viſiõis. Scđa concluſio eſt iſta aīa xp̄i non ſcit oīa quę verbum nouit ſciētia ſimplicis intelligentię.

¶ Contra iſtā opinionē arguitur ſic tota rõ diui thomę quare aīa xp̄i non cognoſcit oīa quę verbū nouit ſcientia ſimplicis intelligētię eſt q2 alias aīa xp̄i cognoſceret infinita diſtincte: ſed hoc eſt concedendum ſcđm ipſum Thomā: ergo non debet illud negare probatur minor. nā aīa Chriſti cognoſcit infinitas partes proportionales continui diſtincte: q2 cognoſcit oēs res preſentes ſcđm ipſuȝ Thomā preteritas ⁊ futuras: ergo cognoſcit infinita. Si dicas ꝙ ipſe intelligit de entibus totalibus ⁊ non partialib⁹ deduco argumentum de inſtātibus in tēpore vel de punctis in linea vel de lineis in ſuperficie vel de ſuperficiebus in corpore. Nā oīa iſta ſunt infinita et puncta ⁊ inſtātia ſunt entia totalia. Et ſi dicas ꝙ non intelligitur de talibus accidentibus arguitur: ſic ſequeretur ꝙ aliqua eēt notitia in anima Chriſti: quę non cognoſceret diſtincte ab eadeȝ anima ꝯñs videtur abſurdū: ergo ſequela probatur. Illa no. quā habet aīa Chriſti de verbo diuino vel cognoſcit ab ipſamet anima xp̄i vel non ſi ſcđm habetur intentū ſi primū tunc cognoſcetur mediante notitia reflexa. ⁊ tūc q̄rā de illa reflexa prima: vel cognoſcitur ab eadē aīa vel non ſi ſecundum habetur intentū ſi primū quęrā de illa ſecunda reflexa. ⁊ ſic habebo ꝙ cognoſcit infinitas notitias vel de-

ueniet ad vnā noticiā que eſt in ipſa aia xpi ⁊ tamen non cognoſcitur ab ea. Preterea videt abſurdū qđ ego poſſim facere aliquid ⁊ q alma xpi nō cognoſcat illud patet de illo peccato: q ego nūq̄ feci: neq̄ facio neq̄ faciā poſſum tamen facere. Et ſi dicas q bene cognoſcit tale poſſibile diſtincte tunc ſequitur manifeſte q omnia poſſibilia cognoſcit cū non ſit maior ratio de vno poſſibili quam de alio.

¶ Tertia eſt opinio Varronis ⁊ doctoris ſubtilis tenentiū q alma Chriſti non cognoſcit oia que verbum nouit diſtincte ⁊ actualiter: ſed bene in potentia imaginatur enim q notitia. quā hꝫ aia Chriſti de verbo diuino repreſentat ꝓmarie ⁊ ꝓncipaliter verbū diuinuꝫ ſecundario vero repreſentat creaturas . ita qđ quando anima Chriſti vult cognoſcere aliquā creaturam talis notitia beatifica repreſentat ei talē creaturam quā vult cognoſcere. Ratio potiſ. iſtoꝝ doctoꝝ eſt: q2 ſi talis notitia actualiter repreſentaret omnes creaturas ac ꝓinde infinitas eſſet infinite perfectionis: ſed reuera hec ratio eſt enſis aiacis. Naꝫ poſſe repreſentare aliquid diſtincte eſt aliqualis perfectiōis ⁊ poſſe repreſentare duo obiecta diſtincte in duplo maioris perfectionis eſt. ⁊ ſic conſequēter aſcendēdo: ergo poſtq̄ talis notitia poteſt repreſentare duo obiecta diſtincte: ⁊. 4. ⁊. 8. ⁊. 16. ⁊ ſic cōſequenter aſcendendo ſequitur per eandem probationem quod eſt infinite perfectionis qđ eſt contra eos.

tum:⁊ ſic patet ꝙ iſta argumēta nō concludunt aliquid contra doctoreʒ ſubtilē. Sʒ ſunt argumenta pro doctore ſubtili contra Gullielmū ochā iudicio meo concludentia. Primuʒ argumentū eſt tale aliqñ cauſat triſtitia vbi nulla eſt nolitio. ergo neceſſario oportʒ ponere tertiū ⁊ quartum modos: aña probatur. Bonus fili° vult patrē ſuū viuere:⁊ ſi ſignificet ipſi ab aliquo bono medico ꝙ pater ſuus breui morietur tūc talis bonus filius triſtabitur: vt experiētia docet ⁊ nullā habet nolitionē: ergo aſſumptū verū minor probatur: qꝛ ex caſu ſolum habʒ volitionē qua vult patrē ſuū viuere ⁊ apprehēſionem paternę mortis: ergo nullā habet nolitionē. Si dicas ꝙ ex apprehenſione mortis paternę ⁊ volitiōe illa qua vult patrē ſuum viuere producetur in eo nolitio mortis paternę ⁊ ex tali nolitione cauſat triſtitia. Contra hoc arguitur voluntas ipi° eſt libera. Volo igitur ꝙ nihil pducat vltra volitionē qua vult patrem ſuū viuere tunc habetur ꝙ cauſabit triſtitia ſine nolitione. Si dicas qd volitio vni° obiecti eſt nolitio ſui cōtradictorij ſicut aſſenſus alicui° propoſitionis eſt diſſenſus ſuę contradictorię hoc videtur eſſe cōtra naturam: rationē:⁊ experiētiā. Nā talis bonus filius poteſt de paterna vita cogitare nullomō cogitādo de morte: ergo tunc nō erit nolitio mortis. Nam teſte Auguſtino nihil eſt volitum aut nolitū: quin prius fuerit cognitū: videtur etiā repugnare naturę ipſius notitię vl' volitionis repreſentare cōtradictorio mō. Experiētia etiā docet oppoſitū ꝙ quādo aſſentimus vni non diſſentim° alteri.

Secundo arguitur ſic ſi alicui ſignificetur aliquod infortuniuʒ magnū alicui° amici ſui: talis triſtabitur ⁊ nullā habebit nolitionē: ergo neceſſariū ē ponere. Tertiū ⁊ quartum modos. Si dicas ꝙ cū primuʒ audiet tale infortuniū amici ſui producet nolle reſpectu talis infortunij ⁊ ex tali nolitione gñabitur triſtitia. Contra hoc arguitur voluntas talis eſt libera ⁊ non neceſſitatur producere nolle reſpectu talis infortunij. ergo poteſt ſuſpendere volūtas talis oēm actū ſuū: quo dato triſtabitur ſine aliquo nolle: ergo poſſibile eſt triſtari ſine aliqua nolitione: ⁊ per ꝯñs neceſſariū eſt ponere tertiū ⁊ quartū modos. Jā arguitur cōtra ambas opiniones beati non triſtantur: ⁊ nōlūt ſe peccaſſe: ⁊ cognoſcūt clare peccata quę cōmiſerunt. ergo primi duo modi ſunt nulli. Ad hoc argumentū rñdetur negando ꝯñaʒ ⁊ rō eſt: qꝛ eſt impedimentum. Naʒ magnū gaudiū beatoꝝ impedit ne producatur in eis triſtitia ex tali nolitione ⁊ apprehenſione peccatoꝝ.

Scdo arguitur ſic poſt tres vel quattuor annos bonus filius nō triſtatur amplius de morte paterna ⁊ habet nolitionē reſpectu illius: ⁊ apprehenſionē mortis: ergo primi duo modi non valent. Ad hoc argumentum negatur ꝯña: rō eſt: qꝛ ſunt multa impedimenta. Nā poſt. 3. vl' 4. annos bonus filius conſiderat ꝙ

placet dño deo: ꝛ própter ſuũ dolo-
rem non ſuſcitabitur amplíꝰ pater
ſuus niſi in die iudicij. Conſiderat
inſuper ꝙ pater ſuus etiaȝ debebat
mori vna alia die qñ illa die nõ fuiſ
ſet mortuus. Nã teſte Paulo ſtatu
tum eſt hoíbꝰ ſemel mori: preterea
nolitio mortis ẽ multũ remiſſa poſ-
ſunt etiã eſſe alique cauſe letície vel
ratione proſperitatis tp̃alis vel ſpi
ritualis. ideo nimiꝝ ſi non triſtetur
poſt. 5. vel. 4. annos. Circa iſtã que
ſtionẽ dubitatur primo quid dicẽdũ
eſt ad autoritatẽ. Auguſt. allegatã.
Nã Aureliꝰ augu. dic̃. ꝙ ex nolitiõe
cauſatur triſtitia ꝛ non ponit tertiũ
ꝛ quartũ modos. Ad hoc rñdetur ꝙ
Augu. intelligit regulariter ꝛ vt in
pluribus ꝛ non inconuenit ꝙ inter-
dum cauſetur triſtitia ſine nolitione
Dubitatur ſecundo vtrũ poſſit eſſe
triſtitia licita in portione ſuperiore
aĩe ſtricte. Ad hoc dubiũ rñdetur cõ
muniter negatiue. Sed ɔtra hãc re
ſpõſionẽ argr̃ poſſibile eſt aĩam xp̃i
habuiſſe triſtitiã ſm portionẽ ſupe-
riorem ſtricte licite: ergo rñſio nulla
aĩs probatur aĩa xp̃i ſm portioneȝ
ſuperiorẽ nolebat dei patris offen-
ſionem. ꝛ ſciebat clare talẽ offenſio-
nem futurã: ergo ex tali nolitione: ꝛ
apprehenſione cauſabatur triſtitia
in aĩa xp̃i ſm portionẽ ſuperiorẽ ſtri
cte. Propter hoc argumentũ dicen
dum eſt ꝙ portio ſuperior eſt qñ de
nullo alio cogitatur aut conſiderat
niſi de dño deo. at qñ cõſideratur de
offenſione dei. iam de aliquo alio cõ-
ſideratur a deo. ſ. de peccatis. Id-
circo iam non eſt talis portio aĩe ſu-
perior ſtricte. Iſtis notatis rñdetur
ad queſtionẽ per duodecim cõcluſio
nes ſm mentẽ dñi Alexãdri de ales
diui Thome: diui Bonauenture: ꝛ
doctoris ſubtilis: quaꝝ prima ẽ iſta
In potentia ſenſitiua aĩe xp̃i fuit ve
rꝰ dolor ꝛ ſenſibilis pœna. Iſta cõ-
cluſio probaẗ authoritate yſaie pro-
phete. 53. cap. dicẽtis de xp̃o. Uere
languores noſtros ipſe tulit ꝛ dolo
res noſtros ipſe portauit probatur
etiã rõne ſenſui chriſti applicabatur
obiectũ diſconueniens ſiue nociuũ:
ſiue leſiuũ: ꝛ ſenſus xp̃i erat ꝑfecte
perceptiuus: ꝛ non redũdabat glo-
ria aĩe in corpus xp̃i: ergo ꝑfecte ſen
tiebat tales dolores: ꝛ pœnalitates
potentia ſenſitiua xp̃i. Scđa cõclu
ſio eſt iſta in potentia ſenſitiua aĩe
xp̃i ſolũ fuit dolor de proprij corpo
ris leſione. Iſta concluſio patet: qꝛ
ſenſus ſolũ percipit talia ꝛ non per
cipit peccata alioꝝ hoím. Tertia cõ
cluſio eſt iſta voluntas aĩe xp̃i vt na
tura. ſimiliter vt ſenſui cõiuncta de
eiſdẽ triſtabatur: de quibꝰ dolebat
potentia ſenſitiua. Iſta cõcluſio pa
tet ex notabilibus. Quarta conclu-
ſio eſt iſta aĩa xp̃i nõ habuit triſtitiã
vel dolorẽ de paſſione aut carentia
viſionis diuine ſcđm portionẽ ſupe
riorẽ ſtricte. Prima pars huius cõ
cluſionis patet: qꝛ aĩa xp̃i ſcđm por
tionẽ ſuperiorẽ ſolũ contẽplabatur
diuina ꝛ nihil aliud: ergo non triſta
batur ſcđm illã portionẽ de paſſiõe
ſui corporis. Secunda pars patet:
qꝛ aĩa xp̃i ſcđm portionẽ illam ſupe
riorem ſemper fuit beata a ṗmo in-
ſtanti ſue creationis. Quinta cõclu-
ſio eſt iſta aĩa xp̃i nõ habuit triſtitiã
de paſſione ſui corporis aut mẽbro

rum ſequentē nolitionē abſolutā ſe
cūdū portionē ſuperiorē large. Jſta
concluſio probatur aīa xp̄i ſcd̄m ta-
lē portionē ſuperiorē large volebat
abſolute paſſionē ſui corpis: ⁊ ſuoꝝ
mēbrorū: ꝗ non habebat nolitioēm
abſolutā reſpectu paſſiōis ſui corpis
⁊ ſuoꝝ membroꝝ: ⁊ per ꝯñs conclu
ſio vera. Sexta concluſio eſt iſta vo
luntas aīe xp̄i ſcd̄m portionē ſupe-
riorem large triſtitiā habuit de pec
catis hominū chriſtianoꝝ: ⁊ ingrati
tudine iudeoꝝ ſequentē nolitionē
eoꝝ abſolutā. Jſta concluſio proba
tur anima xp̄i habebat nolle abſo-
lutū reſpectu peccatoꝝ tam chriſtia
norū quā iudeoꝝ: ⁊ ſciebat talia pec
cata euētura: ergo triſtabatur de ta
libus. Septima cōcluſio eſt iſta ani
ma xp̄i ſecundū portionē ſuperiorē
large paſſa eſt triſtitiam de pœnis
aut paſſionibus ſui corporis ſequē-
tem nolitionē conditionatam. Jſta
concluſio probatur aīa xp̄i ſecundū
portionē ſuperiorem large nolebat
pati tormenta ſi deo patri placuiſ-
ſet: ⁊ videbat clare in verbo diuino
ꝙ erat paſſura mortē atꝙ tormenta
ergo triſtabatur. Octaua concluſio
eſt iſta aīa Chriſti ſecūdū portionē
inferiorē de eiſdē triſtata eſt de qui-
bus ſuperior portio paſſa eſt triſti-
tiam per nolle conditionatū. Jſta
concluſio probatur anima chriſti ſe
cundū portionē inferiorē habebat.
idem nolle conditionatū quod habe
bat ſecundū portionē ſuperiorē lar-
ge: ergo de eiſdē triſtabatur de qui-
bus portio ſuperior large paſſa eſt
triſticiā. Nona concluſio eſt iſta ani
ma Chriſti vt libera non eſt contri-
ſtata de paſſione per nolitionem ab
ſolutam. Jſta concluſio ꝓbatur ani
ma Chriſti: vt libera habuit volitio
nem abſolutam reſpectu paſſionis:
ergo vt libera non habuit nolitionē
abſolutā: ⁊ per conſequens non tri-
ſtata eſt per nolitionem abſolutā.
Decima concluſio quā non aſſero ſꝫ
diſputatiue pono eſt iſta paſſio ani
mę Chriſti fuit minor ꝙ̄ paſſio ani-
marum exiſtentium in purgatorio.
Jſta concluſio patet expreſſa auto-
ritate Aurelij Auguſt. in .25. d. cap.
qui in aliud. Undecima concluſio
quā non aſſero: ſed diſputatiue po-
no eſt iſta paſſio aīmę chriſti fuit mi
nor ꝙ̄ paſſio demonū aut animarū
damnatoꝝ. Hęc cōcluſio probatur
Paſſio demonū aut animaꝝ dam-
natoꝝ eſt maior ꝙ̄ paſſio animarū
exiſtentium in purgatorio: ergo per
locum a fortiori ⁊ maiori paſſio ani
mę Chriſti eſt minor ꝙ̄ paſſio ani-
marum damnatarum aut demonū.
Duodecima concluſio ⁊ vltima eſt
iſta paſſio animę Chriſti maior fuit
intenſiue ⁊ extēſiue omi pœna quo-
rumcunꝙ hominum experta in hac
vita. iſta concluſio probatur expreſ
ſa autoritate. Hieremię threnorū
primo ca. dicentis. Jn perſona chri
ſti. O vos omnes qui tranſitis per
viam: attendite. ⁊c. ideſt nullus eſt
ſimilis nec adeo magnus. Proba-
tur etiā ratione. Chriſtus habebat
tenerrimā carnem: complexionem
delicatiſſimā: ⁊ paſſ⁹ eſt in locis do-
loriſſimis ⁊ a viliſſimis miniſtris
in loco viliſſimo: et habebat nolle
abſolutum reſpectu omniū peccato
rum a principio quę fuerūt vſꝙ ad

placet dño deo: et propter ſuũ dolorem non ſuſcitabitur amplius pater ſuus niſi in die iudicij. Conſiderat inſuper ꝙ pater ſuus etiã debebat mori vna alia die qñ illa die nõ fuiſſet mortuus. Nã teſte Paulo ſtatutum eſt hoib⁹ ſemel mori: preterea nolitio mortis ẽ multũ remiſſa poſſunt etiã eſſe alique cauſe leticie vel ratione proſperitatis tpalis vel ſpiritualis. ideo nimiꝝ ſi non triſtetur poſt. 5. vel. 4. annos. Circa iſtã queſtionẽ dubitatur primo quid dicẽdũ eſt ad autoritatẽ. Auguſt. allegatã. Nã Aureli⁹ augu. dic. ꝙ ex nolitiõe cauſatur triſtitia et non ponit tertiũ et quartũ modos. Ad hoc rñdetur ꝙ Augu. intelligit regulariter et vt in pluribus et non inconuenit ꝙ interdum cauſetur triſtitia ſine nolitione Dubitatur ſecundo vtrũ poſſit eſſe triſtitia licita in portione ſuperiore aie ſtricte. Ad hoc dubiũ rñdetur cõmuniter negatiue. Sed ↄtra hãc reſpõſionẽ argr̃ poſſibile eſt aĩam xp̃i habuiſſe triſtitiã ſm portionẽ ſuperiorem ſtricte licite: ergo rñſio nulla aĩs probatur aĩa xp̃i ſm portionẽ ſuperiorẽ nolebat dei patris offenſionem. et ſciebat clare talẽ offenſionem futurã: ergo ex tali nolitione: et apprehenſione cauſabatur triſtitia in aĩa xp̃i ſm portionẽ ſuperiorẽ ſtricte. Propter hoc argumentũ dicendum eſt ꝙ portio ſuperior eſt qñ de nullo alio cogitatur aut conſideratur niſi de dño deo. at qñ cõſideratur de offenſione dei. iam de aliquo alio cõſideratur a deo. ſ. de peccatis. Idcirco iam non eſt talis portio aĩe ſuperior ſtricte. Iſtis notatis rñdetur ad queſtionẽ per duodecim cõcluſiones ſm mentẽ dñi Alexãdri de ales diui Thome: diui Bonauenture: et doctoris ſubtilis: quaꝝ prima ẽ iſta In potentia ſenſitiua aĩe xp̃i fuit vere r⁹ dolor et ſenſibilis pena. Iſta cõcluſio probaẽ authoritate yſaie prophete. 53. cap. dicẽtis de xp̃o. Uere languores noſtros ipſe tulit et dolores noſtros ipſe portauit probatur etiã rõne ſenſui chriſti applicabatur obiectũ diſconueniens ſiue nociuũ: ſiue leſiuũ: et ſenſus xp̃i erat pfecte perceptiuus: et non redũdabat gloria aĩe in corpus xp̃i: ergo pfecte ſentiebat tales dolores: et penalitates potentia ſenſitiua xp̃i. Scda cõcluſiõ eſt iſta in potentia ſenſitiua aĩe xp̃i ſolũ fuit dolor de proprij corporis leſione. Iſta concluſio patet: qr ſenſus ſolũ percipit talia et non percipit peccata alioꝝ hoim. Tertia cõcluſio eſt iſta voluntas aĩe xp̃i vt natura. ſimiliter vt ſenſui cõiuncta de eiſdẽ triſtabatur: de quib⁹ dolebat potentia ſenſitiua. Iſta cõcluſio patet ex notabilibus. Quarta concluſio eſt iſta aĩa xp̃i nõ habuit triſtitiã vel dolorẽ de paſſione aut carentia viſionis diuine ſcdm portionẽ ſuperiorẽ ſtricte. Prima pars huius cõcluſionis patet: qr aĩa xp̃i ſcdm portionẽ ſuperiorẽ ſolũ cõtẽplabatur diuina et nihil aliud: ergo non triſtabatur ſcdm illã portionẽ de paſſiõe ſui corporis. Secunda pars patet: qr aĩa xp̃i ſcdm portionẽ illam ſuperiorem ſemper fuit beata a pmo inſtanti ſue creationis. Quinta cõcluſio eſt iſta aĩa xp̃i nõ habuit triſtitiã de paſſione ſui corporis aut mẽbro

rum ſequentē nolitionē abſolutā ſe
cūdū portionē ſuperiorē large. Iſta
concluſio probatur aīa xpi ſcdm ta
lē portionē ſuperiorē large volebat
abſolute paſſionē ſui corpis: ⁊ ſuoꝝ
mēbrorū: ḡ non habebat nolitiōem
abſolutā reſpectu paſſiōis ſui corpis
⁊ ſuoꝝ membroꝝ: ⁊ per ꝯñs conclu
ſio vera. Sexta concluſio eſt iſta vo
luntas aīe xpi ſcdm portionē ſupe
riorem large triſtitiā habuit de pec
catis hominū chriſtianoꝝ: ⁊ ingrati
tudine iudeoꝝ ſequentē nolitionē
eoꝝ abſolutā. Iſta concluſio proba
tur anima xpi habebat nolle abſo
lutū reſpectu peccatoꝝ tam chriſtia
norū quā iudeoꝝ: ⁊ ſciebat talia pec
cata euentura: ergo triſtabatur de ta
libus. Septima cōcluſio eſt iſta ani
ma xpi ſecundū portionē ſuperiorē
large paſſa eſt triſtitiam de pœnis
aut paſſionibus ſui corporis ſequē
tem nolitionē conditionatam. Iſta
concluſio probatur aīa xpi ſecundū
portionē ſuperiorem large nolebat
pati tormenta ſi deo patri placuiſ
ſet: ⁊ videbat clare in verbo diuino
ꝙ erat paſſura mortē atqꝫ tormenta
ergo triſtabatur. Octaua concluſio
eſt iſta aīa Chriſti ſecūdū portionē
inferiorē de eiſdē triſtata eſt de qui
bus ſuperior portio paſſa eſt triſti
tiam per nolle conditionatū. Iſta
concluſio probatur anima chriſti ſe
cundū portionē inferiorē habebat
idem nolle conditionatū quod habe
bat ſecundū portionē ſuperiorē lar
ge: ergo de eiſdē triſtabatur de qui
bus portio ſuperior large paſſa eſt
triſticiā. Nona concluſio eſt iſta ani
ma Chriſti vt libera non eſt contri
ſtata de paſſione per nolitionem ab
ſolutam. Iſta concluſio ꝓbatur ani
ma Chriſti: vt libera habuit volitio
nem abſolutam reſpectu paſſionis:
ergo vt libera non habuit nolitionē
abſolutā: ⁊ per conſequens non tri
ſtata eſt per nolitionem abſolutā.
Decima concluſio quā non aſſero ſꝫ
diſputatiue pono eſt iſta paſſio ani
mę Chriſti fuit minor ꝙ̃ paſſio ani
marum exiſtentium in purgatorio.
Iſta concluſio patet expreſſa auto
ritate Aurelij Auguſt. in. 25. d. cap.
qui in aliud. Undecima concluſio
quā non aſſero: ſed diſputatiue po
no eſt iſta paſſio aīme chriſti fuit mi
nor ꝙ̃ paſſio demonū aut animarū
damnatoꝝ. Hęc cōcluſio probatur
Paſſio demonū aut animaꝝ dam
natoꝝ eſt maior ꝙ̃ paſſio animarū
exiſtentium in purgatorio: ergo per
locum a fortiori ⁊ maiori paſſio ani
mę Chriſti eſt minor ꝙ̃ paſſio ani
marum damnatarum aut demonū.
Duodecima concluſio ⁊ vltima eſt
iſta paſſio animę Chriſti maior fuit
intenſiue ⁊ extēſiue omī pœna quo
rumcunqꝫ hominum experta in hac
vita. iſta concluſio probatur expreſ
ſa autoritate. Hieremię threnorū
primo ca. dicentis. In perſona chri
ſti. O vos omnes qui tranſitis per
viam: attendite. ⁊c. id eſt nullus eſt
ſimilis nec adeo magnus. Proba
tur etiā ratione. Chriſtus habebat
tenerrimā carnem: complexionem
delicatiſſimā: ⁊ paſſ⁹ eſt in locis do
loriſſimis ⁊ a viliſſimis miniſtris
in loco viliſſimo: et habebat nolle
abſolutum reſpectu omniū peccato
rum a principio quę fuerūt vſqꝫ ad

finem : ergo nullus eſt aut fuit : aut erit doloꝛ adeo magnus ſicut doloꝛ Chꝛiſti. Poteſt etiam pꝛobari pꝛopter .4. genera cauſarum: ſcilicȝ pꝛopter cauſam efficientem: foꝛmalem finalem: ⁊ materialem: vt patet intelligenti. Pꝛopter cauſam efficiẽtem patet: quia paſſus eſt a ſuis ſubditis ⁊ ſeruis : ⁊ familiari pꝛoditore iuda: quibus multa bona contulerat pꝛopter cauſam materialem patet: quia in materia delicatiſſima ⁊ neruoſa que maxime eſt doloꝛoſa pꝛopter cauſam foꝛmalem patet: qꝛ habebat pꝛo obiecto peccata oĩum hominum: qui ſunt: fuerunt: ⁊ erunt pꝛopter cauſam finalem patet: quia ſciebat paucis pꝛofuturam ſuã paſſionem ſanctiſſimam.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguitur. ſic ſequeretur quod anima Chꝛiſti in pꝛimo inſtanti ſue creationis habuiſſet tantam triſtitiam ſicut in cruce. Jmmo continuo habuiſſet maximam triſtitiam: conſequens eſt falſum : ergo concluſio nulla : ſequela pꝛobatur in pꝛimo inſtanti ſue creationis anima chꝛiſti habebat nolle abſolutum reſpectu omnium peccatoꝛum ⁊ nolle conditionatuȝ reſpectu moꝛtis ⁊ videbat clare in verbo diuino omnia peccata futura ⁊ moꝛtem ſuam venturã: ergo in pꝛimo inſtanti ſue creatiõis ⁊ continuo tantam habuit triſtitiaȝ ſicut in cruce. Ad hoc argumentum reſpondetur negando ſequelam: et ad pꝛobationem negatur conſequẽtia ⁊ ſi pꝛobes: quia ille cauſe pꝛoducebant triſtitiam in cruce: ergo eedẽ cauſe pꝛoducebant in pꝛimo inſtanti ſue creationis triſtitiam: negatur etiam cõſequentia: ⁊ ratio eſt : quia in pꝛimo inſtanti ſue creationis gaudium viſionis diuine pducebat gaudium ⁊ impediebat pꝛoductionem talis triſtitie : ⁊ non impediebat in cruce. ideo clamauit ſaluatoꝛ noſter Eli eli lama azaftani. ideſt. Deus deus meus quare me dereliquiſti? Nam tunc diuinitas non impediebat cauſas pductiuas triſtitie ⁊ doloꝛum. Contra iſtam ſolutioneȝ arguitur: ſequeretur quod poſt inſtãs moꝛtis Chꝛiſti adhuc fuiſſet talis triſtitia in anima Chꝛiſti: cõſequẽs eſt falſum ⁊ abſurdum. ergo ſequela pꝛobatur ante moꝛtem erat talis triſtitia ⁊ poſt moꝛtem erãt cauſe cõſeruatiue talis triſtitie: ergo poſt moꝛtem adhuc erat talis triſtitia in anima Chꝛiſti. Ad hanc replicã reſpondetur negando ſequelã: ⁊ ad pꝛobationem negatur ꝯña : ⁊ ratio eſt : qꝛ tunc poſt moꝛtẽ gaudiũ ſummũ qḋ habebat aĩa Chꝛiſti deſtruxit omnẽ illam triſtitiã. Nam tunc dñs deus non amplius impediebat actiuitatẽ ſummi gaudij : ⁊ teſte pħo noſtro ſummũ gaudiũ expellit oẽȝ triſtitiã

¶ Cõtra ſeptimã cõcluſionem arguit ſic aĩa xpĩ ſcḋm poꝛtionẽ ſuperioꝛem large ſumptã volebat abſolute moꝛi pꝛopter deum ⁊ ſciebat ſic euenturum: ergo gaudebat: ⁊ per ꝯñs non triſtabatur. vltima conſequẽtia pꝛobatur : qꝛ alias habuiſſet gaudiũ ⁊ triſtitiã de eodeȝ obiecto. Ad hoc argumẽtũ rñdetur negãdo vltimam ꝯñam. Nam triſtitia erat

reſpectu nolitionis conditionatę: ⁊
gaudiū reſpectu volitionis mortis
libere ⁊ abſolute ⁊ non inconuenit
gaudiū ⁊ triſtitiā reſpectu diuerſoꝝ
eſſe in eadē aīa: imo bonus xpicola
teſte diuo Auguſt. de pctis dolet: ⁊
de dolore gaudet. Contra iſtā ſolu-
tionem arguitur nūq̄ nolitio cōdi-
tionata cauſat triſtitiā qñ conditio
eſt volita: ſed xps nolebat euadere
mortē abſolute ⁊ libere ergo nō tri-
ſtabatur. Ad hoc rñdetur ꝙ quāuis
cōditio erat volita libere ab aīa xpi:
tñ naturaliter erat nolita ⁊ hoc ſuffi
cit ad productionem triſtitię.

¶ Contra vltimam cōcluſionē
arguitur ſic paſſio diui Laurētij vel
diui Uincentij fuit maior q̄ paſſio
chriſti ergo vltia ꝯcluſio falſa: aſſ
probatur diuus vincentius ⁊ diuus
Laurēti⁹ paſſi ſunt ab igni ⁊ ignis
eſt magis aflictiuus q̄ claui ferrei:
ergo maior fuit paſſio ſanctoꝝ mar
tyrum Laurēti ⁊ vincētij q̄ paſſio
chriſti. Ad hoc argumentū rñdetur
negādo aſſ ⁊ ad probationē negaꝛ
ꝯña. rō eſt: qꝛ licet reſpectu eiuſdez
obiecti ſit magis afflictiuus ignis
q̄ claui: non tñ oportet ꝙ ignis ma
gis afflixerit diuos martyres Lau
rentiū ⁊ vincētiū q̄ claui afflixerūt
xpm. Ratio eſt multiplex. Prima
eſt qꝛ chriſtus habebat carnē tener-
rimā. Scda eſt: qꝛ chriſtus habebat
cōplexionem magis delicatā. Ter-
tia eſt: qꝛ virtus diuina nō iuuabat
hūanitatez chriſti: ideo clamauit in
cruce ſaluator nr̄. Heli heli ⁊c. Mul
tę erant etiā alię cauſę affligentes
humanitatē chriſti: q̄ nō affligebāt
pręfatos Martyres: ⁊ regulariter
virtus diuina ſemper iuuabat mar
tyres ī ſuis martyrijs. Itaq̄ inter-
dum nullū dolorem aut triſtitiā pa
tiebātur in tormētis. Immo poti⁹
ridebant ⁊ gaudebāt ⁊ erant triſtes
quando deponebātur ⁊ dicebant ꝙ
nunq̄ melius fuerāt q̄ in tormētis
propter refrigerium quod ſaluator
noſter ipſis impēdebat. Cōtra iſtā
ſolutionē arguiꝛ ſeq̄tur ꝙ in aīa xpi
ſimul ⁊ ſemel fuiſſent ſummū gau-
dium ⁊ ſumma triſtitia ꝯñs eſt fal-
ſum ⁊ implicat igitur falſitas ꝯñtis
ꝓbaꝛ aīa xpi habebat ſummū gau-
diū ⁊ teſte philoſopho nr̄o ſummū
gaudiū omnē expellit triſtitiā ergo
nulla fuit triſtitia in aīa xpi. Ad hāc
replicā rñdetur negādo ſeq̄lā ⁊ illa
data negādo minorē ⁊ ad probatio
nem negatur ꝯña ⁊ rō eſt qꝛ dictum
philoſophi intelligiꝛ naturalr ⁊ niſi
dñs deus impediat: modo ſpecialr
dñs deus impediebat actiuitatem
ſummi gaudij ne expelleret triſti-
tiā ab aīa chriſti. Circa iſtā. q. dubi-
tatur an in inſtāti mortis xpi fuerit
ſumma triſtitia ī aīa chriſti. Ad hoc
dubiū rñdetur vario mō ſcdz duas
opiniones philoſophorū. Nā ſi te-
neamus ꝙ nō datur minimū natu-
rale: ſed maximū qd non: tunc non
datur inſtās in quo moritur: ſed bñ
inſtās in quo mortuus eſt primo ⁊
tunc nulla eſt triſtitia in aīa xpi. Nā
iaz eſt deſtructa ⁊ extricta a ſummo
gaudio Si ꝯo deꝛ minimū nalē tūc
datur inſtās in quo moritur. ſ. illud
inſtās in quo aīa xpi ſolum informa
bat minimam partē cordis ⁊ in illo
inſtāti fuit ſumma triſtitia in anima

chriſti ꝛ obtulit ſeipſum cum lachꝛy mis: vt iquit Apoſtol⁹ ad hebꝛeos nono capitulo ꝛ cum clamoꝛe valido: quem immediate ante illud inſtās emiſerat.

An in Chꝛiſto fuerit neceſſitas patiendi ꝛ moꝛiēdi q̄ eſt defectus generalis.

Diſtinctio. XVI.

Dic oriť q̄ſtio ex pre dictis du cens origi nem. Di ctū eſt eñ ſup̄ ꝙ chriſtus i ſe noſtros defectus ſuſcepit. Preter pctm̄. Eſt aūt hoīs quidam generalis defectus: qui pctm̄ non eſt: ſꝫ neceſſitas patiendi vł moriendi. Unde coꝛpus nr̄m non tm̄ moꝛtale: ſꝫ etiam moꝛtui dicitur: qꝛ non tm̄ aptitudinē moriendi: ſed etiam neceſſitateꝫ hꝫ. Ideo queritur vtruꝫ neceſſitas talis in chꝛiſti carne fuerit? De aptitudine eñ moꝛiendi ꝙ in eo fuerit ambiguum nō eſt q̄ etiam ante pctm̄ in hoīe fuit quando aliquis in eo non fuit defectus: nec ergo moꝛtalitas illa tunc in eo fuit defect⁹: qꝛ nature ei erat Unde etiā quidā talē moꝛtalitatem in nobis non eſſe defectum non improbe tradunt: ſed neceſſitatē moꝛiendi vel patiēdi: que etiā moꝛtalitas dicitur vel paſſibilitas. Dicitur eñ hō nūc paſſibilis vel moꝛtalis: non mō ꝑpter egritudinem: ſꝫ etiam ꝑpter neceſſitatē. Sed nūquid hic defectus fuit i Chꝛiſti carne? Aīa quoqꝫ eius cū paſſibilis extiterit ante moꝛtem: nūquid neceſſitatem patiendi habuit? Si eñ neceſſitas patiendi vel moꝛiēdi fuit in Chꝛiſto. non videť ſola voluntate miſerationis defect⁹ noſtros accepiſſe. Ad qđ dici pōt: Chꝛiſtū voluntate nō neceſſitate ſue nature hos defectus ſicut alios ſuſcepiſſe. ſ. neceſſitatē patiendi in aīa: ſimul aūt patiendi ꝛ moꝛiendi in carne. Uerū hāc neceſſitatem nō habuit ex neceſſitate ſue conditionis: qꝛ a pctō immunis: ſed ex ſola voluntate accepit. de nr̄a ifirmitate ponēs tabernaculum ſuum in ſole. ſ. ſub tempoꝛali mutabilitate ꝛ laboꝛe Uñ ſuper epiſtolam ad Hebꝛeos autoꝛitas dicit: qꝛ ſicut hoībus alijs iure ꝛ lege nature ſtatutum eſt ſemel moꝛi: ita ꝛ xp̄s eadem neceſſitate ꝛ iure nature ſemel oblatus eſt ꝛ nō ſepe. Nec iō dicit iure nature ꝙ ex natura

ſue conditionis hunc defectum traxerit: qui etiam nō prouenit nobis ex natura ſcdm qd prius eſt inſtituta: ſed ex ea peccato viciata. ⁊ ideo dicit hic effect⁹ naturalꝭ: qꝛ quaſi pro natura inoleuit in omnibus diffuſis.

De ſtatu hois ⁊ quid de ſingulis Chriſtus accepit.

¶ Et eſt hic notandum Chriſtū de omni ſtatu hois aliquid accepiſſe: qui oēs venit ſaluare. Sunt eñ quattuoꝛ ſtatut⁹ hominis. Primus ante peccatuꝫ. Scdꝫ poſt pctm̄ ⁊ ante grām. Tertius ſub grā. Quart⁹ i gloria. De primo ſtatu accepit immunitatem pcti. Unde Augu. illud Joānis euangeliſte exponens. Qui de ſurſum venit ſup oēs eſt. Dicit chriſtum veniſſe deſurſum. i. de altitudine humane nature ante pctm̄: qꝛ de illa altitudina ſumpſit verbum dei humanā naturam dū non aſſumpſit ipſam culpā cuius aſſumpſit penam. Sed penam aſſumpſit de ſtatu ſcdo ⁊ alios deffectus. De tertio vero gratie plenitudinem. De quarto non poſſe peccare ⁊ dei pfectā cōtemplationē. Habuit eniꝫ ſimul bona vie q̄dā ⁊ bōa pfie: ſicut ⁊ q̄dā mala vie.

CIrca ſextādecimaꝫ diſtin. queritur an in chriſti carne fuerit moriēdi neceſſitas. pro huiꝰ queſtionis intelligētia eſt notandum primo ꝙ neceſſariuꝫ nō capitur in propoſito ſcdē intentionaliter pro neceſſaria propoſitione: ſed capitur prime intētionaliter ⁊ ad huc triphariā pmo pro re que nō pōt non eſſe ⁊ ſic ſolus deus eſt res neceſſaria. Scdo accipit pro neceſſitate violentie ſiue coactionis qualis eſt neceſſitas corruptionis ligni poſiti intra ignē: qd violenter ab igne corrūpit ⁊ cōburit. Tertio accipit pro neceſſitate finis ſiue cōditionata ⁊ iſto mō merita ſunt neceſſaria ad conſequendā beatitudinem. Scdo eſt notādum ſcdꝫ diuū Thomā ⁊ alios doctores ꝙ neceſſitas moriendi partim ex natura partim ex peccato prouenit. Ex natura quidē: quia corpꝰ hois cōpoſitū eſt ex cōtrarijs: q̄ nata ſunt pati ⁊ agere inuicē ſcdm diuerſas partes organicas: ad quaꝝ actionem ſeq̄tur tandem corruptio corporis: corruptis qualitatibꝰ ad operationes vt tales req̄ſitis. Ex peccato autē ineſt neceſſitas moriēdi homini: quia expulſus eſt a paradiſo terreſtri: vbi erat lignū vite: quod preſeruabat a morte. Tertio eſt notāduꝫ ꝙ loquēdo de neceſſitate moriēdi poſſumꝰ cōparare verbū ad hūanitatē aſſūptam. ſ. vtrum vbū aſſumpſit hūa-

nitatem mortalem. Poſſum⁹ etiã cõparare naturã humanã ad ſuas qualitates ideſt vtrũ natura humana in chriſto cõſiderata in ordine ad ſuas qualitates naturales ꝗ̃ conſequentes habuit neceſſitatẽ moriẽdi. Poſſumus preterea cõparare naturã humanã ad gloriã aĩe. Ideſt vtrũ humana natura in xp̃o habẽs gloriã in portione ſuperiore habuit neceſſitatẽ moriendi.

¶ Iſtis notatis reſpondetur per quattuor cõcluſiones. quarum Prima eſt iſta ꝟbum diuinũ nõ neceſſario primo mõ aſſumpſit naturam humanã mortalem. Iſta cõcluſio patet: qꝛ verbũ diuinũ poterat aſſumere hũanã naturã imortalẽ: immo ſi ꝑmiſiſſet gl'iã aĩe xp̃i redũdaret i corp⁹: iã hũanitas quã aſſũpſit fuiſſet imortalis. Scḋa ꝯcluſio eſt iſta i nullo hoĩe quãtũcũꝗ peccatore eſt neceſſitas moriendi primo modo. Iſta ꝯcluſio probaẗ: qꝛ quẽlibet peccatorẽ deus põt cõſeruare eternaliter ſicut cõſeruat demones eternaliter. Scḋa ꝯcluſio eſt iſta in natura hũana a ꝟbo aſſumpta non fuit neceſſitas moriendi ſcḋo ⁊ tertio modis ſcḋm dei potentiã abſolutam: iſta ꝯcluſio patet ex precedentibus. Quarta ꝯcluſio eſt iſta in xp̃i carne fuit neceſſitas moriendi ſcḋo ⁊ tertio modis ſcḋm legem dei ordinatã prima pars huius ꝯcluſionis patet humanitas xp̃i erat cõpoſita ex cõtrarijs ergo cõtinuo erat actio inter illa. ſ. inter calorem naturalẽ ⁊ humidum radicale: niſi dñs deus impediuiſſet. Sed ꝟbũ diuinũ poterat impedire talem actionẽ ⁊ nõn impediuit ergo tãdem conſumatũ fuiſſet humidum radicale ⁊ per ꝯñs prima pars vera. Scḋa pars patet erat iam ordinatũ a dño deo ꝙ xp̃s moreretur pro apertione celi: ergo ad beatitudinẽ conſequendã neceſſaria fuit paſſio chriſti ſiue mors ⁊ per ꝯñs ſecunda pars vera.

¶ Cõtra probationẽ prime cõcluſionis arguitur ſic quãuis gloria anime chriſti redũdaſſet in corpus adhuc corpus chriſti fuiſſet mortale ergo probatio nulla. añs probaẗ ꝗ̃uis gloria redũdaſſet in corp⁹ nõ poterat producere impaſſibilitatẽ ergo adhuc corpus xp̃i fuiſſet paſſibile ⁊ mortale. añs probatur: qualitas corporalis ſiue corpus non poteſt agere in ſpiritũ. Teſte Auguſt. ergo qualitas ſpiritualis nõ poteſt agere in corpus ⁊ per ꝯñs fruitio ⁊ viſio dei: que ſunt qualitates ſpirituales nõ poſſunt ꝓducere impaſſibilitatem in corpus. Ad hoc argumentum r̃ndetur negando añs ⁊ ad probationẽ negatur iterũ añs ⁊ ad probationẽ ſcḋm Thomã negabiẗ añs: qꝛ dñs deus datrei corporali ꝟtutẽ ſcḋm opinionẽ doctoris ſubtilis dꝛ ꝙ viſio ⁊ fruitio dei non cauſant talẽ ipaſſibilitatẽ: ſed dñs de⁹.

¶ Cõtra vltimã ꝯcluſionẽ arguiẗ ſic hũanitas xp̃i poterat ſeipã ꝑpetuare ꝗ̃uis gl'ia aĩe non redũdaſſet in corp⁹ ergo vltima ꝯcluſio falſa. añs probaẗ hũanitas xp̃i diſtincte cognoſcebat ſuũ calorẽ naturalẽ ⁊ diſtincte cognoſcebat hũidũ radicale ⁊ diſtincte cognoſcebat quãtũ

deſtruebatur de humido radicanlr: ⁊ quātum requirebatur ad reſtaurationem. Optime etiaꝫ cognoſcebat epulas ſufficientes ad reſtaurationem. Nam ſupremā ſcientiā habebat ergo poterat reſtaurare ſemper humiduꝫ radicale ⁊ per ꝯñs nunq̄ mortuus fuiſſet. Ad hoc argumentuꝫ rñdetur negādo añs ⁊ ad probationeꝫ negatur ꝯña ⁊ ratio eſt: quia potentia nutritiua ſiue conuerſiua cibi in ſubſtantiā aliti cōtinuo debilitabat ⁊ tādem fuiſſet adeo debilis vt nō potuiſſet cōuertere in ſubſtātiā aliti cibū: ⁊ per ꝯñs tūc xp̄s mortuus fuiſſet. Sed cōtra iſtā ſolutionem replicabis hūanitas xp̄i poterat reſtaurare ⁊ fortificare potentiā nutritiuā ergo poterat ſeipſuꝫ ꝑpetuare. añs patet: q꞉ poterat accipere aliquas herbas vel aliquos fructꝰ vel aliquas carnes: q̄ potuiſſent fortificare potentiaꝫ nutritiuā. Ad hāc replicā rñdetur negando añs: ⁊ ad probationeꝫ dico ꝙ nihil erat in iſto mūdo: qḋ potuiſſet reſtaurare ⁊ fortificare potentiā nutritiuā. ſed bene erat ſiue eſt in paradiſo terreſtri arbor: q̄ poterat talem potentiā nutritiuā fortificare. ſ. lignum vitę: ſed in terra promiſſionis neqꝫ ī mūdo eſt aliquod tale lignū idcirco humanitas chriſti nō poterat ſeipſam perpetuare.

Scḋo arguitur cōtra eādem cōcluſionē volūtas aię xp̄i dominabat ꝑfecte appetitui ſenſitiuo ⁊ oībꝰ viribꝰ inferioribꝰ ergo volūtas aię xp̄i poterat auferre omnē violentiā ⁊ ꝑ ꝯñs potētia vegetatiua ſiue nutritiua poterat ꝑpetuari ī xp̄o: añs probat nulla fuit rebellio neqꝫ potuit eſſe in xp̄o ergo volūtas chriſti perfecte domiabatur appetitui ſenſitiuo ⁊ oībus viribus inferioribꝰ. Ad hoc argumentū rñdetur ꝙ volūtas aię chriſti magis dominabat appetitui ſenſitiuo q̄ potētię vegetatiue ſiue nutritiue. rō eſt: q꞉ potētia ſenſitiua eſt aliqualr̄ capax rationis: ſed potētia vegetatiua nullo modo eſt capax rationis idcirco voluntas animę chriſti nō poterat expellere omnem violentiam a potētia vegetatiua.

Tertio argr̄ Joā. x. ca. dicit ſaluator noſter: nemo tollit animā meā a me: ſed ego ⁊c. ⁊ poſtea ſubiungit poteſtatē habeo ponēdi aīaꝫ meā ⁊ iterū ſumendi eaꝫ ergo non fuit neceſſitas moriēdi in xp̄i carne Ad hoc argumētū rñdet ꝙ ſaluator loq̄bat in ꝓpria ꝑſona q̄ eſt filiꝰ dei ⁊ nullo mō loq̄bat de hūanitate aut aīa ſua. Nam hūanitas xp̄i aut aīa eius nō habebat talē poteſtatē: ſed bene ipſuꝫ verbū diuinū. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur hūanitas xp̄i habebat talem poteſtatē ergo ſolutio nulla: añs probat q̄ñ hūanitas xp̄i expirauit in cruce habebat poteſtatem retinendi aīam ergo aſſumptū verū: antecedens probat clamauit clamore valido tūc vt inquit Apoſtol. ad hebręos. nono capitulo ⁊ non potuiſſet taliter clamare niſi habuiſſet talem poteſtatem retinēdi animā ergo talem habuit poteſtatem. Ad hanc replicam reſpōdetur negādo antecedēs: ⁊ ad probationē

ſtep negatur añs: ⁊ ad probationē negat minor: ſꝫ ideo clamauit adeo valide: qꝛ verbū diuinū ſpecialiter tuuit ipſam humanitatē ad talē clamorem tā validū qui inferos penetrauit ⁊ oēs demones perterruit.

¶ Quarto arguitur gloria anime xpi redundauit in corpus: ergo hūanitas xpi fuit immortalis: ꝯña tenet: qꝛ dictū eſt in probatione prime concluſiones: ꝙ ſi verbū permiſiſſet gloriā aīe Chriſti redūdare in corpus: humanitas eſſet immortalis. iam probatur añs. Quādo trāſfiguratus eſt in monte Tabor tunc gloria aīe Chriſti redundauit ī corpus: ergo aſſumptum vep. Ad hoc argumentum poteſt concedi añs ⁊ negari ꝯña: ⁊ ad probationē dicē intelligi probationē prime cōcluſionis de redundantia permanendi ⁊ non tranſeundi. pōt etiā negari añs ⁊ ad probationē dico ꝙ hoc non proueniebat ex redundantia glorię anime in corpus: ſed verbū diuinū ſpecialiter illā magnā claritatē aſſumſit. Circa iſtā quęſtionē dubitatur. Utrū fuit in poteſtate aię xpi nō ſeparari a corpore. Ad hoc dubiū reſpondetur per tres cōcluſiones. quarum prima eſt iſta. Si dñs deus reliquiſſet aīam xpi cū ſua beatitudie ⁊ non impediuiſſet actiuitatē glorię tunc aīa xpi habebat in ſua poteſtate non ſeparari a corpore. Iſta concluſio patet tūc hūanitas fuiſſet immortalis. Scd̃a cōcluſio eſt iſta poſita ſuſpēſione actiuitatis glorię nō habebat aīa xpi in ſua poteſtate nō ſeparari a corpore. Iſta cōcluſio patet: qꝛ ab intrinſecō ⁊ extrinſeco poterat pati violentiā. Tertia concluſio eſt iſta. ſi iudei non crucifixiſſent xpm ⁊ verbū diuinū reliquiſſet potētias naturales agere tandem ſenio xps defeciſſet. Iſta concluſio eſt Aurelij auguſt. in lib. de baptiſmo paruulo. Et probatur rōne: qꝛ tan̄ꝫ potentia vegetatiua ſiue nutritiua fuiſſet adeo debilitata vt nō potuiſſet cōuertere cibū in ſubſtātiā aliti.

¶ Dubitatur ſecundo an paſſio xpi fuit violenta. Ad hoc dubiū rñdetur affirmatiue. Sed cōtra iſtā rñſionē arguitur. Eſt autoritas Auguſt. in. 13. cap. 4. lib. de trini. dicentis de ſpū xpi: ꝙ non deſeruit carnē inuitus: ſed: qꝛ voluit: ⁊ qñ voluit: ⁊ quō voluit. Propterea dicendū eſt ꝙ duobus modis capitur violentū: vno modo pro illo quod eſt ꝯtra naturalē inclinationem. Et iſto modo paſſio xpi fuit violenta: alio modo capitur violentū pro illo quod eſt cōtra liberā volitionē. Et iſto mō paſſio xpi non fuit violēta. ⁊ iſto modo capit Aure. auguſt. ⁊ nō primo mō. Contra iſtā rñſionem arguit: ſi paſſio xpi fuiſſet violenta primo modo ſequeretur ꝙ xps non meruiſſet per eam ꝯñs eſt abſurdū ergo. Ad hoc negatur ſequela: rō eſt: qꝛ licet talis mors fuiſſet neceſſaria ſcd̃o ⁊ tertio modis ſcd̃m legē dei ordinatā: ⁊ cōtra naturalē inclinationē nihilominꝰ: qꝛ libere acceptabat: ideo merebat veluti iob merebat acceptando mala q̄ ſathā ſibi inferebat ꝗuis nō erat ī poteſtate iob talia mala euitare: ſꝫ de his plura i. 18. diſt. dicemꝰ.

Si omnis Chriſti oratio vł voluntas expleta ſit.

Diſtinctio. XVII.

Eſt predicta conſiderari oportet. Utrum Chriſt⁹ aliquid voluerit vel orauerit quod factum non ſit? Hoc enī eſtimari pōt p hoc quod ipſe ait. Pater ſi poſſibile eſt tráſeat a me calix iſte. Uerumtñ non qđ ego volo ſed qđ tu vis. Hic nāq; volūtatē diſcernere videtur.

De voluntatib⁹ Chriſti ſecundum duas naturas.

¶ Quo circa ambigendum nō eſt. diuerſas in xp̄o fuiſſe voluntates iuxta duas naturas. diuinā. ſ. volūtatē ⁊ hūanā. Et hūana volūtas cū affect⁹ rōnis vel affect⁹ ſēſualitat ⁊ ali⁹ eſt affect⁹ anime ſcđm rōnem alius ſecundū ſenſualitatem. vterq; tñ dicit᷑ humana voluntas. Affectu autē rationis id volebat quod volūtate diuina. ſ. pati ⁊ mori: ſed affectu ſenſualitatis non volebat. imo refugiebat. nec tñ i eo caro contra ſpiritū vel deū cōcupiſcebat. Quia vt ait Auguſti. nō nullū eſt viciū cum caro concupiſcat aduerſus ſpiritum. Caro autē dicta eſt concupiſcere q; hoc ſcđm ipām agit aīa ſicut anima p aurem audit ⁊ p oculū videt. Caro eīn nihil niſi per aīam concupiſcit. Sed cōcupiſcere dicitur cū aīa carnali concupiſcentia ſpūi reluctat᷑ habēs carnalē delectationē de carne ⁊ a carne aduerſ⁹ delectationē quā ſpūs habet. Ipſius aūt carnalis cōcupiſcētia cā nō eſt i aīa ſola: nec i carne ſola. Ex vtroq; eīn fit: q; ſine vtroq; delectatio talis nō ſequit᷑ Talis ergo rixa taliſq; concertatio i aīa xp̄i nullatenus eſſe potuit: q; carnalis concupiſcencia ibi eſſe nequiuit. Dei etiam voluntas erat ⁊ rationi placebat vt illud ſcđm carnem vellet. quatinus veritas hūanitatis i eo probaretur. Nā qui hominis naturam ſuſcepit: que ipſius ſunt ſubire debuit. Ideoq; ſicut in nobis duplex eſt affectus: mentis ſc; ſenſualitatis. ita ⁊ in eo debuit eſſe gemin⁹ affectus: vt mentis affectu vellet mori: ⁊ ſēſualitatis affectu nollet. ſicut i viris ſctis fit. Petro enī ipſa veritas dicit. Cum ſenueris extēdes manus tuas. ⁊ alius precinget te: ⁊

ducet te:quo tu nō vis.ſ.ad mor
tem. Quod exponens Auguſ.
dicit ꝙ Petrus ad illam mole-
ſtiam nolens eſt ductus: nolēs
ad eam venit:ſed volens eam vi
cit: ⁊ reliquit affectum infirmita
tis quo nemo vult mori q̄ adeo
eſt naturalis vt eū Petro nec ſe
nectus abſtulerit. Unde etiam
dn̄s ait. Tranſeat a me calix iſte
ſed vicit eum vis amoris. Ergo
⁊ in Chriſto ſcd̄m humanitatē
⁊ in membris eius geminus eſt
affectus. vnius rationis chari-
tate informatus. quo ꝓpter de
um quis mori vult. aliter ſenſua
litatis carnis infirmitati ꝓpin-
quus ⁊ ei cōiunctus quo mors
refugitur. Ut enim Auguſ. ait.
Paul⁹ mēt rōne cupit diſſolui
⁊ eſſe cū Chriſto: ſenſu autē car
nis refugit ⁊ recuſat. hoc habet
human⁹ affectus: qm̄ q̄ diligit
vitam odit mortem. Scd̄m iſtū
affectum Chriſtus mori noluit
nec obtinuit quod ſecundum iſ-
tum affectum petijt.

Autoritatibus ꝓbat diuerſas i Chriſto voluntates.

¶ Ex affectu ergo hūano quē
de virgine traxit volebat nō mo
ri ⁊ calicē tranſire orabat. Unde
Beda. Orat tranſire calicē: q̄r
homo erat dicens. Pater tran-
ſeat a me calix iſte. Ecce habes
voluntatē humanā expreſſam.
Uide iam rectum cor. Sed nō
qd̄ ego volo:ſ; qd̄ tu vis. Unde
Non veni facere voluntatē me-
am:quā ſc; temporaliter ſumpſi
ex virgine:ſed voluntatem eius
qui miſit me quam ſc; etern⁹ ha
bui cum patre. Hic aperte dicit
duas in xp̄o fuiſſe voluntates:
ſcd̄m quas diuerſa voluit. Hie-
roni. quoq; ſup illū locū. Spi-
ritus promptus eſt: caro aūt in
firma. dās intelligi hic duas vo
luntates exprimi: ita ait. Hoc
contra Euticianos qui dicunt
in xp̄o vnā tm̄ voluntatē. Hic
autem oſtendit humanā que ꝓ
pter infirmitatē carnis recuſat
paſſionem. ⁊ diuinā q̄ prōpta ē
perficere diſpenſationē. Auguſ.
etiam duas in xp̄o aſſerit volun
tates dicens. Quantū diſtat de
us ab homine. tantum volūtas
dei a voluntate hominis. Unde
hoiem xp̄s gerens oſtendit pri-
uatam voluntatē quādā hoīs
in qua ⁊ ſuam ⁊ noſtram cōfigu
rauit. qui caput nr̄m eſt. ⁊ ad eū
ſicut membra pertinemus. Pa
ter inquit ſi fieri poteſt trāſeat a
me calix iſte. Hec hūana volun
tas erat proprium aliquid ⁊ tan

ꝙ priuatum volens. Sed qꝛ re
ctū vult eſſe hoiem. ⁊ dirigi: ſub
dit. Non quod ego volo: ſcꝫ tu
vis. Ac ſi diceret. Videte i me
qꝛ potes aliquid propꝛiū velle.
vt deus aliud velit. conceditur
hoc humane fragilitati. Idem
alibi. Chꝛiſtus in paſſione duas
naturas. Ait enī. Pater ſi fieri
poteſt trāſeat a me calix iſte. Ec
ce habes hoīs voluntatem quā
ad diuinam cōtinuo dirigēs ait
Veruntā non ſicut ego volo ſꝫ
ſicut tu. Ambꝛo. etiam in li. de
tri. Scriptū eſt. Pr̄ ſi poſſibile ē
transfer a me calicem hunc. Ver
ba criſti ſunt. ſed quō ⁊ i qua foꝛ
ma dicant aduerte. Hominis ſu
bſtātiā gerit hominis aſſumpſit
affectū. Non ergo quaſi deꝰ: ſed
q̄ſi homo loquit̄. Suſcepit qui
dem voluntatē meam. Mea eſt
voluntas quā ſuam dixit cū ait.
Non ſicut ego volo: ſed ſicut tu
vis. Cuꝫ aūt dixit. Omnia que
habet pater mea ſunt. qꝛ nihil ex
cipit: ſine dubio quaꝫ pr̄ habet:
eandem ⁊ filius hꝫ voluntateꝫ.
Eadē eſt xp̄i voluntas q̄ patna.
Una ergo voluntas eſt patris ⁊
filij. Sꝫ alia volūtas hoīs: alia
dei. vt ſcias vitaꝫ in voluntate eſ
ſe homis. paſſionē aūt xp̄i in vo
luntate diuina. vt pateret ꝓ no
bis. His teſtimonijs euidenter
docet in xp̄o duas fuiſſe volunta
tes. qđ quia negauit Machari
us archiep̄s in Metropolitana
ſinodo condemnatꝰ eſt. Et ex af
fectu humano ſenſualitatis qui
dē non rationis illud voluit ⁊ pe
tijt qđ nō impetrauit. Nec ideo
petijt vt impetraret. quia ſciebat
deum nō eſſe facturū illud. Nec
illud fieri volebat affectu ratio
nis vel volūtate diuinitatis. Ad
quid ergo petijt? Ut mēbꝛis foꝛ
maꝫ pꝛeberet iminente turbatio
ne clamandi ad dominū. ⁊ ſubij
cīedi voluntatē ſuam diuine vo
lūtati. vt ſi pulſante moleſtia tri
ſtentur pro eiuſdeꝫ ammotione
oꝛent. Sed ſi nequeunt vitare di
cant quod ipſe xp̄us. Non ergo
ad inſipientiā fuit ꝙ chꝛiſtus cla
mans nō auditur ad ſalutē coꝛ
poꝛalem. Bonū quidem petijt.
ſ. vt non moꝛeret̄. ſed meliꝰ erat
vt moꝛeret̄. quod ⁊ factum eſt.

De eo qđ Ambꝛoſius dicit Chꝛiſtum dubitaſſe affectu humano.

¶ Ceterū non parum nos mo
uēt v̄ba Ambꝛoſij quibus ſigni
ficare videtur chꝛiſtum ſ̄m hu
manum affectū de patrijs potē
tia dubitaſſe. ſic dicēs in li. iij. de

tri. De quo dubitat: de ſe an de
patre? De eo vtiq; cui dicit trãſ
fer dubitat hominis affectu. Nã
deus de patre nõ dubitat: nec d̃
morte formidat. Propheta etiã
nõ dubitat q̃ nihil deo eſſe ipoſ-
ſibile aſſerit. Naz infra homines
ↄſtitues deum. ꝓpheta non du
bitat. ⁊ filiũ dubitare tu credis.
Ut homo ergo dubitat. vt hõ
locutus eſt. His verbis innui vi
det q̄ criſtus non inq̄ꝫtum de⁹
ẽ vel dei fili⁹. ſed inq̄ꝫtum homo
dubitauerit affectu hũano. Qd̃
ea ratione dictũ accipi põt. non
quia ipſe dubitauerit: ſed q2 mo
dum geſſit dubitantis. ⁊ homi-
bus dubitare videbatur.

Uerba Hilarij longe diuerſam exprimentia ſententiã a premiſſa.

¶ Illud etiã ignorandum non
eſt quod Hylarius aſſerere vid̃r
xp̃m non ſibi ſed ſuis oraſſe. cuz
dixit transfer a me calicẽ hũc. ſi-
cut nec ſibi ſed ſuis timuit. Nec
eũ timuiſſe vt ſibi: nõ eſſet paſſio
ſ3 vt a ſuis trãſiret calix paſſiõis
ita inq̄ens. Si paſſio honorifi-
catura euz erat. ſicut iuda exeũte
ait. Nũc honorificat⁹ eſt filius
hoĩs. quõ triſtẽ eũ met⁹ paſſio-
nis effecerat. Niſi forte tam irra
tionabil' fuerit vt pati mortez ti-
muerit q̃ patientẽ ſe glorificatu-
ra eſſet. Sed forte timuiſſe vſq;
eo eſtimabatur vt transferri a ſe
calicem dep̃catus ſit dicẽs. Pa
ter trãſfer calicẽ hũc a me. Quo
mõ enim ꝑ patiendi metũ tranſ-
ferri dep̃caret a ſe. qd̓ ꝑ diſpenſa
tionis ſtudiũ feſtinaret implere.
Non enim ↄuenit vt pati nolit:
qui pati venit. ⁊ eũ pati eum vel
le cognoſceres religioſius fuerat
hoc confiteri. q̄ꝫ ad id impie ſtul
ticie ꝓrumpere. vt eum aſſereres
ne pateretur oraſſe. quẽ pati vel
le cognoſceres. Non ergo ſibi tri
ſtis: neq; ſibi orat tranſire calicẽ:
ſed diſcipul'. ne in eos calix paſ-
ſionis incumbat. quẽ a ſe tranſi-
re orat. ne in his. ſ. maneat. Nõ
eĩn rogat ne ſecum ſit: ſed vt a ſe
tranſeat. Deinde ait. Non ſicut
ego volo: ſ3 ſicut tu vis. Hũane
in ſe ſollicitudinis ſignificans cõ
ſortium. ſed non diſcernens ſen
tentiã ſibi cõmunis cuz patre vo
luntatis. Pro hominibus ergo
vult tranſire calicem ꝑ quez om
nes diſcipuli erãt tẽptãdi. ⁊ ideo
pro Petro rogat: ne deficiat fi-
des eius. Sciens ergo hec om-
nia poſt mortẽ ſuã defitura: vſq;
ad mortẽ triſtis eſt. ⁊ ſcit hũc ca
licez non poſſe tranſire niſi bibe-

rit. Ideo ait. Pater mi ſi nõ poteſt trãſire calix iſte niſi bibam illũ. Fiat voluntas tua. Sciẽs in ſe cõſummata paſſione metũ calicis tranſiturũ. qui niſi eum bibiſſet tranſire non poſſe. nec finis terroꝛis niſi conſummata paſſione terroꝛi ſuccederet. qꝛ p⁹ moꝛtem eius p ṽtutum gloꝛiaʒ apoſtolice infirmitatis ſcandalũ pelleretur. Intende lectoꝛ his verbis pia diligentia ne ſint tibi vaſa moꝛtis.



Irca decimã ſeptimã diſt. querit̃ pmo. vtꝝ ĩ xpo ſint duę voluntates. vna diuina: ⁊ alia humana. Pꝛo hͦ. q. ſolutione eſt aduertendũ q Apollinarius hęreſiarcha ſolũ poſuit vnã voluntatem in xpo. ſ. diuinã. Nã non ponebat in xpo aĩaʒ rationalẽ. ſed verbũ diuinũ ponebat loco aię rationalis ⁊ ſic xps ſolũ impoꝛtabat ſcdm euʒ verbũ diuinũ ⁊ carnẽ hũanã ſimiliter Eutiſes ⁊ Neſtoꝛi⁹ hęreſiarchę ſolũ ponebant vnã volũtatẽ in xpo: qꝛ ponebant vnionẽ ſolũ factã ſcdm voluntatẽ. Macharius vero Antiochenus patriarcha ⁊ Scyphus Alexandrinus. ⁊ Sergi⁹ cõſtantinopolitan⁹ patriarcha parifoꝛma poſuerunt in xpo vnicã voluntatẽ: quamuis ponebant duas naturas in xpo: qꝛ opinabantur q natura hũana in xpo nũqȝ mouebatur pꝛopꝛio motu. Sed oẽs iſti hęreſiarche cũ ſuis hęreſibus fuerunt cõdẽnati per ſanctã matrẽ eccleſiã in ſexto concilio Cõſtãtinopolitano. Idcirco rñdet ad queſtionẽ per talẽ concluſionẽ ponẽde ſunt in xpo duę voluntates: vna diuina ⁊ altera hũana. iſta cõcluſio pꝛobatur expꝛeſſa autoꝛitate ſaluatoꝛis noſtri. Joã. 6. dicentis. Nõ veni facere voluntatẽ meã: ſed eius q me miſit: ſed xps venerat facere voluntatẽ diuinã: ergo ponẽda eſt alia voluntas in xpo diſtincta a voluntate diuina. Ratiõe etiã poteſt pꝛobari xps habebat aĩaʒ iuxta illõ Joã. 10. Poteſtatẽ habeo ponendi aĩam meã ⁊ iteꝝ ſumendi: ⁊ aĩa habet voluntatẽ diſtinctã a voluntate verbi diuini: ergo neceſſarium eſt ponere duas voluntates.

¶ Contra iſtã cõcluſionẽ argr̃ voluntas eſt pꝛimũ mouẽs ⁊ imperãs: ſed in chꝛiſto voluntas diuina fuit pꝛimũ mouẽs ⁊ imperãs ergo in chꝛiſto nõ fuit alia volũtas a voluntate diuina. Ad hoc argumentũ rñdetur negãdo ꝯñam. rõ eſt: quia etiã in puro hoĩe voluntas diuina eſt pꝛimũ mouens: quãto magis in chꝛiſto qui ſimul erat deus ⁊ homo. Cõtra iſtã ſolutionẽ arguitur nullũ inſtrumẽtũ mouetur pꝛopꝛio appetitu: aut volũtate. Sed humanitas chꝛiſti fuit inſtrumẽtũ verbi diuini ergo nõ mouebat hũanitas chꝛiſti pꝛopꝛia voluntate. Pꝛo hͦ replice ſolutione eſt aduertendũ q duplex eſt inſtrumentũ. ſ. animatũ ⁊ inani-

matū. Et primū adhuc ē duplex.ſ. animatū aīa ſenſitiua ⁊ animatum aīa rationali. Iſto notato rñdetur diſtinguēdo maiorem vel pceditur de inſtrumēto inanimato ⁊ ſic cōceditur illa: ⁊ negatur mior in tali ſenſu: ſi vero maior ītelligatur de quocūq; inſtrumento tā animato ꝙ̄ inanimato negaṫ illa. Certū ē eſt ꝙ equ⁹ moueṫ ad volūtatē eqtis. qui eſt primū mouens: ⁊ etiā mouetur proprio appetitu. Contra iſtā ſolutionem arguitur illud ſolū multiplicatur in chriſto: qḋ pertinet ad naturā: ſed volūtas nō pertinet ad naturā ergo volūtas nō multiplicabiṫ in chriſto: minor probatur ea ꝙ̄ ſunt naturalia ſunt ex neceſſitate. Sȝ voluntas eſt libera: ergo voluntas nō pertinet ad naturam. Ad hanc replicā rñdetur negādo minorē: ⁊ ad probationē dico: ꝙ licet voluntas: quo ad actū ſit libera in ſe tamē eſt quędam res naturalis. Contra iſtā ſolutionē arguitur: ſequeretur ꝙ xp̄s eēt plures volentes: ꝯñs eſt falſum: ergo ſequela probatur. Chriſt⁹ habȝ duas vel tres voluntates: ergo eſt duo vel tres volentes. Ad hāc replicam rñdetur negando ſequelā: ⁊ ad probationē negatur ꝯña: non ē̄ ſequitur in ſimili. diu⁹ Petrus habȝ duas vel tres ſciētias. ergo eſt duo vel tres ſcientes.

¶ Queritur ſecundo circa eandem diſti. An magiſter bene ponat in pñti diſtinctione triplicē voluntatem in xp̄o. Pro hui⁹ queſtionis intelligentia eſt primo notādū ꝙ ſenſualitas ſiue appetitus ſenſitiu⁹ teſte pħo noſtro in primo libro ethicorum. inquantū natus eſt obedire rationi: dicitur rationalis per participationē: ⁊ qꝛ volūtas eſt in rōne pariforma poteſt dici quod ſēſualitas eſt volūtas per participationē ſiue large. Secundo eſt notandū ꝙ voluntas poteſt trifariā conſiderari.ſ. ſcḋm naturā: ſcḋm potentiā: ⁊ ſcḋm modū volendi. Si conſideretur primo modo ſolū duplex eſt voluntas in xp̄o.ſ. volūtas increata ſiue diuina et volūtas creata ſiue humana. Si vero conſidereṫ ſcḋo mō triplex eſt voluntas in xp̄o: qꝛ triplex eſt potentia.ſ. potentia diuina. potētia rationalis: ⁊ potētia ſenſitiua. Unde potentię diuinę correſpondet volūtas diuina: ⁊ potentię rationali correſpondet voluntas rationalis. ⁊ potentię ſenſitiuę voluntas appetitus ſenſitiui large. Si vero conſidereṫ tertio mō tunc eſt multiplex voluntas in xp̄o: qꝛ varij ſunt modi volendi in aīa xp̄i. Iſtis notatis rñdetur ad queſtionē per aliquas concluſiones. quaꝝ prima eſt iſta. Si voluntas conſideretur primo mō ſolū ſunt duę volūtates in xp̄o. Scḋa cōcluſio eſt iſta ſi conſidereṫ voluntas ſcḋo mō triplex ſolū eſt voluntas in xp̄o ⁊ ita ꝯſiderauit magiſter in preſenti diſtinctione. Tertia concluſio eſt iſta ſi ꝯſideretur voluntas tertio mō plures ſunt ponendę volūtates in xp̄o ꝙ̄ tres. iſtę oēs concluſiones patent ex notabilibus.

¶ Contra ſcḋam cōcluſionē arguitur ſic voluntas ſolū eſt in rōne ergo nulla eſt ponenda volūtas ſen

ſualitatis i aīa xpi. Ad hoc argumē
tum rñdetur diſtinguēdo añs vel ꝙ
eſſentiā ⁊ ſic conceditur illud ⁊ nega
tur ꝯñs vel per participationē ⁊ ſic
negatur illud: mō ſi ponitur in xpo
voluntas ſenſualitatis: hoc eſt per
participationē ⁊ large ⁊ non ꝑ eſſen
tiā. Contra iſtā ſolutionē arguit au
toritate Auguſtini in. 12. lib. de tri.
dicētis. ꝙ per ſerpentē ſignificatur
ſenſualitas. ſed nihil ſerpētinū fuit
in xpo: ergo non eſt ponenda ſenſu
litas in xpo. Ad hoc rñdetur ꝙ Au
guſtinus intelligit quantū ad corru
ptionē ſenſualitatis ⁊ non quantum
ad naturā. mō ſi ponimus ſenſuali
tatē in xpo: ponim⁹ quo ad naturam
⁊ non quo ad corruptionem. Contra
iſtā ſolutionē argr̄ voluntas ſequit
naturā: ſed in xpo ſolū ſunt duę na
turę: ergo ſolū erūt duę volūtates.
Ad hoc facile rñdetur ꝙ verū eſt con
ſiderando voluntatē primo mō: non
autem ſecundo modo.

¶ Scdo argr̄ ſic in xpo nō fuit
liberū arbitriū: ergo in xpo non fuit
voluntas hūana: añs ptz teſte pho
noſtro in. 3. lib. ethicorū. ſ. liberū ar
bitriū eſt indifferēs ad vtrūq3. ſ. ad
bonū ⁊ ad malū: ſed aīa xpi non po
terat elicere malū actū: ergo in xpo
nō fuit liberū arbitriū. Ad hoc argu
mentū rñdetur negando añs: ⁊ ad
probationē dico ꝙ phs procedit de
libero arbitrio naturę corruptę. ⁊ nō
de libero arbitrio naturę itegrę. cer
tum enī eſt ꝙ beati habeant liberum
arbitriū ⁊ non poſſunt elicere actus
malos: poſſunt tamen aliqs bonos
actus elicere: ⁊ illos non elicere. Et
reſpectu taliū bonorū operū habēt li
berū arbitriū. Silr aīa xpi poterat
aliqs bonos act⁹ elicere: ⁊ illos non
elicere ⁊ reſpectu taliū hēbat liberū
arbitriū. Cōtra iſtā ſolutionē argr̄ i
xpo non fuit electio: ergo neq3 liberū
arbitriū: añs probatur. electio teſte
philoſopho in. 3. ethicorū preſuppo
nit conſiliū eſt enim electio appeti
tus preconſiliati: ſed in chriſto non
fuit conſiliū ergo in chriſto non fuit
electio. minor probatur ſolū conſu
limus de rebus incertis ⁊ incogni
tis. Sed oīa erant certa ⁊ nota aīę
chriſti in verbo diuino ergo aīa xpi
non cōſulebat ſiue non cōſulebatur:
⁊ per conſequēs nō habuit conſiliū.
Ad hanc replicam reſpōdetur negā
do antecedēs: ⁊ ad probationem di
co: ꝙ philoſophus procedit de ele
ctione naturę ignorantis: qualis eſt
noſtra natura humana: ⁊ non de na
tura habente plenitudinem ſciētię:
modo anima chriſti habebat pleni
tudinem omniū ſcientiarum: ideo
non indigebat conſilio.

¶ Queritur tertio circa eādem
diſtinctionē vtrum in chriſto volun
tatū fuerit contrarietas. Pro hui⁹
queſtionis enodatione eſt notādum
ꝙ duplex eſt appetitus. ſ. naturalis
⁊ animalis. Appetit⁹ naturalis eſt
naturalis inclinatio rei ad ſuā per
fectionem ⁊ nullum actum ponit:
neq3 aliquā cognitionē preſuppōit.
Immo quātūcunq3 hō pfecte dor
miat habet talem appetitū natura
lem. Appetit⁹ animalis preſuppo
nit cognitionē vel in potētia ſenſiti
ua vel intellectiua. Et ideo eſt du

plex.ſ.appetit⁹ ſenſitiuus: ⁊ appe-
titus intellectiuus. appetitus ſenſi
tiuus eſt proſecutio vel fuga obiecti
cogniti a potentia ſenſitiua. Appe-
titus rationalis ſiue intellectiuus
eſt amor vel odium alicuius obiecti
cogniti a potentia cognitiua. Nam
teſte Aurelio auguſt. inuiſa dilige-
re poſſum⁹: icognita vero nō. Scđo
eſt notandum ꝙ voluntas natura-
lis trifariam accipitur. vno modo
vt diſtinguitur contra voluntatem
ſupernaturalem aut diuinam. Alio
modo accipitur pro naturali incli-
natione cuiuſlibet rei ad ſuaꝫ perfe
ctionē. Tertio modo accipitur pro
volūtate eliciente vel recipiente ac
tum conformē ad ſuam naturalem
inclinationem ſiue eliciat talem ac-
tum libere ſiue neceſſario. Tertio
eſt notandum ꝙ ad contrarietatem
requiritur ꝙ ſint circa idem obiec-
tum ⁊ in eadem potentia. Alias nō
eſt repugnantia inter tales actus.
Quarto eſt notandum ꝙ tripliciter
aliquę voluntates dicuntur confor-
mes. Primo modo in volito.ſ.quā
do volunt idem obiectū adequatę.
ſcđo modo quādo eodem modo vo
lunt. tertio modo dicūtur cōformes
in actu: videlicet quādo vna poten-
tia vult aliā talem actū habere pri-
mo modo volūtates beatoꝝ ſunt cō
formes voluntati diuinę. Scđo mō
voluntates iudeorū volētium xp̄m
mori nō fuerūt cōformes volūtati
diuinę: q2 de⁹ volebat xp̄m mori ex
caritate: qua diligebat mundū. Iu
xta illud Joānis.3. ſic deus dilexit
mundū vt ⁊c. Judei vero volebant
xp̄m mori ex inuidia ⁊ malitia. ſed
bene fuerūt cōformes. primo mō.ſ.
in volito voluntati diuinę. Tertio
modo Abrahā habuit volūtatē cō-
formē volūtati diuinę: volēdo occi-
dere filiū ſuuꝫ: q2 dn̄s deus volebat
Abrahā habere talē voluntatē occi
dēdi filiū ⁊ talis volūtas nō erat cō
formis primo mō volūtati diuinę.
Nā de⁹ nolebat ꝙ occideret Jſaac
ab ipſo Abrahā. Jſtis notatis rn̄de
tur ad queſtionē per.4.cōcluſiones
quarū Prima eſt iſta: volūtas aīę
chriſti rōnalis: quantū ad oēs act⁹
liberos ⁊ abſolutos ſemper fuit cō-
formis volūtati diuinę in volito: et
modo volēdi ⁊ actu. Jſta concluſio
probatur. volūtas animę chriſti vo
lebat abſolute et libere illud quod
volebat deus. ⁊ ex charitate: ⁊ dn̄s
deus volebat animam chriſti tales
actus habere: igitur cōcluſio eſt ve-
rā quo ad oēs eius partes. Secūda
concluſio eſt iſta anima chriſti non
ſemper fuit cōformis volūtati diui
nę quantū ad actus conditionatos:
aut actus appetit⁹ ſenſitiui in voli-
to. Jſta cōcluſio patet. aīa chriſti p
tales act⁹ nolebat mortē ⁊ tormēta:
⁊ de⁹ volebat. ergo aīa xp̄i p tales
act⁹ nō erat cōformis volūtati diui
nę in volito. Tertia cōcluſio q̄libet
volūtas aīę xp̄i ſiue naturalis ſiue
libera ſiue potētię ſenſitiuę ſiue itel
lectiuę ſemp fuit cōformis volūtati
diuinę in actu volēdi. Jſta cōcluſio
probat̄ dn̄s de⁹ volebat aīaꝫ xp̄i ha
bere oēs illas volitiōes ſiue natura
les ſiue liberas ſiue appetitus ſenſi
tiui ſiue appetit⁹ rōnalis: ergo aīa
chriſti erat cōformis in actu volēdi
quo ad ſuos actus volūtati diuinę.

Quarta conclusio quelibet volūtas aīe christi siue large siue stricte fuit conformis volūtati diuine: quātū ad modū volendi probatur: ista cōclusio xp̄s oēs tales volūtates tam large q̄ stricte volebat habere ex charitate: et ita vult dominus deus ergo quelibet voluntas aīe christi siue large siue stricte fuit cōformis voluntati diuine quantum admodum volendi.

¶ Contra istas conclusiones arguitur sic seqretur q in christo nō fuisset rebellio: ɔñs est falsū igitur falsitas ɔñtis probatur appetitus sensitiu⁹ xp̄i refugiebat mortē et voluntas christi volebat mortē ergo fuit rebellio in christo. Ad hoc argumentū rñdetur concedēdo sequelā et negādo minorem et ad probatiōnem negatur ɔña. rō est: q2 nō contrariātur ꝑpter duas causas. Pria est tales appetitus erāt in diuersis potentijs. Altera causa est: quia nō tendebāt in idē obiectū. Nā appetitus tendebat in mortē tanq̄ discōuenientem nature: et ideo ipsam refugiebat. Volūtas autē tendebat in mortē tanq̄ cōuenientem generi hūano. Tertia causa potest assignari etiā: et hec potissima: q2 voluntas christi volebat appetitū refugere mortē. Cōtra istā solutionem argr̄ appetit⁹ sensitiuus xp̄i appetebat cibū: vt habetur Matthei.4.cap. quādo dixit ei tentator: dic vt lapides isti panes fiāt. Similr̄ appetebat potum: qñ Joan.19. dixit sitio et voluntas christi nolebat tūc comedere aut bibere ergo erat ibi rebellio inter appetitū sensitiuū christi: et eius voluntatē: ɔña probatur in nobis nō ē alia rebellio: nisi q appetitus sensitiu⁹ aliquid appetit. Et voluntas sequēs rōnē illud refugit ergo pariforma in xp̄o similis repugnātia inter appetitū sensitiuū xp̄i et eius volūtatē diceretur rebellio. Ad hāc replicā rñdetur negando ɔñam et ad ꝓbationē nego q illa sit totalis causa: sed cū hoc ē vna alia. s. q in nobis appetitus sensitiuus preuenit rōnem: sed in xp̄o rō preueniebat appetitum sensitiuū et volebat appetitum sensitiuū talr̄ appetere quare erat cōformitas in actu et nō rebellio. veluti inter dñm deum et Abrahā volētem occidere filiū suū ysac. vt dictum est in notabilibus.

¶ Scd̄o arguitur sic in christo fuerunt primi motus circa obiecta illicita: ergo fuit eodē modo rebellio sicut in nobis: añs probatur potentia sensitiua xp̄i erat eiusdē speciei cum nostra et nō erat glorificata: et obiecta illicita sibi aplicabanṫ in debita distātia: et in nostra potentia sensitiua insurgūt tales motus circa obiecta illicita: igitur ī christo insurgebāt tales motus circa obiecta illicita: ɔña tenet: q2 nō videtur maior rō de potētia nr̄a sensitiua q̄ de potētia sēsitiua xp̄i post q̄ tūc nō erat glificata vltia pars añt probatur auctoritate apostoli ad romāos. 7. c. non enim qd̄ volo bonū hoc facio: sed qd̄ nolo malū hoc ago et ad galatas. 5. caro ɔcupiscit aduersus spiritum: et spūs aduersus carnē. Pro huius argumenti solutione est notā

dum ſcđʒ diuū Tho. ⁊ alios docto-
res ꝙ trifariā inſurgit appetit⁹ ſen
ſitiuus in nobis p̄mo mō: q̄ꝛ ſenſus
appetit ꝯueniētia carni q̄ nō reſpi-
cit rō: imo reſpuit. Scđo mō appe-
titus ſenſitiuus effrenate ⁊ immo-
derate tēdit in ſuū obiectum ſine re
gimine rōnis. Tertio mō ſenſuali-
tas tendens in ſuū obiectū motum
rōnis in totuʒ impedit vel in parte.
Iſto notato rńdetur ad formā argu
menti negādo aīs ⁊ ad probationē
negatur ꝯña: ⁊ ad probationē nega
tur ꝙ non ſit maior ratio de vno q̄
de alio: ⁊ dał a doctorib⁹ triplex rō:
prima rō eſt q̄ꝛ dn̄s deus nō cōcur-
rit: et ſine ipo fctm̄ eſt nil: ſcđa eſt
q̄ꝛ aīa chriſti habebat habit⁹ impe-
dientes ne tales motus inſurgerēt
Tertia eſt voluntas xp̄i erat mira-
bilr atēta circa diuia cū intellectu: ⁊
teſte philoſopho nr̄o plurib⁹ intēt⁹
minor eſt ad ſingula ſenſus: ⁊ ideo
non inſurgebāt tales motus in xp̄o
circa obiecta illicita ⁊ hęc ratio mihi
magis placet: docet em̄ experiētia:
ꝙ ſi aliquis ſtudeat ⁊ mirabiliter ſit
attētus circa ea q̄ ſtudet non inſur-
gent in eo mot⁹ circa mulieres: pa-
riforma ſi aliquis patiatur mirabi-
les dolores nō inſurgēt in eo mot⁹
circa obiecta illicita: ⁊ reuera nulla
eſt cōparatio attētiōis ⁊ aduerſiōis
iſtorum ad attentionē aīę xp̄i circa
diuia: nimiꝝ ergo ſi nō iſurgebāt in
eo tales mot⁹ circa obiecta illicita.

¶ Queritur quarto circa eādē
diſtin. an decuit xp̄ʒ orare. Pro h⁹
quęſtionis declaratiōe eſt notādum
ꝙ oratio eſt quędā explicatio prope
volūtatis apud deū: vt eaʒ impleat
Alteri⁹ eſt preſupponēdū vt dictuʒ
eſt in prima. q. h⁹. diſ. ꝙ in xp̄o eſt
alia volūtas a diuina voluntate. ſ.
hūana volūtas. Iſtis notatis rńdeł
ad queſtionē per aliquas cōcluſio-
nes: quarū Prima eſt iſta: non de-
cuit chriſtum orare ſcđm volūtateʒ
diuinā iſta ꝯcluſio probatur vana ē
orō illius qui oīa pōt: ſed voluntas
diuia xp̄i oīa poterat: ergo vana fu-
iſſet eius orō ſi oraſſet: ſed non po-
terat eſſe vana ⁊ in caſuʒ: ergo non
orauit ſcđm voluntatem diuinam.
Scđa cōcluſio eſt iſta decuit chriſtū
orare ſcđm voluntatē hūanam: iſta
cōcluſio probatur volūtas humana
xp̄i multa volebat quę non poterat
implere per ſemetipſaʒ: ſed bn̄ per
dn̄m deum: ergo cōueniens erat ta
lia petere a dn̄o deo: ⁊ per ꝯn̄s de-
cuit xp̄m orare ſcđm voluntatē hu-
manā. Tertia concluſio eſt iſta: xp̄s
orauit ſcđm voluntatē humanā con
ditionaliter: iſta cōcluſio probatur
authoritate diui Matthei. 26. ⁊ luce
22. aſſerentiū ꝙ chriſt⁹ orauit dicēs
pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me
calix iſte. Quarta concluſio eſt iſta
chriſtus ſcđm volūtatem hūanam
orauit per ſe abſolute: iſta cōcluſio
probał authoritate Ioānis. 12. cap.
aſſerētis: ꝙ ſaluator dixit pater ſal-
uifica me ex hac hora ⁊ clarifica no-
mē tuū: ⁊ vēit vox de celo a deo pře
d. ⁊ clarificaui ⁊ iterū clarificabo.

¶ Contra tertiā ⁊ vltimā con-
cluſiones argř: ſic xp̄s oīa poterat:
ergo ſuperflua fuit orō eius: ſed nul
la oratio ei⁹ fuit ſuperflua: ergo no

d̄:auit. Ad hoc argumentū r̄ndetur diſtinguēdo aſs vel ſcd̄m hūanitatem: ꝛ ſic negatur illud vel ſcd̄m diuinitatem: ꝛ ſic cōceditur illud. ꝛ negatur ꝯña rō eſt: qꝛ non orauit ſcd̄ʒ diuinitatē: ſed ſcd̄m hūanitatē. Cōtra iſtā ſolutionē argr̄ hūanitas xp̄i ſciebat: ꝛ erat certa ꝙ illa que petebat fierent. qꝛ oīa futura videbat in v̄bo diuino: ergo ſupflue orabat ſecundū humanitatē: ꝯña tenet: qꝛ nemo eſt qui roget deū vt craſtina die oriatur ſol nec ꝙ poſtvnum diem ſequat artificialiter nox. Ad hanc replicam r̄ndetur negādo ꝯñam: ꝛ ad probationē dico ꝙ nos ſupflue oraremus talia: qꝛ ſine nr̄a oratiōe illa fierent: ſed nō ita eſt de hūanitate xp̄i nam q̄uis erat certa: ꝙ fierent: erat tñ certa ꝙ nō fierēt: niſi ipa oraret: ideo nō ſupfluum: immo rōnabile erat ipam hūanitatem xp̄i orare deuz p̄rem. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur: teſte Damaſceno in.3.ſententiaꝝ orō eſt aſſenſus intellectus in deū: ſed intellectus aīe xp̄i nō indigebat tali aſſenſiōe: ergo hūanitas xp̄i nullo mō orauit. Ad hāc replicam r̄ndetur negādo ꝯñam: ꝛ rō eſt qꝛ ipſa nō orauit: vt eleuaret intellectū ſuū in deum: ſed vt nobis mereretur gratiam ꝛ gloriam.

¶ Scd̄o argr̄ ſic ſi xp̄s oraſſet ſcd̄m humanitatē: etiā oraſſet ſcd̄ʒ ſenſualitatē: ꝯñs eſt falſum: igitur falſitas ꝯñtis probatur ſenſualitas non eſt capax cognitiōis diuine: ergo xp̄s nō potuit orare ſcd̄m ſenſualitatem: ꝯña tenet qꝛ ad orationem requirit eleuatio in deū: ſed ſenſualitas non pōt eleuari in deum: ergo xp̄s nō potuit orare ſcd̄m ſenſualitatē: iā probatur p̄ma ſeq̄la authoritate pſalmiſte. d. cor meum ꝛ caro mea exultauerūt in deum viuū: ſed ſenſualitas dr̄ appetit⁹ carnis: igit ſequela vera. Ad hoc argumentum r̄ndetur negando ſequelā: ꝛ ad ꝓbationē dico: ꝙ pſalmiſta capit li exultare metaphorice ꝑ redūdātia glorie anime xp̄i in ipam carnē. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur: ei⁹ eſt orare cuius eſt deſiderare qd̄ petitur: ſed xp̄s petijt Matthei.26.cap. ꝙ trāſiret calix ꝛc̄. ꝛ hoc deſiderabat ſenſualitas: ergo ſenſualitas orauit. Ad hoc r̄ndetur negādo maiorez: ꝛ dicitur ꝙ xp̄s in illa orōni fuit aduocat⁹ ſenſualitatis ꝛ ſi dicas: ergo ſenſualitas ſignificauit rōni vt aduocaret pro ipa: negatur ꝯña: nam ſenſualitas non eſt capax taliū: ſed bene verū eſt: ꝙ rō cognoſcebat deſideriū ſenſualitatis: ꝛ xp̄s ſolū fecit talem orōnē vt oſtēderet ſe aſſūpſiſſe verā humanitatez: ꝛ propter eādem cauſam oñdit triſtitiā timorez: ꝛ ſic de alijs ſciebat. n. ꝙ futuri erāt heretici: qui dicerent xp̄m aſſūpſiſſe corp⁹ phātaſticū vel celeſte: vel nō aſſūpſiſſe aīam rōnalem: ſʒ ſolaʒ carnē ſicut apollinaris hereſiarcha dicebat. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur magis eſt vniri v̄bo diuino q̄ʒ eleuari in deū: ſenſualitas eſt vnita v̄bo diuino: ḡ a fortiori fuit eleuata in deū. Ad hanc replicā r̄ndet negādo ꝯñam: ꝛ rō eſt qꝛ tale minus nō includitur in illo maiori magis eni eſt eſſe rōnis capacē q̄ʒ volare: attū bō eſt capax rōnis nequit tñ volare.

¶ Tertio arguitur ſic cõtra vltimã cõcluſionem teſte diuo Cipriano in.q.2.de oratione: pacis ⁊ vnitati magiſter noluit ſigillatim ⁊ priuatim p̄ces fieri: ſed voluitq̄ p̄ces fierent pro oībus fidelibus xp̄ianis ⁊ teſte Luca in primo cap. actuum apoſtolorum cepit ieſus facere: ⁊ docere ergo chriſtus nūq̄ rogauit pro ſe: ſed pro oībus xp̄ianis. Ad hoc argumentū rñdetur negãdo ꝯñam: ⁊ rõ eſt q̄r quãdo rogauit pro ſe Joã. 12.cap. non ſolū rogauit pro ſe: ſed pro illis q̄ erant p̄ñtes vt crederent in eum ⁊ pro nobis etiã: illud.n.redūdabat ad ſalutē p̄ñtiū ⁊ futurorum.

¶ Queritur quinto circa eãdē diſtin. an chriſtus in qualibet ſua oratione fuerit exauditus a deo patre Ad hãc difficul. rñdetur p̄ duas concluſiões. quarū Prima eſt iſta: xp̄s in qualibet ſua orõne procedente a volūtate libera ⁊ abſoluta fuit exauditus a deo patre: iſta cõcluſio probatur authoritatibus ⁊ rationibus. Prima authoritas eſt ſalua Joã. 11.d. ego autem ſciebã q̄m ſemp̄ audis me. Scd̃a authoritas eſt apoſtoli ad hebreos.5.cap.d.de chriſto exauditus eſt pro ſua reuerētia. Tertia eſt pſalmiſte.d.pſalmo.20.deſideriū cordis eius tribuiſti ei.ſ.xp̄o ⁊ voluntate labiorū eius nõ fraudaſti eum: q̄m preueniſti eum in b̄ñdictionibus dulcedinis. Prima rõ talis eſt dignior ē exaudiri xp̄s: q̄̄ aliquod mēbrū eius: ſed q̄ºl3 mēbrū xp̄i ſi petit in noīe eius exauditur iuxta illud Joã.14. quicq̄d petieritis patrē ĩ noīe meo dabit vobis. ergo a fortiori xp̄s qui eſt caput in q̄l3 ſua oratione libere ⁊ abſolute a deo patre exauditur. Scd̃a rõ talis eſt volūtas libera ⁊ abſoluta xp̄i ſemp̄ fuit ꝯformis volūtati diuine beneplaciti: ſed voluntas diuina b̄ñplaciti ſemper adimpletur: ergo xp̄s in qualibet orõne ſua emanãte a volūtate libera ⁊ abſoluta fuit exauditus. Scd̃a cõcluſio eſt iſta xp̄s in orõne p̄cedente a volūtate ꝯditionata vel naturali nõ fuit exauditus: iſta cõcluſio p̄batur authoritate Regij prophete pſalmo.21.d. in p̄ſona chriſti deus meus clamabo per diem ⁊ non exaudies ⁊ nocte ⁊ non ad inſipientiam mihi. Rõne probatur ſic xp̄s rogabat ꝯditionaliter q̄ nõ moreretur: ⁊ quo ad hoc non fuit exauditus: igitur cõcluſio vera: inſup̄ volūtas naturalis xp̄i refugiebat mortem: ⁊ nihilominus mortuus eſt: igitur concluſio vera.

¶ Cõtra primã concluſionē arguitur ſic chriſtus orauit abſolute ⁊ libere vt peccatū crucifixoribus ſuis dimitteret: vt h̄etur.22. cap. luce ⁊ deus pater nõ pep̄it oībus crucifixoribus chriſti: igitur xp̄s nõ fuit exauditus in q̄libet orõne abſoluta ⁊ libera. Inſup̄ ioãnis.17.cap. rogauit pro oībus diſcipulis ſuis: ⁊ pro oībus illis qui erãt credituri in eū: ſed nõ oēs diſcipuli eius fuerūt ſaluati: nec oēs q̄ credūt in eū aut credēt erunt ſaluati: ergo nõ fuit exauditus xp̄s in q̄l3 orõne libera ⁊ abſoluta. Ad iſta duo argumēta rñdetur a doctoribus: q̄ xp̄s nõ rogauit pro oībus ſimplr̄: ſed ſolū orauit pro illis: q̄ erãt

predeſtinati vt cõſequerētur vitam eternã per ipſum: ꝛ ꝙ hec rñſio ſit optima: patet qꝛ expſſe in caſu allegato dicit ſaluatoꝛ nr̃ deo patri nõ rogo pro mũdo. i. pro homine mundano ꝛ ſequēte volũtates hui⁹ mũdi ex quo v̄bo clare patet ꝙ intẽtio chriſti ſolũ erat oꝛare pro predeſtinatis ad vitã eternam: ꝛ non pro reprobis ꝛ notũ eſt ꝙ fuit exauditus pro predeſtinati.

Si xp̄s meruit ſibi ꝛ nobis ꝛ quid ſibi ꝛ quid nobis.

Diſtinctio. XVIII.



E merito etiam xp̄i pretermittendū nõ eſt. de quo quidam dicere ſolēt ꝙ nõ ſibi ſed membris tm̃ meruerit. Meruit quidem membris redemptionē a diabolo/a peccato/a pena: ꝛ regni reſerationē vt a mota ignea rompbea libere pateret introit⁹. ſed ꝛ ſibi meruit impaſſibilitatis ꝛ immoꝛtalitatis gl'iam: ſicut ait apl'us. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſqꝫ ad moꝛtē moꝛtem autē crucis. ppter qđ ꝛ deus exaltauit illum ꝛ dedit illi nomen qđ eſt ſuper omne nomen. Aperte dicit apl'us xp̄m propterea exaltatū per impaſſibilitatis gloꝛiam: qꝛ eſt humiliatus p paſſionis obedientiã. Humilitas ergo paſſionis meritum fuit exaltationis: ꝛ exaltatio premium humilitatis. Unde Auguſ. exponens premiſſum capitulũ ait. Ut xp̄s reſurrectiõe clarificaretur: prius humiliatus eſt paſſione humilitas claritatis eſt meritum. claritas hũilitatis eſt premium. Sed hoc totū factũ eſt in foꝛma ſerui. In foꝛma eñ dei ſemp fuit ꝛ erit claritas. Idē Ambro. idem capitulũ tractãs ait. Quid ꝛ quantū humilitas mereatur hic oſtēditur. His teſtimonijs euidens fit. ꝙ xp̄s p humilitatē ꝛ obedientiã paſſionis meruit clarificationē coꝛporis: nec id ſolum: ſed etiã impaſſibilitatē aïe. Anima eñ ipſius ante moꝛtem erat paſſibil': ſicut caro moꝛtal'. ſꝫ poſt moꝛtē merito hũilitatis ꝛ aïa impaſſibil' facta eſt ꝛ caro imoꝛtalis. Utrum autē aïa ſit facta impaſſibilis qñ caro facta eſt imoꝛtalis. ſ. ipo reſurrectionis momento de autoritate nobis certum nõ eſt. Sed vel mox poſt carnis ſeparationē anima impaſſibilitate donata ē: aut in reſurrectione quando caro refloꝛuit.

Qd a cõſpectu meruit ſibi Chriſtꝰ hoc qd ꝑ paſſionẽ.

¶ Nec ſolum hoc meruit chriſtus qñ patri obediẽs crucẽ ſubijt: ſed etiã ab ipſa cõceptione ex quo homo factus eſt per caritatem ⁊ iuſticiam ⁊ alias v̄tutes: in quarũ plenitudine fuit ſecũdũ hoiem conditus: ſibi tantũ meruit quantũ poſt ꝑ martyrij tolerantiam. Tanta eñ plenitudo ſpũalium cariſmatum in eo fuit ꝙ in eis proficere non potuit: ⁊ ideo melior ipius aia fieri nõ potuit. ꝙ̃ ab initio ſue conditionis extitit: q2 proficere in meritis nõ valuit. Ut eñ Grego. ait. Nõ habuit omino xp̄s iuxta anime meritum quo potuiſſet ꝓficere. Immẽbris aũt q̃ nos ſumꝰ quotidie proficit. Non ergo plꝰ meruit ſibi per crucis patibulũ ꝙ̃ a conceptione meruit ꝑ gratiam virtutum. Nõ ergo profecit ſecũdum aĩe meritum quantũ ad virtutem meriti. ꝓfecit tñ quantum ad numerũ meritoꝝ. Plura eñ habuit merita in paſſione ꝙ̃ in cõceptione: ſed maioris virtutis non extiterunt in merẽdo plura ꝙ̃ ante fuerant pauciora. Meruit ergo a cõceptione non modo gl'iam impaſſibilitatis ⁊ immortalitatis corporis: ſed etiã impaſſibilem aie. Per qd: Per obedientiã ⁊ volũtatem perfectam quã nõ tunc primo habuit nec maiorẽ cũ pati cepit ⁊ mori. Obediens eñ ꝑfecte ⁊ bonꝰ extitit ſcd'ʒ hominẽ ex quo fuit hõ Habuit ergo aia illa aliqd bonũ in ſe poſt mortem qd nõ habuit ante. Non ergo beatior vel melior fuit ꝙ̃ añ. Abſit ꝙ melior fuerit: q2 non ſantior: nec gratia cumulatior. Nec etiam beatior fuit in dei cõtemplatione in quo ꝓ̄cipue beatitudo cõſiſtit. Poteſt tamen dici in hoc beatior fuiſſe: quia ab omni miſeria immunis. Ex quo nequiuit inferri ſimpliciter ꝙ beatior fuerit.

De eo quod ſcriptũ eſt donauit illi nomẽ qd eſt ſuper omne nomen.

¶ Nec tantum gloriã impaſſibilitatis ⁊ immortalitatis meruit: ſʒ etiam donari ſibi nomẽ quod eſt ſuper omne nomẽ. ſ. honorificentiam. qd vocatur deꝰ. hoc tamen ante morteʒ habuit. Habuit eñ hoc nomẽ dei filius inquantum deus eſt ab eterno per naturam: in quantum homo factus eſt habuit ex tẽpore ꝑ gratiam. Uerũtamen Auguſ. dicit

homini donatum eſſe illd nomē nō deo: qꝛ illud nomē habuit cū in forma dei tantū erat. Sed cū dicitur ꝓpter quod illum exaltauit: ꝛ donauit illi nomen qd eſt ſuper omne nomē. ſatis apparet ꝓpter quid exaltauerit. i. propꝫ obedientiam ꝛ inqua forma exaltatꝰ ſit. In qua eñ forma crucifixus eſt: in ea exaltatus eſt: in ea donatum eſt ei nomē: vt cum ipſa forma ſerui nominetꝛ vnigenitus filius dei. hoc illi donatuꝫ eſt homini: qd iam habeat idem ipſe deus. Hoc ergo p gratiam accepit: vt ipſe ens hō vt ſubſiſtens in forma ſui. i. in anima et carne nominetꝛ. ꝛ ſit deus. Sed nunqd hoc meruit. ſupꝛa eñ dictū ē. qꝛ hoc tm̄ bonū hō ille nō meruit. quomō ergo hic dicitur ꝓpter obedientiaꝫ donatū eſt ei hoc nomen. Scdm tropum illū in ſcriptura creberrimū hoc capiendū eſt. quo dicitur res fieri qn do innoteſcit. Poſt reſurrectionem vo quod ante erat in euidēti poſitū eſt vt ſcirent homines ꝛ demones. Manifeſtationē ergo illius nomis donauit ei deꝰ poſt reſurrectionē: ſed illam meruit p obedientiā paſſionis. q eo qꝺ obediuit patiendo: exaltatus eſt reſurgēdo. ꝛ p hoc manifeſtuꝫ eſt nomen. Hoc eodem tropo vſus eſt etiā poſt reſurrectionē dicēs. Data eſt mihi omis poteſtas in celo ꝛ in terra. nō qꝺ tunc pꝛimo acceperit. ſed quā ante habebat. tunc manifeſtata ē poteſtas. Ceterꝫ Ambroſius dicit nomen illud donatū eſſe dō non homini. ꝛ videtur ſecus verboꝛū ſufficiem appoſitus Auguſ. Sed intelligentia nō obuiat. licet diuerſum ſapiatꝰ. Nam Ambroſiꝰ de naturali donatione id dictum intelligit. qua eternaliter pater generando dδit filio nomen quod eſt ſuper omne nomē. ſ. eſſe deuꝫ p naturam. quia genuit ab eterno filiū plenum ꝛ ſibi equalem dm. Quod tamē nomen apoſtolus propter paſſionis obedientiam chriſto donatū dicit. Sed premiſſo locutionis modo accipiendum eſt.

Si Chꝛiſtus ſine omni merito illa habere potuit.

¶ Si vero querit. Utrū Chriſtus illam imoꝛtulitatis ꝛ impaſſibilitatis gloꝛiā ꝛ nois dei manifeſtationem ſine omni merito habere potuerit. Sane dici pōt qꝛ humanam naturam ita glioſe ſuſcipere potuit. ſicut in reſurrectione extitit. nomenqꝫ ſuuꝫ ꝛ

aliter hominib⁹ manifeſtare po tuit. Sed homo paſſibilis eē nō potuit ſicut fuit. ⁊ ad illam glori am ſine merito ꝑuenire. Potuit quidem peruenire ad illam ſine merito paſſionis: q2 potuit con ſumpta mortalitate immortali-tatis glīa veſtiri: ſed nō ſine me-rito iuſtitie ⁊ charitatis aliarūq; virtutū. Non eīn Chriſtus ho-mo eſſe potuit: in quo plenitu-do virtutū ⁊ gratie nō fuit. Nec virtutes ei ineſſe potuerunt cili-cio mortalitatis induto quin ꝑ eas mereretur. Habēs ergo has virtutes ſcdm hoīem paſſibilem ac mortalem nō potuit nō mere ri gloriā immortalitatis. Nō er go potuit fact⁹ mortalis ſine me rito gloriā impaſſibilitatis ⁊ im mortalitatis ac manifeſtationez dei nominis cōſequi. Potuit tn̄ hoc aſſequi ſine merito paſſionis quia ꝑ paſſionem nil ſibi meruit. qđ non an̄ ꝑ v̄tutes meruerit.

De cauſa mortis et paſſio nis Chriſti.

¶ Ad quid ergo voluit pati et mori ſi ei virtutes ad merendū ille ſufficiebant? Pro te: nō pro ſe. Quomō pro me? Ut ipſius paſſio ⁊ mors tibi eſſet forma ⁊ cauſa. Forma virtutis ⁊ humili tatis. cauſa glorie et libertatis. Forma deo vſq; ad mortem obe diendi: ⁊ cauſa tue liberatiōis ac beatitudinis. Meruit eīn nobis per mortis ac paſſionis toleran tiam. qđ per precedentia nō me ruerat. ſ. aditum paradiſi. ⁊ redē ptionē a pctō: a pena: a diabolo ſi ꝑ mortem eius hic nō adep-ti ſumus ſcʒ redemptionē ⁊ filio rū glorie adoptionem. Ipſe eīn moriendo factus eſt hoſtia no-ſtre liberatiōis. Sed quomō ꝑ mortem nos a diabolo ⁊ a pctō redemit: ⁊ aditum glīe aperuit? Decreuerat deus in miniſterio vt ait Ambro. ꝓpter primū pec catū non intromitti hoīem ī pa radiſum. i. eſt ad dei contempla tionē non admitti: niſi ī vno ho mine tanta exiſteret humilitas q̄ omnibus ſuis ꝓficere poſſet ſi cut in p̄mo homine tāta fuit ſu-perbia que omnib⁹ ſuis nocuit. Non eſt aūt inuētus inter homi nes aliquis quo id poſſet imple ri. niſi Leo đ tribu iuda qui ape ruit librum: ⁊ ſoluit ſignacula. i-plēdo in ſe omnē iuſtitiam. i. cō-ſummatiſſimā humilitatem qua maior eſſe nō poteſt. Nā alij ho mines debitores erant ⁊ vix vni cuiq; ſui virtus ſufficiebat ⁊ hu militas. Nullus ergo eoꝝ hoſti

am poterat offerre ſufficientē re conciliatione noſtre. Sed chri‑ſtus homo ſufficiens ꝛ pfecta fuit hoſtia. qui multo amplius eſt humiliatus amaritudinē mortis guſtando ꝙ ille Adaꝫ ſuperbijt per eſum ligni vetiti noxia dele‑ctatione pfruendo. Si ergo illi⁹ ſupbia oīm extitit ruina. ipm de padiſo mittens foras. aliiſqꝫ ac cludens ianuā. multomagꝭ chri‑ſti humilitas quam p mortē guſtauit. ingreſſuꝫ regni celeſtꝭ omnibus ſuis impleto dei decreto apire valuit atqꝫ decreti dlere cyrographum. Ut eīm ait Ambroſius. Tantū fuit peccatū noſtrū vt ſaluari non poſſemus niſi vnigenitus dei filius ꝑ nobis mo‑reret̄ debitoribus mortis. ſed ſic dignos nos fecit teſtamenti ꝛ ꝓmiſſe hereditatis. Qđ nō ita eſt intelligendū. quaſi non alio mō ſaluare nos potuerit. ꝙ p mor‑tē ſuam: ſꝫ qꝛ p aliam hoſtiā non potuit nobis aperiri regni adit⁹ ꝛ fieri ſalus: niſi p mortē vnige‑niti. cuius tāta fuit vt dictuꝫ eſt humilitas ꝛ patientia: vt ei⁹ merito pateret credentibus in eum adit⁹ regni. Magna ergo ī morte vnigeniti preſtita ſunt nobis vt liceat nobis redire in patriaꝫ. ſicut olim in morte ſummi pontificis: his qui ad ciuitateꝫ refugij confugerant ſecure ad ꝓpria remeare. Ecce aliquaten⁹ oſtenſuꝫ eſt: qualiter p chriſti mortē adi‑tus regni ſit nobis paratus.

Circa decimaꝫ octauā diſti. queritur pri‑mo. vtrū aīa xp̄i in primo inſtāti ſui eē meruit ſuam beatitudinē. Pro hui⁹ q̄ſtionis intelligaꝭ eſt primo notitiaꝫ ꝙ magiſter eſt cōtrouerſia inter do‑ctores: an volūtas poſſit elicere actum ſuū in inſtanti: ſed nunc nō eſt pñtis ſpeculationis: ſed ſupponēdi eſt opinio cōis. ſ. ſancti Bonauenturi: diui Thomę: doctores ſup. Guillelmi occhā: ꝛ Gregorij de ari. videlicet ꝙ volūtas poteſt elicere actuū ſuū in inſtanti. Scđo eſt notādū ꝙ xp̄s fuit cōprehēſor ꝛ viator: quoad aīam fuit ꝯprehenſor. Nā in primo inſtanti vidit clare ꝛ intuitiue eſſentiā diuinā: fuit eēt viator quoad corpus. Nā corpus eius non fuit glorificatū reſurrectionē. Tertio eſt no‑tandū ꝙ meritū ſic debet diffiniri: meritū eſt operatio accepta ad vitā eternā: ex iſta diffinitione. Sequiꝭ ꝙ nulla omiſſio eſt meritoria: rō eſt qꝛ nulla talis ē operatio accepta ad vitā ęternā. Scđo ſequiꝭ ꝙ ad meritum non requiritur: ſicut aliq̄ dicūt ꝙ xp̄s operatio ſit elicita ex gratia. Nā ſi bonus xp̄ianus in iſto inſtāti preſenti eliciat cōtritionē pctōꝝ ſuo

rū talis contritio eſt meritoria: ⁊ tñ
nō eſt operatio elicita ex gr̄a. Quar
to eſt notandū ꝙ duplex eſt opinio
rn̄ſiū ad queſtionē prima eſt aliquo
rum moderorum tenentium partez
affirmatiuam. ¶Contra quam opi-
nionē arguitur ſic: ſi aīa xp̄i meruit
ſuā bt̄itudinē vl' meruit eā mediāte
actu bt̄ifico vl' mediāte actu nō bea-
tifico: nullū iſtoꝝ poteſt dari. igitur
non meruit ſuā beatudinē: ꝙ nō po
teſt dari primū ptz: qꝛ ſequeretur ꝙ
idē eēt premiū ⁊ meritū: ꝯñs impli
cat: igitur ſequela probatur talis ac
tus beatificus eſt premiū: ⁊ eſt meri
tum. igitur ſequela vera. Jā proba
tur ꝙ nō poſſit dari ſcd̄m nā talis ac
tus non erit dilectio dei ſuꝑ oīa: igi
tur non erit meritorius tante' beati
tudinis: aīs probatur non eſt actꝰ
beatificus: ergo non eſt dilectio dei
ſuper oīa. Pro huiꝰ argumēti ſolu
tione eſt aduertēdū ꝙ oēs doctores
catolici conueniunt in hoc. ſ. ꝙ anīa
xp̄i in primo inſtanti ſue creationis
habuit vnā notitiā intuitiuā: que ꝓn
cipaliter ſolū repreſentabat eſſētiā
diuinā ⁊ vnā fruitionē: qua ſolū di-
ligebat eſſentiā diuinā ſuꝑ oīa: ⁊ vl-
tra iſtos. ij. actus habuit in portiōe
inferiori: que etiā dicitur portio ſu-
perior large. iſtū actū. ſcꝫ volo pati
mortē pro redēptione gn̄is humani
propter deū: ⁊ iſte actus eſt dilectio
dei ſuper oīa: ⁊ non eſt actus beatifi
cus. Jſto notato facile eſt rn̄dere ad
formā argumenti negādo minorez
⁊ ad probationē nego ꝙ non poſſit
dari ſcd̄m: ⁊ ad probationē nego ꝙ
ille actus non ſit dilectio dei ſuper
oīa: ⁊ ad ꝓbationē negatur ꝯñs: non
enī inconuenit ꝙ idē actꝰ ſit dilectio
creature ⁊ dilectio dei: qn̄ talis crea-
tura vnico actu diligitur propter
deū: immo ſemper qn̄ diligitur vni
co actu creatura: propter deū ſemꝑ
talis actus eſt dilectio creature ⁊ di
lectio dei ſuper oīa. ¶Cōtra iſtā ſolu-
tionē arguitur meritū debet prece-
dere premiū: ſed in primo inſtanti
aīa xp̄i habuit premiū: ergo aīa xp̄i
non meruit ſuā beatitudinē. Ad hāc
replicā facile rn̄detur diſtinguendo
maiorē vl' tp̄e ⁊ ſic negatur illa. Nā
qn̄ peccator elicit contritionez ſuoꝝ
peccatoꝝ gratia datur tanq̄ ꝓmiū ⁊
non eſt poſterior ipſo merito tp̄e vl'
ꝓcedēdo natura: ⁊ ſic conceditur illa
⁊ negatur ꝯñs. ¶Cōtra iſtā opinionē
nullū aliud argumentū ſolet fieri ⁊
iſtud non concludit: ſed facile eſt ſo-
lutū: ⁊ reſolutio ꝯſiſtit ꝙ aīa xp̄i me
diante illo actu q̄ volebat pati mor-
tem pro redēptione gn̄is hūani pro
pter deū merebatur ſuā bt̄itudinez:
⁊ talis actus non eſt beatificꝰ vt no
tum eſt.

¶Nihilominꝰ cōis opinio oīz
doctoꝝ antiquoꝝ eſt: ꝙ xp̄s nō me-
ruit ſuā bt̄itudinē: ſꝫ gratis ipſaz ha
buit: ⁊ contra iſtā opinionē ſolū eſt
vnū paruū argumētū. ſ. ꝙ xp̄o attri-
buendū eſt illud qd̄ glorioſius ⁊ no
bilius eſt: ſed glorioſius ⁊ nobilius
eſt habere beatitudinē ex meritis q̄
ſine meritis: ergo xp̄s meruit ſuam
beatitudinē. Ad hoc argumentum
reſpondet diuus Thome negando
minorē: ⁊ dicit ꝙ glorioſius fuit xp̄o
habere beatitudinē aīe ſine meritis
q̄ ex meritis: ratio eiꝰ eſt qꝛ habuit

eam quodāmodo a natura: ideo q2 habuit illā in primo instāti ſue creationis: ideo videt eſſe cōnaturalis ei: ⁊ hoc eſt nobilius ⁊ glorioſius. Aliter th̄ r̄ndetur doctor ſubtilis. q2 maior itelligitur qn̄ talis beatitudo cadit ſub merito: modo beatitudo aīe xp̄i fuit adeo excellens ⁊ triūphans q2 non cadebat ſub merito: ideo aīa xp̄i nec meruit neq3 potuit mereri illam. Circa iſtā queſtionē dubitatur vtrū actus beatificus ſit meritori⁹. Ad hoc dubiū r̄ndetur: q2 dn̄s deus bene poteſt acceptare actū beatificum ad vitā ęternā: immo etiā act⁹ indifferentes poteſt acceptare ad vitā ęternā: nihilominus eos non acceptat. Nā alias quilibet beatus cōtinuo mereretur ⁊ ex̄ſiti infinitā gloriam: quilibet beat⁹ meretur quod eſt oīno abſurdū: nec concedēdū eſt de actu beatifico aīę xp̄i q2 ſit meritorius vitę ęternę. Nā per nullū talem actū aīa xp̄i merebatur ⁊ mirādum eſt quō hoc concedatur ab aliq̄bus doctorib⁹. viſo q2 oēs doctores ponunt actus aīe xp̄i eo mō quo poſiti ſunt in ſolutione argumenti. nā notū eſt q2 actus per quos merebat aīa xp̄i non erant beatifici: neq3 portiōis ſuperioris proprie ſiue ſtricte: ſed portionis inferioris aut ſuperioris large.

¶ Queritur ſcḋo circa eandem diſtin. Utrū aīa xp̄i in primo inſtanti ſue creationis ſui corporis glorificationē ⁊ celi apertionem meruerit. Ad hanc queſtiōnē r̄ndetur p̄ duas concluſiones quarū p̄rima eſt iſta. Aīa xp̄i a primo inſtanti ſuę creationis ſui corporis meruit glorificationem. Iſta concluſio patet auctoritate ap̄li ad Philip. 2. capi. dicentis. Exinaniuit ſemetipſum formā ſerui accipiens: ⁊ hūiliauit ſemetipſū fact⁹ obediēs vſq3 ad mortē mortē3 aūt crucis ꝑpter qḋ ⁊ de⁹ exaltauit illū: ⁊ donauit illi nomen qḋ eſt ſup omne nomen. Nā talis exaltatio ſecūdū magr̄m ⁊ cęteros doctores catholicos eſt reſurrectio ad gl'ia3 corporis. Scḋa concluſio eſt iſta aīma xp̄i in primo inſtanti ſue creationis celi meruit apertionē. Iſta cōcluſio patet autoritate Aurelij Auguſt. ſuper epiſtolā ad Hebreos dicentē p̄ aliā hoſtiā non potuit nobis aperiri aditus regni celoꝝ ⁊ fieri ſalus niſi per mortē vnigeniti.

¶ Contra primā concluſione3 arguitur ſic illud qḋ naturaliter ſequitur ad aliud ex̄ñs ſine merito nō cadit ſub merito: ſ3 gloria corporis xp̄i naturaliter ſeqtur ad gloriā aīe: ⁊ gloria aīę xp̄i non cadit ſub merito: ergo neq3 gloria corporis xp̄i quę naturaliter ſequitur ad gloriā aīmę naturalit̄ cadit ſub merito. Ad hoc argumentū reſpondet doctor ſubtilis. q2 gloria aīę xp̄i ē adeo excellēs: q2 non cadit ſub merito: ſed bn̄ gl'ia corporis cadit ſub merito: ⁊ xp̄s meruit obſtaculū amoueri: ſed reuera melius r̄ndetur diu⁹ Thomas. ſ. q2 gloria corporis nō ſequitur naturaliter ad gloriā aīę: ſ3 ex ordinatiōe diuina: ⁊ dn̄s deus ordinat q2 gloria aīę xp̄i non redundaret in corp⁹ xp̄i vt poſſet genus hūanu3 redimere: ideo gl'ia corporis xp̄i cadebat ſub merito.

¶ Scd̃o argr̃ contra ſcd̃am cõ
cluſionẽ ſi xp̃s meruit apertionẽ pa
radiſi vl' meruit apertionez paradiſi
terreſtris vl' cœleſtis nullũ iſtoꝝ eſt
dicendũ: igitur ↄcluſio fl'a: q̃ nõ poſ
ſit dari primũ dupliciter probatur:
qꝛ helias ꝛ enoc intrauerunt para-
diſum terreſtre ante natiuitatẽ xp̃i
Scd̃o qꝛ nos non poſſimus intrare
q̃ non poſſit dari ſcd̃m patet: celum
nunq̃ fuit clauſum: ergo nõ meruit
apertionẽ cœli. Ad hoc argumentũ
r̃ndetur negando minorẽ: ꝛ datur ſe
cundũ: ꝛ ad probationẽ negal' aña:
immodico q̃ claudebatur qñ claude
batur paradiſ⁹ terreſtris: rõ eſt: qꝛ
ſi primus parens nõ peccaſſet celũ
erat ei apertum: ita q̃ poſt longam
vitam i paradiſo terreſtri ſine mor-
te tranſlatũ fuiſſet ad celũ ad gl'iaz
celeſtez: ſed poſt pctm̃ celum fuit ei
clauſuz quãuis obiſſet in gratia gra
tum faciente.

¶ Tertio arguitur ſic: ſi Chri-
ſtus meruit apertionez regni celoꝝ
vl' meruit merito actionũ vl' merito
pãnũ nullũ iſtoꝝ eſt dicẽdum: ergo
non meruit apertionẽ regni cœlorũ
q̃ nõ poſſit dari primũ probatur ſe
queretur q̃ incaſſum crucifixus fuiſ
ſet xp̃s: ↄñs eſt abſurdum: igitur ſe
quela probatur merebatur xp̃s per
actionẽ: ergo ſuperfluũ erat ipſum
pati. Jam probatur q̃ non poſſit da
ri ſcd̃m: ſequeretur q̃ xp̃s ꝓfeſſiſſet
in merito: ↄñs eſt hereticũ: igitur ſe
quela probatur per paſſionẽ mere-
batur: ꝛ ante paſſionem nõ merue-
rat: ergo profeciſſet immerito. Ad
hoc argumentum r̃ndetur negãdo
minorẽ: ꝛ do primũ membꝛuz: ꝛ ad
improbationẽ negatur ſequela: ꝛ ad
probationẽ negatur ↄña: ꝛ rõ eſt: qꝛ
talis paſſio erat imperata ab actio
ne xp̃i: qua volebat pati mortẽ ꝓ re-
demptione gñis hũani propl' deũ.

¶ Quarto arguitur ſic vl' iuſtũ
erat regnũ celoꝝ aperiri vl' iniuſtuz
nullũ iſtoꝝ eſt dandũ: ergo xp̃s non
meruit apertionẽ regni celoꝝ: q̃ nõ
poſſit dari primũ probatur bene ſe
quitur iuſtũ erat aperiri regnũ cœ-
loꝝ: ergo non opus erat q̃ xp̃s illd̃
mereretur: q̃ non poſſit dari ſcd̃m:
patet ſequeretur q̃ xp̃s mererel' rez
iniuſtã: ↄñs eſt falſum: igitur ſeque
la probatur meruit apertionẽ regni
celoꝝ: ꝛ hoc eſt iniuſtũ: ergo meruit
rem iniuſtã. Ad hoc argumentũ reſ
pondetur negando mi. ꝛ dico q̃ iu-
ſtum erãt cœlũ aperiri facta ſatiſfa
ctione: que debebat fieri per xp̃m: ſꝫ
non erat iuſtũ cœlũ aperiri ante ta-
lem ſatiſfactionẽ: ꝛ nego q̃ xp̃s me
ruit rem iniuſtã: ſed bene meruit qd̃
illd̃: qd̃ erat iniuſtũ ante ſatiſfactio
nez fieret iuſtum poſt ſatiſfactionẽ.
Cõtra iſtã ſolutionẽ arguitur iuſtuz
erat ante incarnationẽ xp̃i cœlũ ape
riri: ꝛ ante paſſionem. ergo iuſtum
erat cœlũ aperiri ante ſatiſfactionẽ
aña probatur charitas meretur glo
riaz de cõdigno: ꝛ exꝑñti apertionẽ
regni celoꝝ: ſed Abꝛahã habuit ma
gnã caritatẽ: qñ voluit immolare fi
lium ſuũ vnigenitũ ex Sarra: ergo
charitas Abꝛahe merebatur tũc glo
riaz de condigno ꝛ exꝑñti apertionẽ
regni celoꝝ ante ſatiſfactionem. Ad
hanc replicã r̃ndetur negando añs:

τ ad probationē diſtingō φ caritas meretur gloriā de condigno vl' nō in includēdo meritū paſſiōis xpi: τ ſic negatur illa maior vl' includēdo meritū paſſiōis xpi: τ ſic conceditur illa: τ dico φ oēs qui meruerunt ante incarnationē xpi meruerūt in fide τ merito paſſiōis xpi exhibēde: τ ideo non debuerunt habere gloriam niſi prius: paſſio xpi exhiberet. Contra iſtā ſolutionē arguitur: fides xpi ante aduentū: ita introducebat hoīes a culpe ſtatu ad grē ſtatū ſicut poſt paſſionē xpi: ḡ pari rōne ſicut mō fides itroducit homies a grē ſtatu ad glīe ſtatū ita itroducebat añ aduētū xpi a grē ſtatu ad glorie ſtatum. Ad hanc replicā rñdetur negando pñaꝫ τ rō eſt: qꝛ reqrebatur exhibitio paſſionis xpi ad collationeꝫ glorie non aūt requirebatur ad collationē grē.

Hic qualiter a diabolo τ a peccato nos redemit ꝑ mortem. Diſtinctio. XIX.



Tunc ergo queram⁹. quomodo ꝑ mortem ipſius a diabolo τ peccato τ a pena redēpti ſum⁹. A diabolo ergo τ a peccato per chriſti mortem liberati ſum⁹. qꝛ vt ait apoſtolus. In ſanguine ipſius iuſtificati ſumus. τ in eo φ ſumus iuſtificati. id eſt a peccatis ſoluti. a diabolo ſumus liberati. qui nos vinculis peccatorū tenebat. Sed quō a peccatis ꝑ eius morteꝫ ſoluti ſumus? Quia ꝑ eius mortē (vt ait apl's) cōmendatur nobis charitas di. i. apparet eximia et cōmendabil' charitas dei erga nos i hoc φ filiū ſuū tradidit in mortē ꝓ nobis peccatoribus. Exhibita aūt tante erga nos dilectiōis arra. τ nos mouemur accendimurq; ad diligendū deū q̄ ꝓ nobis tantū fecit τ ꝑ hoc iuſtificamur. i. ſoluti a peccatī iuſti efficimur. Mors ergo chriſti nos iuſtificat. dum ꝑ eā charitas excitat' in cordib⁹ noſtris. Dicimur quoq; τ aliter ꝑ mortem chriſti iuſtificari. qꝛ ꝑ fidem mortis eius a pctīs mundamur. Vñ apl's. Iuſticia dei ē ꝑ fidem Ieſu xpi. Et itē. Queꝫ deus propoſuit ꝓpiciatorē ꝑ fidem in ſanguie ipſius. id eſt ꝑ fidē paſſionis. vt olim aſpicientes in ſerpentē eneuꝫ in ligno erectū a morſibus ſerpentum ſanabat'. Si ergo recte fidei intuitu illuꝫ reſpicimus qui pro nobis pepēdit in ligno. a vincul' diaboli ſoluimur. id eſt a peccatī: τ ita a diabolo liberemur vt nec poſt hāc vitam in nobis inueniat qō puniat. Morte quippe ſua vno ve

riſſimo ſacrificio quicquid culpa rū erat vnde nos diabolus ad lu enda ſupplicia detinebat. Chriſtus extraxit. vt in hac vita temptando nobis nō preualeat. Licet eñ nos temptet poſt chriſti mortem. quibus modis ante tēptabat. non tamē vincere poteſt ſicut añ vincebat. Nam Petrꝰ: qui ante Chriſti mortē voce an alle territus negauit. poſt mortem aūt reges ⁊ preſides ductus non ceſſit. Quare? quia fortior. id eſt chriſtus veniens in domū fortis. id eſt in corda noſtra vbi diabolus habitabat. alligauit fortem. id eſt a ſeductiōe compeſcuit fidelū. vt temptationē que ei adhuc ꝑmittitur nō ſequaꝛ ſeductio. Ita i xp̄i ſanguine ꝙ ſoluit ꝙ nō rapuit. redēpti ſumꝰ a pctō: ⁊ ꝓ hoc a diabolo. Nā vt ait Auguſ. i ip̄o vicunꝛ inimice nobis iuiſibiles pōtates vbi vicunꝛ inuiſibiles cupiditates. Fuſo eñ ſāguīe ſine culpa oīm culpaꝝ cyrographa delecta ſunt ꝗbus debitores qui in eum credūt a diabolo ante tenebātur. Unde qui pro multis effundetur. Per illum ergo redempti ſumꝰ. in quo ꝑnceps mūdi nihil inuenit. Uñ Auguſ. cauſam ⁊ moduȝ noſtre redēptionis inſinuās ait. Nihil inuenit diabolus in xp̄o vt moreret. ſed ꝑ voluntate patris mori xp̄s voluit. non habens mortis cauſam de peccato: ſed ꝺ obediētia ⁊ iuſticia mortē guſtauit. ꝑ quam nos redemit a ſeruitute diaboli. Incideramus eñ in ꝑncipeȝ huiꝰ ſeculi. ꝙ ſeduxit Adā ⁊ ſuum fecit: cepitqꝫ nos quaſi ꝟnaculos poſſidere: ſed venit redemptor: ⁊ victus eſt deceptor. ⁊ ꝗd fecit redemptor captiuatori noſtro? Tetēdit ei muſcipulā crucem ſuā. poſuit ibi ꝗſi eſcaȝ in ſanguinem ſuū. Ille aūt ſanguinem fudit non debitoris ꝑ ꝙ͛ receſſit a debitoribus. Ille quippe ad hoc ſanguinē ſuum fudit. vt peccata noſtra deleret. Unde ergo nos diabolus tenebat. deletū eſt ſanguine redemptoris. Nō eñ tenebat nos: niſi vinculꝛ peccatorū noſtrorū. iſte erant cathene captiuorū. Uenit ille alligauit fortē vinculꝛ paſſionis ſue. intrauit in domuȝ eius. i. in corda eorum vbi ip̄e habitabat. ⁊ vaſa eius. ſ. nos eripuit. que ille impleuerat amaritudine ſua. Deꝰ aūt nr̄ vaſa eius eripiens ⁊ ſua faciens: fudit amaritudinē: ⁊ impleuit dulcedine ꝑ mortem ſuam a peccatis redimens et adoptionem glorie filiorum largiens.

Cur deus homo ꝛ mortuꝰ.

¶ Factus ē ergo homo mortal̄. vt moriendo diabolū vinceret. Niſi eñ homo eſſet q̄ diabolum vinceret: nō iuſte ſed violent̄ homo ei tolli videretur: q̄ ſe illi ſpōte ſubiecit. Sed ſi eum hō vicat. iure manifeſto hominem ꝑdit. ꝛ vt hō vincat neceſſe eſt vt deus in eo ſit q̄ eum a peccatis immunem faciat. Si eñ ꝑ ſe hō eſſet. vel angelus in homine: facile peccaret. cū vtranq; naturam per ſe cōſtet cecidiſſe. Ideo dei filiꝰ hominem paſſibilē ſumpſit. in quo ꝛ mortē guſtauit. quo celū nobꝭ aperuit ꝛ a ſeruitute diaboli. i. a peccato (ſeruus enī diaboli peccatum eſt) ꝛ a pena redemit.

Quō ꝛ a qua pena chriſtus nos redemit per mortem.

¶ A qua pena tēporali ꝛ eterna. Ab eterna q̄dem relaxando debitū. A temporali vō penitus nos liberabit i futuro q̄ñ nouiſſima mors inimica deſtruet̄. Adhuc eñ expectamus redemptionē corporis: ſcðm aīas vero iā redempti ſumus ex parte: nō ex toto. a culpa: nō a pena. Nec oīno a culpa. Non eñ ab ea ſic redempti ſumus vt non ſit: ſed vt non dominetur.

Quō penā nr̄aȝ portauit.

¶ Peccatā quoq; nr̄a. i. penā peccatorum noſtrorū dicit̄ in corpe ſuo ſup lignū portaſſe: q2 ꝑ ipſius penam quam in cruce tulit. Omnis pena temporalis que ꝑ peccato cōuerſis debet̄ in baptiſmo penitꝰ relaxatur vt nulla a baptiȝato exigat̄: ꝛ in penitencia minorat̄. Non eñ ſufficeret illa pena. qua penitentes ligat eccl'a niſi pena chriſti cooperaretur q̄ pro nobis ſoluit. Unde pctā iuſtorum qui fuerunt ante aduentū in ſuſtentatiōe dei fuiſſe vſq; ad chriſti mortem dicit ap'ls ad oſtentionem iuſtitie eius in hoc tēpore. Ecce aperte expoſitū eſt quomodo ꝛ quid Chriſtus per mortē nobis meruit ꝛ īpetrauit

Si ſolus chriſtus debet dici redēptor vt ſolus dicit̄ mediator.

¶ Unde ipe vere dicitur redēptor mūdi: ꝛ dei hominumq; mediator. Sed mediator in ſcriptura dicitur ſolus filius. Redemptor vero aliquando etiam pater vel ſpirituſſanctus. Sed hoc propter vſum poteſtatis nō propter exhibitionem humilitatis ꝛ obedientie. Nam ſcðm poteſtatis ſimul ꝛ obedientie vſum filiꝰ ꝑ

prie dicitur redemptoꝛ qꝛ ipſe ex
pleuit per q̄ iuſtificati ſumus. ⁊
ipſam iuſtificationem eſt opera-
tus potentia deitatis cū patre ⁊
ſpū ſancto. Eſt ergo redemptoꝛ
inquantū eſt deus poteſtatis vſu
inquantum hō humilitatis effe
ctu. Et ſepi⁹ dicitur redēptoꝛ ſe
cūdum humanitatem: qꝛ ſcdm
eam ⁊ in ea ſuſcepit ⁊ impleuit il
la ſacramēta q̄ ſunt cauſa nr̄e re-
demptionis: pꝛopꝛie ergo filius
dicitur redemptoꝛ.

De mediatoꝛe.

¶ Qui ſolus dicitur mediatoꝛ:
non pater vel ſpiritusſctūs. De
quo apl's. Unus mediatoꝛ dei
⁊ hoīm homo chꝛiſtus Jeſus. i.
per hoiem quaſi in medio arbit
eſt ad componendam pacē. i. re
conciliandū hoies deo. Hic eſt
arbiter quē Job deſiderat. Uti
nam eſſet nobis arbiter. Recon
ciliati eñ ſumus deo vt ait apo
ſtolus per moꝛtē chꝛiſti. Quod
non ſic intelligendum eſt: qua ſi
nos ei ſic reconciliauerit chꝛiſt⁹:
vt inciperet amare quos oderat
ſicut reconciliat inimicus inimi-
co: vt deinde ſint amici qui ante
ſe oderāt: ſed iam nos diligenti
deo reconſiliati ſumus. Nō eñ
ex quo ei reconciliati ſumus per
ſanguinem filij nos cepit dilige
re: ſed ante mūdum pꝛiuſq̄ nos
aliquid eſſemus. Quomodo er-
go nos diligenti deo ſumus re-
conſiliati? Pꝛopter peccatū cuꝫ
eo habeam⁹ inimicitias: quib[us]
hebat erga nos charitatem: etiā
cum inimicitias exercebam⁹ ad
uerſus eū operando iniquitateꝫ
Ita ergo inimici eramus deo ſi
cut iuſtitie ſunt inimica peccata
⁊ ideo remiſſis peccatis. tales i-
imicitie finiunt ⁊ reconciliantur
iuſtuꝫ quos ipſe iuſtificat. Chꝛi
ſtus autem dicit mediatoꝛ eo q
medius inter deū ⁊ hoies ipſos
recōciliat deo. Reconciliat autē
dū offendicula hominū tollit ab
oculis dei. i. dum peccata delet.
quibus de⁹ offendebatur ⁊ nos
inimici eius eramus. Sed cum
peccata deleat non ſolus filius:
ſed pater ⁊ ſpūſſanctus quoꝛuꝫ
deletio eſt noſtra ad deum recō-
ciliatio quare ſolus fili⁹ dicitur
mediatoꝛ? Nam de patre legit
q reconciliauerit ſibi mūdum.
Ait eñ apl'us. Deus eñ erat i
Chꝛiſto mundum ſibi reconcili
ans. Cum ergo recōciliet. Qua
re nō dicitur mediatoꝛ? Qꝛ nec
medius eſt inter deum ⁊ hoies:
nec in ſe habuit illa ſacramenta
quoꝛū fide ⁊ imitatione iuſtifica

mur. i. recõſiliamur deo. Recõci-
liauit ergo nos tota trinitas v̇t utꝫ
vſu ſcꝫ dū pctā delet. ſꝫ fili⁹ ſolus
ipletō ne obediētie i quo patrata
ſūt ſcōꝫ hūanā naturā: ea ꝑ q̄ cre-
dētes et imitātes iuſtificantur.

Secūdum quam naturam ſit mediator.

¶ Unde ꝛ mediator dicit̄ ſcōm
humanitatē non ſm diuinitatē.
Non eñ eſt mediator int̄ deū ꝛ
deū. qꝛ tm̄ vn⁹ ē de⁹. ſꝫ īter deuꝫ
ꝛ hoīeꝫ quaſi inter duo extrema
qꝛ medius eſſe non poteſt niſi in-
ter aliqua. mediator eſt ergo in-
quantum homo. Nam in quan-
tum deus non mediator. ſꝫ equa-
lis patri eſt. Hoc ideꝫ qd̄ pater.
cum patre vnus deus. Mediat
ergo inter homines ꝛ deū trini-
tatē. ſm hominis naturā in qua
ſuſcepit illa ꝑ que reconciliamur
deo trinitati et ſm eandem ha-
bet aliquid ſimile deo. et aliquid
ſimile hominibus. qd̄ mediatori
congruebat. ne per omnia ſimi-
lis hominibus longe eſſet a deo
aut per omnia deo ſimilis longe
eſſe ab hominibus. ꝛ ita media-
tor non eſſet. Uerus ergo media-
tor chriſtus inter mortales pec-
catores et immortalem iuſtum
apparuit mortalis cum homini-
bus. iuſtus cū deo. ꝑ infirmita-
tem propinquans nobis per iu-
ſticiam deo. Recte ergo media-
tor dictus eſt: qꝛ inter deum im-
mortalem. ꝛ hoīem mortalē eſt
deus ꝛ homo. recōcilians hoīeꝫ
deo. Intantum mediator īquā-
tum eſt homo. Inquantum au-
tem verbū nō eſt medius qꝛ vn⁹
cū patre de⁹. Si ergo xp̄s ſcōm
vos o heretici vnam tantuꝫ ha-
bet naturam vnde medius erit.
Niſi ita ſit medius vt deus ſit ꝓ-
pter diuinitatis naturam. ꝛ ho-
mo propter humanitatis natu-
ram. Quomodo humana in co
reconciliatur diuinis? Nam ip-
ſe viuens prius in ſe humana ſo-
ciauit diuinis per vtriuſqꝫ na-
ture coniunctionem in vna per-
ſona. Deinde omnes fideles ꝑ
mortem reconciliauit deo dum
ſanati ſunt ab impietate quicun-
qꝫ humilitatem Chriſti credē-
do dilexerūt ꝛ diligendo imita-
ti ſunt. Ecce hic aliquatenus in-
ſinuatur quare Chriſtus ſolus
mediator dei dicitur ꝛ hoīm. et
ſcōꝫ quā naturā. mediet. ſ. hūa-
nam. ꝛ cui mediet. ſ. deo trinita-
ti. Trinitati enim nos recōcilia-
uit per mortem per quam etiam
nos redemit a ſeruitute diaboli.
Nam vt petrus ait. Non cor-

ruptibilibus auro et argento re
dempti ſumus. ſed precioſo ſan
guine agni immaculati.



Irca decimā
nonā diſtinc.
queritur pri-
mo. An xp̄s
ſua aſſerbiſſi
ma paſſione
oībus hoīb⁹
qui ſunt fue-
runt vl' erunt
meruit a diabolo peccato ꝛ pena li-
berationē gratiā ꝛ gloriaꝫ ſiue cœli
apertionem. Pro huius queſtionis
enodatione eſt primo notādū ꝙ me
ritū xp̄i: vt aliqualiter fuit tactuꝫ in
precedenti diſtincte non ſolū fuit ac
ceptatū vt exhibitū: ſ3 vt preuiſſum
ꝛ exhibendū. Nā ante incarnationē
xp̄i iam fuit acceptatū meritū paſ-
ſiōis xp̄i tanꝗ̄ preuiſſum ꝛ exhiben
dum tp̄e ꝛ loco: ꝛ in virtute paſſiōis
preuiſſe ꝛ exhibēde oēs patriarche
ꝛ prophete antiqui teſtamenti ꝛ le-
gis nature meruerunt gratiā ꝛ glo-
riam. Naꝫ oēs habuerunt fidē xp̄i: ꝛ
in ſignū hui⁹ Abrahā fecit: ꝙ famu
lus ſuus iuraret ſuper femur eius:
quod daret filio ſuo Iſaac vxorē de
cognatione ipſi⁹ Abrahe. Scdō eſt
notādū ꝙ .2. modis xp̄s meruit gra
tiam ꝛ gloriaꝫ hoībus: vno mō quo
ad ſufficientiā ꝛ iſto modo oīb⁹ me-
ruit. Nā meritū paſſiōis xp̄i eſt ta-
liter ſufficiens: ꝙ ſi oēs hoīes ſerua
rent mandata dei: oēs haberēt gra-
tiaꝫ ꝛ gloriā in virtute paſſiōis xp̄i:
immo ſi infiniti hoīes eſſent ꝛ infini
ties infiniti pro oībus ſufficeret me
ritum paſſiōis xp̄i: ꝛ in hoc oēs do-
ctores conuenerunt: quare egregie.
d. dn̄s Bonauentura: vt dictū eſt ſu
perius: ꝙ gratia aīe xp̄i in eſſe gra-
tie eſt infinita: ꝛ ex ꝯn̄ti ſequitur ꝙ
meritū xp̄i in eſſe meriti ē infinitū.
Alio mō xp̄s dicitur mereri hoībus
quo ad efficiētiā ſiue efficaciā: ꝛ iſto
mō non oīb⁹ meruit gloriā: ſed ſolū
predeſtinatis. Nā ſoli predeſtinati
habebunt gloriā. Tertio eſt notan-
dum ꝙ meritū xp̄i poteſt conſidera
ri j: vt eſt act⁹ xp̄i: ꝛ iſto mō poteſt di
ci meritū infinitū. i. meriti perſone
infinite. Alio mō pōt ꝯſiderari i eſſe
perfectionis: ꝛ iſto modo eſt finitū:
q2 oīs creatura ē finite perfecta: ſo-
lum enim deus eſt infinite perfect⁹
immo nulla creatura poteſt eſſe infi
nite perfecta: etiā ſequeretur ꝙ eēt
deus. Tertio modo poteſt conſide-
rari meritū xp̄i extēſiue quo ad effe
ctum. ꝛ iſto mō eſt infinitū: ꝛ quo ad
iſtos tres modos oēs doctores ca-
tholici conueniunt. Quarto mō pōt
cōſiderari tale meritū: vt eſt q̄litas
quedā intenſa ſiue intēſiue ꝛ de iſto
modo eſt controuerſia. Nā antiqui
doctores dicūt eſſe finitū intenſiue
ꝛ moderni docto. dicunt eſſe infini-
tum intenſiue: ꝛ proportionabiliter
dicendū eſt de merito ſicut dictū eſt
ſuperius de gratia.

¶ Iſtis notatis rn̄det ad que-
ſtionē per quinꝗ̄ ꝯcluſiones. quaꝝ
prima eſt iſta. Chriſtus ſua acerbiſ
ſima paſſione ade ꝛ toti poſteritati
eius ſufficientur meruit a demone
pena ꝛ peccato liberationē gratiā ꝛ
gloriā ſiue cœli apertionē: iſta cōclu

ſio ꝓbatur multis autoritatib⁹. Prima habetur Joannis tertio cap. ſcʒ ſic deus dilexit mundū vt filiū ſuū vnigenitū daret vt oīs qui credit in illū non pereat: ſed habeat vitā ęternam. Scda habetur Matth. xi. 21. venit filius hoīs dare aīaʒ ſuā in redēptionē pro multis. Tertia habetur Luce. 19. cap. venit filius hoīs quęrere ⁊ ſaluū facere qđ perierat. Quarta habetur pme ad Thimotheū. 1. cap. ſ. fidelis ſermo ⁊ oīni acceptione dignus: q̄ venit Jeſus in hunc mundū pctores ſaluos facere: multe alie autoritates poſſent adduci: ſʒ q̄ iſte ſunt potiſſime: ⁊ ideo alias omitto. Scda concluſio eſt iſta. xp̄s ſua acerbiſſima paſſiōe tanq̄ preuiſa meruit precedentibus ipſum remiſſionē peccatoꝝ ⁊ gratiā: ſed vt exhibita apertionē celi. Iſta ꝯcluſio probatur per illud quod habetur Matthei. 21. cap. ſ. q̄ qui precedebant: ⁊ qui ſequebantur cantabant idē canticum. ſ. benedictus qui venit in nomine dñi ad denotādū q̄ oēs illi q̄ preceſſerūt xp̄m: ⁊ qui ſequuntur ſi ſaluantur in fide ⁊ merito paſſiōis xp̄i ſaluantur patet etiā auctoritate pſalmiſte aſcendēs in altū captiuā duxit captiuitatem. Tertia concluſio eſt iſta: chriſtus ſua acerbiſſima paſſione pro infinitis ſi eſſent futuri ſufficientur meruit gratiā ⁊ gloriā iſta ꝯcluſio ptʒ ex notabilib⁹. Quarta concluſio eſt iſta: xp̄s ſua acerbiſſima paſſione ſolū efficaciter predeſtinatis meruit gloriā ſiue celi apertioneʒ: iſta concluſio ptʒ q̄ ſoli predeſtinati habebunt gloriam: ⁊ intrabunt regnū cœloꝝ: vt dilucide declarat apl̄us in epiſtola ad ephe. Quinta concluſio eſt iſta: licet xp̄s meruerit gratiā ⁊ gloriā oībus p̄deſtinatis efficaciter. Nihilominus in adultis requiritur propria operatio: ⁊ ī paruulis aplicatio ſacramēti: iſta ꝯcluſio ptʒ autoritate Aurelij Augu. d. qui creauit te ſine te non ſaluabit te ſine te.

¶ Contra primā concluſioneʒ arguitur ſic aīa xp̄i in primo inſtāti ſue creationis meruit oībus hoīb⁹ gratiā ⁊ gloria: ergo non meruit in ſua paſſione: ꝯña probat: nemo meretur illud qđ eſt ſibi debitū ſed gratia ⁊ gloriā hoīum debebatur xp̄o ſiue aīe xp̄i: rōne meriti qđ habuit in primo inſtanti ſue creationis: ergo non merebat xp̄s hoībus in ſua paſſione gratiā ⁊ gloriā: iam probatur primū añs in primo inſtāti aīa xp̄i habuit volitionē efficacem qua volebat pati mortē pro redēptione gñis hūani propter deū. immo reſpectu oīm penalitatū ⁊ paſſionum habuit volitiōes diſtinctas efficaciter: ergo aīa xp̄i in primo inſtanti ſue creatiōnis meruit gratiā ⁊ gloriā oībus hominibus. Pro huius argumenti ſolutiōe eſt notāda vna diſtinctio quā ponūt duo glorioſi doctores. ſ. Bonauen. ⁊ Tho. vʒ quod tripliciē aliquid dr̄ mereri. Primo mō eſt facere de eo qđ non eſt debitū eſſe debitum: ⁊ iſto modo peccator q̄ſi conteritur de peccato ſuo facit de nō debito debitū. Nā ante contritionē non debebatur ei gloria ęterna: ⁊ poſt cōtritionē debetur ei gloria ęterna: et per ꝯñs meretur iſto modo gloriaʒ

eternā. Scđo modo aliquid dicitur mereri qñ de paruo debito facit maius debitū. vbi gr̄a. bonus xp̄ian⁹ exiſtens in gratia ſi det oīa bona ſua pauperibus ⁊ intret religionē: aut patiatur martiriū meretur iſto ſcđo modo: q2 de parua gloria q̄ ſibi debebatur poſt ingreſſum religionis: aut martyrij debetur ei maior glīa q̄ ante. Tertio modo aliquid dicit mereri quando illud qđ eſt debitū vno modo vel vna cauſa ſit debitū pluribus modis aut plurib⁹ cauſis: ⁊ iſto modo xp̄s meruit in paſſione gratiā ⁊ gloriā oībus hoībus: Nam licet iam meruerat in primo inſtāti creationis ait fecit tñ per ſuā paſſionē q alio modo ⁊ alia cauſa ſibi debetur. Iſto notato rñdetur ad formam argumenti diſtinguendo ꝯñs vel capiēdo mereri primo aut ſcđo modo: ⁊ ſic conceditur ꝯña cū ꝯñte: ⁊ ſi inferas: ergo concluſio falſa: negatur ꝯña: rō eſt: q2 non taliter capitur mereri in prima cōcluſione. Si vero capiat mereri tertio modo: negatur illa prima ꝯña cū ꝯñte ⁊ probatio non procedit de merito tertio mō: ſed bene de merito primo mō.

¶ Scđo argr̄ contra eandē cōcluſionē xp̄s non meruit primā gratiam quā habuit Adā ante peccatū: nec gloriā q̄ habuiſſet ſi non peccaſſet: ergo prima ꝯcluſio falſa: aña probatur nō meruit xp̄s gratiā aut gloriā quā habuerūt boni angeli: ergo nec meruit primā gratiā quam habuit Adā ꝯña tenet: q2 idē eſt iudiciū de primo parēte ante peccatū ⁊ de bonis angelis quo ad meritū gratię. Ad hoc argumentū rñdetur negando ꝯñam: ⁊ rō eſt: q2 licet xp̄s non meruerit primo parenti illam gr̄am meruit tñ illi mīras alias poſt lapſum. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur ſequeret q Adā haberet aliquā gloriā quā non meruit ſibi xp̄s: ꝯñs eſt abſurdū: igitur ſolutio nulla ſeq̄la probat: qñ Adā reſurrexit a pcto reſurrexit ad maiorē gr̄am: ⁊ ex ꝯñti ad illā gratiā quā prius habebat vł equalē: ⁊ illi gratię correſpondet certa gloria quā modo habet prim⁹ parens ⁊ talē gloriā non meruit xp̄s: ğ aliquā habet gloriā prim⁹ parēs q̄ non meruit xp̄s: vltima pars aītis probatur talis gloria correſpondet illi primę gratię q̄ habuit prim⁹ parens ante peccatū ⁊ talē primā gratiam quā habuit primus parens ante peccatū non meruit xp̄s: vt dictū eſt in ſolutione argumēti. ergo xp̄s non meruit gloriā correſpondentē illi prime gratię. Ad hanc replicā reſpondetur negando ſequelam: ⁊ ad pbationē negat vltima pars aītis: ⁊ ad probationē negat q talis gloria correſpondeat illi primę gratię: ſed bene vni equali illi: ⁊ iſtā gratiā equalē primę Adā recuperauit merito paſſionis xp̄i exhibende: ⁊ per ꝯñs xp̄s meruit illi illā gloriā. Et ſi ponas pro maiori apparentia argumenti q dñs deus poſt contritionē reſtituat primo parenti eandē ꝓmā gratiā nūero quā prius habuit: tūc dico q xp̄s talē recuperationē eiuſdē gratię meruit merito ſue paſſionis ⁊ ex ꝯñti gloriā tali gratię correſpondentē: ⁊ tandē ſequit q in virtute paſſionis xp̄i prim⁹ parens ha

bet talē gloriā. Contra iſtā ſolutionem arguitur ſequeretur ꝙ premiū precederet meritū ꝯñs eſt falſū: igitur ſequela probatur Abrahā ⁊ oēs patriarche ⁊ prophete fuerunt premiati pro merito paſſionis xpi exhibende ⁊ nōdū illud meritū xpi erat ergo premiū preceſſit meritū falſitas ꝯñtis probatur ſequeretur ꝙ vnꝰ homo poſſet alteri mereri gratiam immo poſſet etiā mereri primā gratiam ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela probatur xps oībus meruit primā gratiā: igitur ſeqla vera quo ad ambas ſui partes. Ad hanc replicā reſpondetur cōcedendo ſequelā de premio ſcđario: ⁊ nō vltimato nō tū cōceditur ſequela de premio vltimato ⁊ finali: nec ſequela probatur in tali ſenſu ⁊ negatur minor: ⁊ ad probationē conceditur ſequela etiā de homine qui eſt deꝰ. ſ. de xpo: ⁊ de quocunqꝫ alio hoīe puro negatur ſequela: dictū ē eñ in pncipio quarti ſentētiaꝝ i materia de baptiſmo: ꝙ nullus purꝰ hō poteſt alteri mereri gratiam gratum facientem.

¶ Contra tertiam concluſionē arguitur meritū chriſti fuit finitum ergo nō fuit ſufficiens pro infinitis hoībus ſi infiniti hoīes propagarētur: ꝯña probatur q2 finitū non pōt ſufficere infinitis maxime ſi capiantur portiones equales: nā omne finitum per continuā ablationem tādem redit in nihil: ñā probatur añs meritū Chriſti eſt creatū: ⁊ omne creatū eſt finitum ⁊ limitatū igitur et meritū chriſti ē finitū ⁊ limitatū Ad hoc argumentū ꝗuis ſint varie opiniones: an tale meritū ſit finite intenſum vl' infinite intenſuꝫ: neceſſario tñ opꝫ cōcedere ſcđm quācūqꝫ opinionē catholicā: ꝙ tale meritū in eſſe meriti eſt īfinitū veluti diuꝰ Bonauentura ſubtilr ⁊ ingenioſe cōcedit ꝙ gratia xpi in eſſe grē eſt infinita: ⁊ pōt pbari ſic qñcūqꝫ aliqđ meritum acceptatur pro duobꝰ ad vitā eternam eſt aliq̄liter magnū: ⁊ ſi accepteē pro. 4. ad equaleꝫ glīaꝫ in duplo maius: ⁊ ſi pro. 8. hoībus acceptetur ad equalem gloriā eſt in quadruplo maius tale meritū: ⁊ ſic ꝯñter aſcendendo in infinitū: ergo poſtq̄ meritū paſſiōis xpi pro infinitis hoībus eſt acceptatū ad vitaꝫ eternā a deo patre: ſi īfiniti hoīes generarentur: ſequitur manifeſte ꝙ tale meritū in eſſe meriti eſt infinitū: ⁊ propterea negādū eſt añs. ſ. ꝙ meritū paſſionis chriſti ſit finitū procedendo in eſſe meriti: ⁊ ad probationem. lꝫ ſcđm opinionem antiquoꝝ ſit tale meritū finite intenſum: nō tñ incōuenit ꝙ ſit infinitum in eſſe meriti: ſcđm tñ opinionem modernoꝝ negaretur ꝙ eſſet finite intenſum: immo eſt infinite intēſuꝫ ⁊ cum hoc ſtat ꝙ ſit finite ⁊ limitate perfectionis.

¶ Contra quartā concluſionē arguitur ſic predeſtinati oēs habuerunt grām ⁊ glīaꝫ ꝟtute predeſtinationis diuine q̄ fuit ab eterno: ergo chriſtus non meruit ſua paſſione grām ⁊ glām oībus predeſtinatis. Ad hoc argumētū rñdet gabriel negando ꝯñam: ⁊ reprehēdit doctorē ſub. Sed reuera male reprehendit

cum: nā aſis qḋ cōcedit eſt falſu3. ſ. q̄ predeſtinati virtute predeſtinationis habuerūt grām ꝛ gloriā: na3 Auguſt. añ ſuam cōuerſionem erat iam predeſtinat⁹ ab eterno: ꝛ tamē añ ſua3 cōuerſione3: nec habuit gratia3 neq̄ gloriā. Similr paulus añ ſuam cōuerſionem erat iam predeſtinatus: ꝛ tamen nō habuit gloria3 ante ſuā cōuerſionem propterea negandū eſt illud aſis. ſ. q̄ predeſtinati v̄tute predeſtinationis habuerūt gloriā eternā: ſed bñ habuerūt gloriam eternā virtute paſſiōis chriſti ꝛ ſuorū bonoꝝ operum. Cōtra iſtā ſolutione3 arguitur ſequeret̄ q̄ xp̄s efficaciter ſolis etia3 predeſtinatis meruiſſet remiſſionē oīm peccatoꝝ ꝛ gratiā: ꝯñs eſt falſum. Seq̄la probat̄ chriſtus ſolis predeſtinatis meruit efficacit̄ gloriā: ergo chriſt⁹ ſolis predeſtinatis meruit efficaciter remiſſionē pctōꝝum ꝛ grām: ꝯña tenet q2 non videtur potior rō de vno q̄ꝫ de alio: iā probat̄ falſitas prime ꝯñtis chriſtus meruit efficaciter reprobatis grā3 ꝛ remiſſionem pctōꝝ ergo xp̄s nō ſolis predeſtinatis meruit efficaciter remiſſionem pctōꝝ ꝛ grām: aſis probatur. Judas ante proditionem habuit remiſſionem peccatorū ꝛ grām gratū facientē3: ꝛ ita fuit etiā de multis alijs reprobis: ergo chriſtus reprobis efficaciter meruit remiſſionem peccatoru3 ꝛ gratiā. Ad hāc replicā r̄ſidetur negando ſeq̄lam: ꝛ ad probationē negatur ꝯña: ꝛ ad probationē negat̄: q̄ nō ſit potior rō de vno q̄ꝫ de alio ꝛ dico q̄ diſcrimen eſt valde latum q2 multi reprobi habuerūt remiſſionem oīum pctōꝝum ſuoꝝ ꝛ grā3 gratum faciente3: nullū tñ reprobi vnq̄ꝫ habuerunt gloriam.

¶ Queritur ſcḋo circa candē diſtin. an ſolus fili⁹ dei ſit redemptor ꝛ mediator. Pro h⁹ queſtiōis intelligentia eſt notādum. Primo q̄ redemptionis opus bifariā pōt alicui attribui: vno modo ſicut principali authori. Alio modo ſicut exequenti: idcirco quādo aliquis dicit̄ redēptor pōt dupliciter itelligi aut ab authoritate redēptionis aut ab exequtione. Scḋo eſt notandum q̄ differentia eſt inter mediū ꝛ mediatorem. Nā mediū dicitur cōuenientia cum extremis: ſed mediator vltra cōuenientiā īportat officiū recōſiliationis. Tertio eſt notandum q̄ trifariā dr̄ aliquid eſſe mediū inter aliqua duo. Primo mō q2 in eo cōcurrūt due nature ſicut in vna materia. Scḋo modo q2 in eo cōcurrunt due nature ſicut in vna pſona. Tertio modo q2 in eo cōcurrūt proprietates duabus naturis conformes. Jſtis notatis r̄ſidetur ad queſtionē per aliq̄s cōcluſiones. quarū Pria eſt iſta ſolus filius dei eſt redēptor ſcḋo modo iſta cōcluſio pbatur authoritate apl̄i prime Thimoteū. 2. cap. d. mediator dei ꝛ hoīum homo xp̄s ieſus q̄ dedit ſemetipſum redēptionem pro multis. probatur etiā rōne: ſolus filius dei ſcḋm natura3 hūanam paſſus eſt mortē ergo ſol⁹ exequt⁹ eſt opus redēptiōis: ꝛ per ꝯñs ſolus fili⁹ dei ē redēptor ſcḋo modo. Scḋa cōcluſio eſt iſta non ſolus filius dei eſt redemptor primo

modo: immo pater eſt redēptor: filius et ſpūſſanctus. Iſta cōcluſio probat tm̄ fecit ad opus redēptionis pater ſicut filius et eque principaliter: pariformam et ſpiritus ſanctꝰ: ergo a deo bene pater et ſpūs ſctūs dicūtur redemptores primo mō ſicut filius: aīs patet expreſſa authoritate Aurelij Auguſt. i libris de trinitate. d. opera trinitatis ad extra ſunt indiuiſa. ¶ Tertia cōcluſio eſt iſta ſolus filius dei eſt medius et mediator iſta cōcluſio probatur ſolus filiꝰ dei eſt incarnatus: ergo ſolus habet duas naturas in vna pſona et proprietates cōformes duabus naturis et recōſiliauit nos deo patri: ergo ſolus ipſe eſt medius et mediator.

¶ Cōtra iſtam concluſionē vltimā arguitur ſic: ſi ſolus xp̄s eſſet mediator: maxime eſſet ſm humanitatē: ſed hoc nō eſt dicendū: igit̄ cōcluſio falſa: minor probatur ſm hūanitatem tenet rōnem extremi: ergo nō tenet rōnem medij: et p pñs nō eſt mediator ſcd̄m hūanitatem. Ad hoc argumentū rn̄detur negando minorē cadiendo li ſcd̄z vt dicat cām. i. rōnem: et ad probationē negatur aīs: rō eſt qꝛ humanitas chriſti nunq̄ indiguit reconſiliatione.

¶ Scd̄o arguitur ſic ſpūs ſanctus eſt mediator: ergo nō ſolus filius dei eſt mediator: aīs probatur ſpiritus ſanctus interpellat pro nobis apd̄ deū patrē: ergo ſpūs ſctūs eſt mediator inter deū pr̄em et nos oēs: aīs patz expreſſa authoritate Apoſtoli ad romanos. 8. d. de ſpū pſe interpellat pro nobis ad deum gemitibus inenarrabiliꝰ. Ad hoc argumentū rn̄detur negādo aīs: et ad probationē diſtingo q̄ ipſe interpellat vl̄ i propria pſona et ſic negatur: nec in iſto modo capit apoſtolꝰ in authoritate allegata vel i pſonis ſanctoꝝ viroꝝ: et ſic cōceditur illud: et negatur pña: et ita intelligit apoſtolus: ſolū enī vult dicere q̄ ſpūs ſctūs facit viros ſctōs lacrimari pro nobis apud deū: et teſte philoſopho nr̄o: quę per alios facimus per nos ipos videmur facere. Nimirū ergo ſi apoſtolus illud aſcribat ſpiritui ſancto maxīe qꝛ ſpūs ſanctus principaliter monet ipſos ſāctos viros ad orādum deū patrem cum lacrimis et gemitibus pro nobis.

¶ Tertio argr̄ ſic: ſicut chriſtus ſcd̄m diuinitatē cōuenit cū patre et ſpū ſcto: ita ſcd̄z hūanitatē cōuenit cum hoībus: ſed inquātū deus xp̄s nō eſt mediator: ergo nec rōne hūanitatis. Ad hoc argumētū rn̄detur negando pñam: rō eſt quia nō exercuit opus recōſiliationis in diuinitate: ſed in humanitate per ſatiſfactionem. Cōtra iſtā ſolutionē arguit chriſtus dr̄ mediator inquātum recōſiliauit nos: ſed auferre peccatū conuenit xp̄o ſcd̄z diuinitatem: ergo etiā eſſe mediatorē cōuenit chriſto ſcd̄m diuinitatem. Ad hanc replicā rn̄detur diſtiguēdo minorē vel principaliter et authoritatiue et ſic cōceditur illa et negatur pña vel iſtrumē et per modū ſatiſfactiōis et ſic negatur illa: immo hoc cōuenit xp̄o ſcd̄z hūanitatē. Et ſi adhuc arguas ſacerdotes ſunt mediatores: ergo nō ſo-

lus filiꝰ dei eſt mediator: diſtinguit aſis vel miniſterialr ꝛ ſic ꝯcedit illō: ꝛ negatur ꝯſia vel excellenter ꝛ ſic negat illa ꝛ talit intelligit cōcluſio.

Quod alio modo potuit liberare hominē ꝛ quare potius iſto. Diſtinctio. XX.

Si vero q̃ritur vtruꝫ alio modo poſſet deus hoīem liberare q̄ꝫ per mortē xpi? Dicimꝰ et aliū modū fuiſſe poſſibilē deo cuius ptāti cuncta ſubiacēt ſed noſtre miſerie ſanande conuenientiorē modum aliū non fuiſſe. nec eſſe oportuiſſe. Quid eīn mētes noſtras tantum erigit et ab immortalitatis deſperatiōe liberat q̄ꝫ ꝙ tanti nos fecit deus vt dei filius immutabiliter bonus: in ſe manens quod erat. et a nobis accipiens quod non erat. dignatꝰ noſtrum inire ꝯſortiū. mala noſtra moriendo pferret. Eſt ꝛ alia ratio quare iſto potius mō q̄ꝫ alio liberare voluit. qꝛ ſic in iuſticia ſupatur dyabolus. nō potētia. Et qūo id factū ſit. explicabo vt potero. Quadā iuſticia dei in poteſtatē dyaboli traditū genus humanum. peccato primi hominis in omnes originaliter tranſeunte. et illiꝰ debito obligāte. Unde oēs homines ab origine ſunt ſub pricipe dyabolo. Unde apoſtolus. Eramus natura filij ire. natura ſcꝫ vt eſt depꝛauata peccato. nō vt eſt recta creata ab initio. Modus aūt ille quo traditus eſt homo in dyaboli poteſtatem. nō ita debet intelligi tanq̄ꝫ deus hoc fecerit aut fieri iuſſerit ſed ꝙ tantū permiſerit. iuſte tñ. Illo eīn deſerēte peccātem: peccati auctor illico inuaſit. nec tamen deus cōtinuit in ira ſua miſerationes ſuas. nec hoīem a lege ſue poteſtatis amiſit cum in dyaboli poteſtate eſſe permiſit. qꝛ nec dyabolus a poteſtate dei eſt alienus ſicut nec a bonitate. Nā qualicūꝗ vita dyabolus vel homo nō ſubſiſteret niſi per euꝫ qui viuificat oīa. Non ergo deꝰ hoīem deſeruit vt nō ſe illi exhiberet deum: ſed inter mala penalia etiā malis multa pꝛeſtitit bona. et tādem hoīeꝫ quē cōmiſſio peccatorū dyabolo ſubdidit remiſſio peccatorū per ſanguinem xpi data: a dyabolo eruit. vt ſic iuſtitia vinceretur dyabolꝰ. non potentia. Sed iuſtitia? Jeſu xpi? Et quomō victus eſt ea?

Quia in eo nihil dignum morte inueniens. occidit eū tñ. et vtiq3 iuſtū eſt vt debitores quos tenebat liberi dimittātur in eu3 credētes. quē ſine vllo debito occidit. Ideo autē potentia vincere noluit. quia dyabolus vitio peruerſitatis ſue amator eſt potentie. et deſertor oppugnatorq3 iuſtitie. in quo hoies magis eum imitātur qui neglecta vel etiam peroſa iuſtitia: potentie magis ſtudent eiuſq3 vel adeptione letantur. vel cupiditate inflāmantur. Ideoq3 placuit deo. vt nō potentia ſed iuſtitia vincēs hominē erueret. in quo homo eum imitari deſideret. Poſt vero in reſurrectione ſecuta eſt potētia. q2 reuixit mortuꝰ. nunq3 poſtea moriturꝰ. Sed nōne iure eq̄ſſimo vinceretur dyabolus: ſi potētia tm̄ chriſtꝰ cū illo agere voluiſſet. vtiq3: ſed poſtpoſuit xp̄s quod potuit vt prius ageret qđ oportuit. Iuſtitia ergo humilitatis hoie3 liberauit quē ſola potentia equiſſime liberare potuit.

De cauſa inter deum ⁊ hominem ⁊ diabolum.

¶ Si enim tres illi in cauſa3 venirēt. ſ. deus. dyabolus hō dyabolus ⁊ hō quid aduerſus deu3 dicerent nō haberēt. Dyabolus enim de iniuria dei ꝯuinceretur quia ſeruū eius. ſ. hoiem et fraudulēter abduxit. ⁊ violenter tenuit. Homo etiā iniuriꝰ deo cō uinceretur. quia precepta eius contēpſit. ⁊ ſe alieno dn̄o mancipauit. De hois etia3 iniuria cō uinceretur dyabolus. q2 ⁊ illum prius fallaci promiſſiōe decepit ⁊ poſt mala iferēdo leſit. Iniuſte ergo dyabolus q̄tū ad ſe tenebat hoim ſed homo iuſte tenebatur. q2 dyabolꝰ nūq3 meruit poteſtatē habere ſuper hominē ſed homo meruit per culpā pati dyaboli tyrannidē. Si ergo deꝰ qui vtriq3 preerat potētia hoie3 liberare vellet. ſola iuſſionis v̄tute hoiem potuit rectiſſime liberare. Sed ob cauſa3 premiſſam iuſtitia. humilitatis vti voluit. Qui dum in carne mortali crucifixus eſt iuſtificati ſumꝰ. i. per remiſſionem peccatorū eruti de poteſtate dyaboli. ⁊ ita a chriſto iuſtitia dyabolus victus eſt nō potentia. Quomō autē in eius ſanguine nobis peccata ſint dimiſſa ſupra expoſitum eſt.

De traditione Chriſti que dicitur facta a patre ⁊ a filio. a iuda ⁊ iudeis.

¶ Chriſtus ergo eſt ſacerdos idemqꝫ hoſtia. ⁊ precium nr̄e reconciliationis qui eſt in ara crucis non diabolo: ſed deo trinitati obtulit pro omnibus quantū ad precij ſufficientiam: ſed ꝓ electis tantum quantū ad ſufficientiam: qꝛ predeſtinatis tm̄ ſalutē efficit. De quo ⁊ legit̄ ꝙ ſit traditus a patre: ⁊ ꝙ ſeipſum tradidit ⁊ ꝙ iudas eum tradidit ei iudei. Ipſe ſe tradidit quia ſpōte. ad paſſionē acceſſit. Et pater eū tradidit. qꝛ volūtate patris imo toti⁹ trinitatis paſſus ē. Judas tradidit ꝓdēdo et iudei inſtigando. ⁊ fuit actus iude et iudeorūꝫ malus. et act⁹ chriſti vel patris bonus. Opus xp̄i et patris bonū qꝛ bona patris et filij voluntas. malū fuit op⁹ iude ⁊ iudeorū. qꝛ mala fuit intentio. Diuerſa fuerūt ibi facta. ſiue opera. i. diuerſi act⁹ et vna res ſiue factū. ſ. paſſio ipſa. Ideoqꝫ doctores aliqñ vniunt in facto illo patreꝫ filiū. iudā. iudeū aliqñ diſiungūt. Reſpicientes eñ ad paſſionem vnum opus illorū dicunt. Attēdentes intentiones et actus facta diuerſa diſcernūt. Uñ Aug. Facta eſt inquit traditio a patre facta eſt traditio a filio. facta eſt traditio a iuda. vna res facta eſt. Quid ergo diſcernit inter eos? Quia hoc fecit filius et pater in charitate. Judas vero in ꝓditione. Uidetis quia non quid faciat homo. ſed qua voluntate cōſiderandū eſt. In eodeꝫ facto inuenimus deū quo iudam. deuꝫ benedicimus. iudā deteſtamur. quia deus cogitauit ſalutem noſtram. Judas cogitauit ꝑcium quo vendidit dominū. filius precium quod dedit ꝓ nobis. Diuerſa ergo intentio diuerſa facta facit. cum tamē ſit vna res ex diuerſis. Ecce vnā rem dicit ibi fuiſſe. et diuerſa facta qꝛ vna ibi fuit paſſio ſed diuerſi actus. Et actus quidem iude ac iudeorum mali quibus operati ſunt chriſti paſſionē q̄ bonū eſt ⁊ op⁹ dei eſt.

Qđ chriſti paſſio dicit̄ opus dei ⁊ iudeorum. ⁊ quomō.

¶ Paſſio ergo chriſti ⁊ op⁹ dicitur iudeoꝝ qꝛ ex actibus eorū prouenit. ⁊ opus dei: qꝛ eo auctoritate. i. eo volente fuit. Uñ Auguſ. Nemo aufert animā chriſti ab eo qꝛ poteſtatē habet ponendi ⁊ ſumendi. ecce habes auctorem operis. Ponet animā. ecce habes opus auctoris. Et vt generaliter cōcludam. quotiens in carne chriſti aliquid patitur op⁹

autoꝛis eſt. qꝛ eñ ſua voluntate nõ alio cogente ꝑpetitur. ipſe autoꝛ eſt operis. Cum autẽ paſſio chriſti opus dei ſit. ⁊ ideo bonũ eamq; operati ſint Judas ⁊ iudei. querit̃ an cõcedendũ ſit eos operatos ibi eſſe bonũ? Hic diſtinguendum eſt. Poteſt eñ dici. ꝙ opati ſunt bonum. qꝛ ex actibus eoꝛum bonũ ꝓuenit. i. paſſio chriſti. et itẽ ꝙ opati nõ ſunt bonũ ſed malũ. qꝛ actio eoꝝ non fuit bona ſed mala.



Circa viceſimam diſtin. querit̃ Pꝛio: vtrũ de9 alio modo potuit hoĩe3 liberare ꝙ ꝑ moꝛtẽ chriſti. Ad hanc difficultatem rñdet diuus Anſelmus in. 2. libro: cur deus hõ per. 4. cõcluſiões quarũ Pꝛima eſt iſta. Neceſſe fuit hoĩe3 creatũ ad beatitudinẽ lapſu3 a iuſtitia oꝛiginali reparari: qꝛ alias de9 fruſtaretur ſuo fine. Scða concluſio eſt iſta: talis reparatio generis hũani nõ potuit fieri ſine ſatiſfactione: qꝛ alias nõ fuiſſet ſeruata iuſtitia. Tertia cõcluſio eſt iſta talis ſatiſfactio non potuit fieri per puꝝ hoĩe3: qꝛ talis fuiſſ3 debitoꝛ. Quarta concluſio eſt iſta tale3 ſatiſfactionem opoꝛtuit fieri per deũ qui eſſet homo patet qꝛ non potuit fieri per puram creaturã. Iſtas. 4. cõcluſiones impugnat Doct. ſub. ſed reuera impugnatio etiã procederet cõtra ſaluatoꝛẽ: qui iohãnis. 3. d. ſicut moyſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto ſic opoꝛtet exaltari filiũ hominis ⁊ luce vltimo opoꝛtuit xp̃m pati ⁊ ita intrare in gloꝛiam ſuã: idcirco dicit̃ a doctoꝛib9: ꝙ duplex eſt neceſſitas ſcilicet abſoluta ⁊ ſimplr̃ dicta de tali nõ loquitur Anſelm9: neq; ſaluatoꝛ. Alia eſt neceſſitas cõditionata ſiue ex ſuppoſitione ⁊ de tali neceſſitate loquũtur ſaluatoꝛ ⁊ anſelm9: ⁊ vocat̃ neceſſitas ꝯſie: q̃re ponũtur ꝯcluſiones rñſiue ad q̃ſtionẽ quaꝝ Pꝛima eſt iſta Multis modis alijs ꝙ per moꝛtem xp̃i dñs deus potuit hoĩem liberare a peccato ⁊ iugo demonis. Iſta cõcluſio patet per magiſtrũ in p̃ſẽti diſtin. ⁊ ex iſta ſequitur. 2. ꝙ deus poterat nõ liberare hoĩem ſimplr̃ ⁊ abſolute: ſicut nec liberauit demonẽ nec i iuſte feciſſet ſi non liberaſſet: qꝛ nullo mõ obligabatur ad hoc: ſed propter nimiã caritatẽ qua dilexit nos voluit hũanum genus liberare. Scða cõcluſio eſt iſta: neceſſitate cõditionata ⁊ ex ſuppoſitione dñs deus liberauit hoĩe3 per moꝛtẽ chriſti; iſta cõcluſio probatur: qꝛ ita dñs deus ab eterno oꝛdinauerat ⁊ ſcientia dñi dei eſt infallibilis: idcirco bñ ſequit̃ dñs deus ab eterno ita oꝛdinauit vt fieret: ergo ita factum eſt vel fiet ⁊ propterea ꝯceditur ꝙ neceſſario ita factu3 eſt vel fiet neceſſitate ꝯſie nõ aũt neceſſitate ꝯſ̃tis: ⁊ ſi fiat cõditiõalis ex illo añte ⁊ ex illo ꝯſ̃te fiet propoſitio neceſſaria qꝛ oĩs conditionalis vera eſt neceſſaria vt patet

ex logica. Tertia ↄcluſio eſt iſta modus liberãdi genus hũanũ per xp̃i paſſionẽ iter oẽs modos poſſibiles fuit ↄueniẽtiſſimus: iſta ↄcluſio ptʒ authoritate Aurelij auguſti. 13. de trinitate. c. ſanãde nr̃e miſerie ↄuenientior alius non fuit modꝰ q̃ per chriſti paſſionẽ: poteſt etiã probari per multas rõnes. Nã per iſtũ modum deus pater oſtẽdit ineffabileʒ charitateʒ qua dilexit nos iuxta illõ Joãnis. 3. ſic deus dilexit mũdum vt vnigenitũ filiũ ſuũ daret. Inſup aſauit nos ad diligendum ipm: tertio incitauit nos ad moriendũʒ pro honore ipius: iuxta illud diui petri: chriſtꝰ paſſus eſt ꝓ nobis vobis relinquendo xp̃m vt ſequamini veſtigia eius. Quarto mõſtrauit ſummã iuſtitiã. Ideo nõ voluit vincere diabolum potẽtia: ſed ſumma iuſtitia: Ideo ꝑ hoc q̃ demõ occidit hoiem pure ignocentẽ. ſ. xp̃m meruit ꝑdere tirãnideʒ quã exercebat ſupra genus hũanũ: ⁊ ita factum eſt cũ rege Frãcie reſpectu regis Dauitod: vt habetur in preconijs gallorũ: multe alie rões poſſent aſſignari: ſed iſte ſunt potiſſime.

¶ Cõtra primã cõcluſionẽ arguitur ſic duabus authoritatibus. Prima eſt ioannis. 12. vbi ſaluator dixit: niſi granũ frumenti cadẽs in terrã mortuũ fuerit ipʒ ſolũ manet ſuper q̃ verba auguſt. dixit: q̃ granũ frumẽti erat ſaluator nr̃: qui debebat mori ⁊ quãtum ad hoc ceteri doctores ipm inſequũtur. Scđa habetur Matthei. 26. vbi ſaluator ait: pater mi ſi non põt hic calix trãſire: niſi bibã illuʒ fiat volũtas tua: ergõ paſſio chriſti non poterat non fieri. Ad iſtas duas authoritates facile rñdet q̃ loquũtur de potẽtia oppoſita ad neceſſitatem conditionataʒ ⁊ non de potentia oppoſita neceſſitati abſolute.

¶ Queritur ſcđo circa eandem diſtin. an aliq̃ pura creatura potuit ſatiſfacere pro toto genere hũano. Pro huius queſtiõis declaratione notãdũ eſt q̃ titulus queſtiõis duobus modis põt intelligi: vnõ modo quo ad iniuriã: ⁊ alio modo quo ad dãpnũ. ⁊ ideo rñdetur per duas cõcluſiones: quarum Prima eſt iſta: Nulla pura creatura potuit ſatiſfacere quo ad iniuriã pro genere hũano: iſta cõcluſio probatur iniuria eſt obiecti infiniti quã fecit ꝓmꝰ parẽs. Nam facta eſt dño deo: ⁊ quicquid habet creatura illud debet dño deo: igitur nulla creatura põt ſatiſfacere pro genere humano quo ad iniuriã Scđa concluſio eſt iſta: nulla pura creatura põt ſatiſfacere pro genere hũano quo ad dãpnum: iſta ↄcluſio probatur primus parens fecit nos oẽs preter ſanctiſſimam virginem filios ire: iuxta apoſtolũ primo ca. ad Epheſeos ⁊ nulla pura creatura põt nos regenerare ſpũalr: g̃ nulla pura creatura põt ſatiſfacere ꝓ genere humano quo ad dampnum.

¶ Cõtra ambas cõcluſiones arguitur ſic: aliqua creatura pura potuit totũ genus hũanum inficere ꝑ culpam: ergo aliqua pura creatura poteſt per bonũ opus ſatiſfacere ꝓ genere hũano ↄña tenet: q: non vi-

det maior rō de vno ꝙ de alio. Ad hoc argumētum rñdetur negando ꝯñam: rō eſt qꝛ bonū non eſt ex nobis iuxta illud oſee prophete: ex te pditio tua iſrael ſaluatio aūt ex me: ꝛ philoſophus noſter in libris topicoꝝ facilius eſt deſtruere ꝙ ꝯſtruere: Nimirū ergo ſi pura creatura potuit deſtruxiſſe genus hūanū: ꝛ neqt ipm regenerare. Cōtra iſtā ſolutionem arguitur poſito caſu ꝙ hūanitas chriſti non fuiſſet aſſūpta a vbo diuino: ꝛ paſſa fuiſſet omnia illa q̄ modo paſſa eſt. ſatiſfeciſſet pro genere hūano: ꝛ ſi nō fuiſſet aſſumpta fuiſſet pura creatura: igitur aliqua creatura potuit ſatiſfacere pro genere hūano: maior probatur talis hūanitas tunc obtuliſſet ſeipam in holocauſtū pro genere hūano: ergo ſatiſfeciſſet pro toto genere humano: ꝯña tenet quia dñs deus longe magis reputat vitā vnius iuſti: ꝙ vitas omniū peccatorum. Ad hanc replicā rñdetur negādo añs ꝑ maiori ꝛ ad probationē negatur ꝯña: ꝛ ad probationē: dato ꝙ dñs deus longe magis reputet vitā vnius iuſti ꝙ vitam oīum peccatorū nō tamē propterea ſequitur ꝙ talis hūanitas ſatiſfeciſſet: nam certū eſt: ꝙ nō ſatiſfeciſſet quo ad dampnū qꝛ nō habuiſſet poteſtetē regenerādi. Siliter non ſatiſfeciſſet quo ad iniuriam: vnum tamē eſt concedendū ꝙ dñs deus ſimplr ꝛ abſolute poterat talē mortē acceptare quo ad iniuriā.

¶ Scđo arguit̄ ſic aliqua pura creatura poteſt ſatiſfacere ꝑ peccato mortali: ergo a fortiori poteſt ſatiſfacere ꝑ peccato originali: ꝯña tenet per locum a fortiori: qꝛ mortale grauius eſt originali: ꝛ añs probatur pura creatura pōt elicere cōtritionem talis peccati mortalis: ergo poteſt ſatiſfacere pro tali pctō mortali: inſuper pura creatura pōt mereri ſummū bonum: ergo a fortiori liberationē a culpa. Ad hoc argumentū facile rñdetur diſtinguendo añs vł concurrēte merito paſſionis chriſti: ꝛ ſic ꝯceditur illud cum ꝯñte: vel nō concurrēte: ꝛ ſic negat̄ illud añs: nec probat̄ in iſto ſenſu.

¶ Queritur tertio circa eandē diſtin. an chriſtus mortē ſubijcerit ex precepto vel conſilio. Ad hāc queſtionem rñdetur per duas ꝯcluſiones. quarū Prima eſt iſta: xp̄s vt obediret precepto dei p̄ris crucifigi ꝛ mori voluit: iſta concluſio ptꝫ expreſſa autoritate ſaluator. Joā. 10. cap. dicentis poteſtatē habeo ponēdi aīam meam: ꝛ poteſtatē habeo iterum ſumēdi eam: ꝛ hoc mādatū accepi a p̄re meo. ſ. ponendi animā meā ꝛc. Scđa cōcluſio eſt iſta appri me decebat xp̄m ex obediētia pati mortē: iſta concluſio probatur rōnabile eſt ꝙ ſicut per vnius in obediētia pctōres conſtituti ſunt multi: ita per vnius hoīs obediētiā iuſti ꝯſtituantur. Inſuper hoc fuit ꝯueniēs reconſiliationi dei ad hoīes. vt habetur ad romanos. 5. reconſiliati ſumus deo per mortē filij eius inquātum. ſ. ipſa mors xp̄i fuit quoddā ſacrificiū acceptiſſimū deo iuxta illud apoſtoli ad Ephe ſeos. 5. tradidit ſe metipſum pro nobis oblationem ꝛ

hoſtiā dei in odorē ſuauitatis: ⁊ obedientia oībus ſacrificijs antepoñt iuxta illud primi regū. 15. cap. melior ē obediētia q̄ victima: ideo valde ꝯueniēs fuit ꝙ ſacrificiū paſſionis ⁊ mortis xp̄i ex obediētia emanaret. Preterea fuit ꝯueniens victorie qua de morte ⁊ auctore mortis triūphauit ſaluator noſter: non enim miles vincere pōt niſi duci obediat: ⁊ ita homo xp̄s victoriā obtinuit pro eo ꝙ deo prī fuit obediens iuxta illud prouerbioꝝ. 21. cap. vir obediens loquetur victorias.

¶ Contra iſtas cōcluſiones arguitur ſic: non legitur in ſacra pagina ꝙ deꝰ pater dedit tale preceptū chriſto: ergo prima concluſio falſa. Ad hoc argumētum rñdet ꝙ ex auctoritate allegata ī ꝓbatiōe prime cōcluſiōis elicit ſatis clare ꝙ deꝰ pr tale preceptū dedit filio. Inſup qñ ſaluator noſter dixit in cruce conſumatū eſt: voluit dicere: ꝙ oīa precepta tam moralia q̄ cerimonialia adipleuit. Nam cerimonialia erant figura ipſius: ⁊ illoruz que debebat ipſe pati: ⁊ ꝙ adimpleuit precepta moralia patet etiam quia adimpleuit preceptum de dilectiōe dei ſup omnia ⁊ preceptū de dilectione proximi in quibꝰ duobꝰ preceptis vniuerſa lex pendet ⁊ prophete. Cōtra iſtaz ſolutionē arguitur ſequeretur ꝙ xp̄s ex neceſſitate paſſus fuiſſet: ꝯñs eſt falſum: igitur ſeq̄la probat paſſus ē ex neceſſitate precepti: ergo paſſus eſt ex neceſſitate. Ad hāc replicam rñdetur negādo ſequelaz procedēdo de neceſſitate: vt diſtinguitur cōtra libertatez arbitrij ⁊ ad probationē negatur ꝯña ſemꝑ procedendo de eadē neceſſitate. Nam certū eſt: ꝙ talis neceſſitas precepti oībus chriſti annis incūbit: nec propterea ſeq̄tur ꝙ boni chriſtiani non libere impleant precepta diuina. Et ſi arguas cōtra chriſtus paſſus eſt ex caritate: ergo nō paſſus eſt ex obediētia negat ꝯña. nā ille due ꝟtutes nullo mō repugnāt: imo ꝑfecta obediētia nō pōt eſſe ſine charitate.

¶ Scđo arguitur ſic: ſequeret ꝙ chriſtꝰ occidiſſet ſeipſum: ꝯñs eſt abſurdū: q2 tunc deſperaſſet: igitur cōcluſiones nulle: ſequela probatur chriſtꝰ voluit crucifigi ⁊ occidi a iudeis ⁊ Joannis. 12. ait nemo tollit a me aīam meam: ſed ego pono eā: ergo ipſe occidit ſeipſuz. Ad hoc argumentū rñdet diſtinguēdo ſeq̄laz vel indirecte ⁊ ſic cōceditur illa: ⁊ negatur minor: ⁊ negatur etiā ꝙ deſperaſſet: immo oēs martires indirecte occiderunt ſeipſos. vl' directe ⁊ ſic negatur illa ſequela: ⁊ ad probationem negatur ꝯña: rō eſt quia ipſe nolebat dicere per illa ꝟba niſi ꝙ poterat reſiſtere ne moreretur ⁊ noluit reſiſtere: ⁊ ꝑ ꝯñs in mera poteſtate eius erat crucifigi vel nō crucifigi. Cōtra iſtam ſolutionē arguit ſequeretur ꝙ nō violenter fuiſſet occiſus: ꝯñs eſt falſuz: ſequela probat volūtas eiꝰ fuit occidendi: ergo nō violēter. Ad hāc replicā rñdetur diſtinguēdo ſeq̄lam vel li violenter capitur. i. cōtra volūtatem xp̄i liberā: ⁊ ſic cōceditur illa: ⁊ negatur minor vel ly violenter capitur. i. cōtra natu

inclinationē ⁊ ſic negatur illa: ⁊ ad pꝛobationē negatur ɔña q̄2 lȝ xp̄s libere volebat crucifigi ⁊ volūtarie tñ refugiebat ⁊ recuſabat moꝛtē.

¶ Tertio arguitur ſic ſequeretur ꝙ deus pater tradidiſſet xp̄um: ɔñs eſt falſuȝ: igitur ſequela ptȝ expꝛeſſa autoꝛitate apoſtoli ad roñ.8 d. pꝛopꝛio filio ſuo non pepercit: ſed pꝛo nobis oībus tradidit illū. Māpꝛobatur falſitas ɔñtis: iniquū ⁊ crudele eſt tradere innocētē moꝛti: ſȝ xp̄s erat oīno innocens: ergo deus pat inique ⁊ impie tradidit illuȝ moꝛti. Ad hoc argumentū rñdetur cōcedēdo ſequelā ⁊ negando minoꝛē: ⁊ ad pꝛobationē diſtinguitur maioꝛ: vel contra voluntatē ipſius innocentis ⁊ ſic trāſeat illa maioꝛ: ⁊ negat ɔña rō eſt: q̄2 xp̄s volebat deū patrē tradere ipſum moꝛti. Si vero intelligatur mai. ſimpliciter ⁊ vniuerſaliter negatur illa. Contra iſtā ſolutionē arguitur Iudas: ideo vituperat: q̄2 tradidit xp̄ȝ moꝛti: pariſoꝛma Cayphas: ⁊ Anna: ⁊ Pilat⁹ vituperātur q̄2 tradiderunt xp̄m moꝛti: ſed deus pater tradidit xp̄m moꝛti: ergo de⁹ pater venit vituperand⁹. Ad hanc replicā rñdetur negando ſimplicit: ⁊ ſine addito añs: ⁊ loquēdo de cauſa totali pꝛo maioꝛi parte. ſed cauſa totalis quare Iudas vituperatur eſt: q̄2 tradidit xp̄m moꝛti ex auaritia ⁊ pontifices vituperantur: q̄2 tradiderūt xp̄ȝ moꝛti ex inuidia: ⁊ Pilatus vituperatur: q̄2 tradidit xp̄m moꝛti ex timoꝛe mundano ne amitteret officiū pꝛeſidis. Ex iſtis ptȝ: ꝙ idē opus factū eſt a deo patre ⁊ filio ⁊ ſpiritu ſancto: ⁊ a pontificibus Anna: ⁊ Caypha: ⁊ Iuda Scariot: ⁊ Pilato: ⁊ pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus pꝛopter tale opus infinitis laudibus ſunt digni. Alij vero pꝛopter idē opus eternis cruciatibus cruciabuntur in baratro: ptȝ de moꝛte xp̄i q̄ adeo patre ⁊ alijs eſt ꝑpetrata.

¶ Queritur quarto circa eādē diſtin. An peccatum pontificum crucifigentiū xp̄m fuerit grauiſſimum. Pꝛo huius queſtionis enodatione eſt notandū ꝙ grauitas peccati duobus modis poteſt attendi: vno mō ex parte obiecti: ⁊ alio mō ex parte elicientis ipſum peccatū. Iſto notato rñdetur per duas cōcluſiones ad queſtionē: quaꝝ pꝛima eſt iſta. Peccatū pōtificū crucifigentiū xp̄m fuit grauiſſimū ex parte obiecti. Iſta cōcluſio pateſt expꝛeſſa auctoꝛitate diui Ioannis chꝛiſoſtomi ſuper illud Matthei. 23. cap. ⁊ vos implete mēſurā patrū veſtroꝝ. d. quantū ad veritatē excellerunt menſurā patrum ſuoꝝ: illi eñ crucifixerunt hoīes: iſti vero maledicti deū crucifixere. Secunda cōcluſio eſt iſta: ex parte perſonaꝝ eliciētiū grauiſſimū fuit peccatū pōtificū crucifigētiū xp̄m: iſta concluſio pꝛobatur erāt in ſupꝛema dignitate conſtituti ⁊ peccauerūt ex certa malicia: naȝ nullā habuerunt ignoꝛantiā niſi affectatā q̄ poti⁹ aggrauat ꝙ excuſat: igitur peccatū coꝝ fuit grauiſſimū ex parte ipſoꝝ elicientium.

¶ Contra ambas concluſiōes arguitur ſic illud peccatū qđ habet excuſationē nō ē grauiſſimū: ſȝ pec-

catũ pontificũ habuit excuſationẽ:
ergo nõ fuit grauiſſimũ: minor pro-
batur xp̄s excuſauit eos.d. in cruce
deo patri pater ignoſce illis: q2 ne-
ſciunt quid faciunt. Ad hoc argumẽ
tum rñdetur negando minorẽ: ⁊ ad
probationẽ negatur ꝙ xp̄s loqueba
tur de eis: ſed ſolum de Plebleis ⁊
Laicis qui non nouerant ꝓphetias.
Contra iſtã ſolutionẽ arguitur: pec-
catum iude fuit grauiꝰ peccato põ-
tificũ: ergo non fuit peccatũ pontifi
cum grauiſſimũ: añs ptz autoritate
ſaluatoris.d. Pilato qui me tradi-
dit tibi maiꝰ peccatũ habet. Ad hãc
replicã rñdetur negando añs: ⁊ ad
probationẽ dico: ꝙ xp̄s non loq̄bat
ibi de iuda: ſed loquebatur de ponti
ficibus. Nã Judas ſolum tradidit
xp̄m pontificibus: ⁊ põtifices tradi-
derunt eũ Pilato: ⁊ tunc iã ſe ſuſpẽ
derat laq̄o maledictus Judas ⁊ cre
puerat medius: ⁊ ſic clare conſtat ꝙ
xp̄s loquebatur de põtificibus ⁊ nõ
de Juda. Cõtra iſtã ſolutionẽ argr̄
ſic: pontifices non cognouerũt xp̄m
ergo ſunt excuſabiles: ⁊ p ꝯñs pec-
catũ eoꝶ non fuit grauiſſimuz: añs
ptz expreſſa authoritate apl̄i prime
ad corinth.2.d. Si cognouiſſent nũ
q̃ dñm glorię crucifixiſſent. Pro ſo
lutione huius argumenti eſt notan-
dum ꝙ ſicut apud nos xp̄ianos ali-
qui ſunt docti in lege euangelica: et
aliqui ſimplices ⁊ valde ignorãtes:
ita erat apud iudeos. Nã aliq̃ erãt
valde docti vt põtifices ſcribe: ⁊ pha
rizei: ⁊ doctores legis bene cognoue
runt xp̄m eẽ meſſiã in lege ꝓmiſſuz:
non tñ crediderunt ipſum eſſe deũ.
Nihilominus: ſi voluiſſent bene po-
tuiſſẽt cognoſcere. Nã xp̄s faciebat
miracula aſſerendo ꝙ erat deus: vt
ptz de ceco a natiuitate quẽ illumi-
nauit: ⁊ ſic de mltis alijs. Inſuper
tenebantur credere ipſi meſſie. Nã
ita preceperat dñs Deuteronomij.
18.capi. Alias ꝙ vltor exiſteret: ſed
maledicti pontifices nolebãt aduer
tere circa opera ipſius ⁊ affectabãt
ignorare: ⁊ reſpuebant ſcientiã ipiꝰ
ſicut fuerat prophetizatũ i lib. Job
yſaye: ⁊ ſapientię. Idcirco dixit eis
ſaluator Joãnis.15.cap. Si non ve
niſſem ⁊ eis loquutꝰ nõ fuiſſem pec
catum non haberent: ſed modo nul-
lam habent excuſationẽ. Iſto nota-
to rñdet ad formã argumẽti: negan
do añs: ⁊ ad ꝓbationez dico: ꝙ quã-
uis nõ cognouerũt xp̄m eſſe deũ a-
perte tamẽ cognouerũt ipſum eſſe
verum meſſiam: ⁊ circa eius diuini
tatẽ habuerunt ignorãtiã affectataz
quę non excuſat: ſed aggrauat vt di-
ctum eſt: ⁊ de tali ignorantia loqui-
tur diuus Petrus actuum.5.d. ſciõ
q2 per ignorantiã feciſtis ſicut ⁊ pri
cipes veſtri. Et ſi arguas volẽti nõ
fit iniuria. Sed Chriſtus volebat
crucifigi: ergo Chriſto non facta eſt
iniuria a pontificibus. Ad hanc re-
plicam reſpondetur negando ante
cedẽs vl'r: patet iſtãtia de illo qui oc
cidit ſeipſum precipiendo alteri: vt
liquet de ſaule: qui ex proprio pre-
cepto fuit occiſſꝰ a quodã amalechi
ta ⁊ nihilominꝰ rex dauid fecit eum
occidi vt habetur in.2.ca.2.regum.
Inſuper quandocunq; aliquis occi
dit volentẽ occidi facit iniuriaz deo
⁊ reip. ⁊ ex ꝯñti omnes qui occidũt
ſeipſos faciunt iniuriaz deo ⁊ reip.

Si in xpo diuiſio i morte fuit anime vl' carnis a verbo.

Diſtinctio XXI.

Poſt predicta conſiderandū eſt vtrū i morte a vbo ſit ſeparata anima vel caro. Quidā putauerūt carnē ſicut ab anima ita a diuinitate in morte fuiſſe diuiſam. Si enim inquiunt anima media diuinitas ſibi carnem vniuit. ſicut ſu perius pretaxatū eſt. ergo quādo diuiſa eſt caro ab anima. diuiſa eſt etiam a diuinitate. qꝛ nō potuit ab aīa ſeiungi p quam verbo erat vnita. quin a verbo diuideretur. Fuit aūt diuiſa ab anima i morte. alioquin vera mors ibi non fuiſſet. Quia vt ait Augu. Mors quā timēt hoīes ſeparatio eſt anime a carne. Mors aūt quam nō timent ſepatio eſt aīe a deo. Ultra qꝫ vō dyaboli ſuaſu hoī ꝓpinata eſt. Si ergo in xpo hoīe vera mors fuit. diuiſa eſt ibi aīa a carne ac per hoc diuinitas a carne. Huic ſue ꝓbabilitati addūt auctoritatis teſtimoniū. Amb. eñ tractās de xpi derelictione qui i cruce voce magna clamās dixit. He' deus me' vt qd me dereliqſti ait. Clamat hō ſepatiōe diuinitatis moritu'. Nā cū diuinitas mortis libera ſit. vtiqꝫ mors ibi eſſe nō poterat: niſi vita diſcederet qꝛ vita diuinitas ē. Hic videt tradi qꝫ diuinitas ſeparata ſit in morte ab hoīe q̄ niſi diſceſſiſſet hō ille mori nō poſſet. Quō illi ad carnē referūt quā dicunt a dō ſeparatā. Quib' rñdem' illā ſeparatiōnē ſic eſſe accipiendū. ſicut intelligit' derelictio q̄ illis vbis ſignificatur. vt qd me dereliqſti: Quō ergo chriſt' derelict' erat a patre: cum in cruce derelictum ſe clamabat. Non recefferat de' ab hoīe ita qꝫ eēt ſoluta vnio dei ꝛ hoīs. Alioquin fuit quoddaꝫ tempus qñ chriſtus ad huc viuus hō erat ꝛ nō de'. qꝛ ad huc viuus ſe derelictum clamabat: non derelinquendum. Si ergo illa derelictio vnionis intelligitur ſolutio. añ facta fuit ſolutio dei ꝛ hoīs qꝫ chriſtus mortuus eſſet. Sed quis hoc dicat: Fateamur ergo deum quodāmodo illum hoīem in morte deſeruiſſe. qꝛ poteſtati perſequentiuꝫ eū exposuit ad tēpus: non ſuā potentiam exercendo illum deffendit

vt nō moreretur. Separauit ſe diuinitas qꝛ ſubtraxit ꝓtectionē ſʒ nō ſoluit vnionē. Separauit ſe foris: vt non adeſſet ad defenſionem. ſed non intus defuit ad vnioneʒ. Si non ibi cohibuiſſet potentiā ſʒ exercuiſſet. nō moreretur chriſtus. Mortuꝰ eſt chriſtus diuinitate recedente id eſt effectum potentie defendēdo nō exhibente. Hic eſt hyrcus apōpeyus qui altero hyrco immolato in ſolitudinem mittebatur vt legitur in leuitico. Duo enī hyrci humanitas ꝛ diuinitas chriſti intelliguntur. Hūanitate ergo imolata: diuinitas chriſti in ſolitudinem abijt. i. in celū. Vñ Eſicius. In ſolitudinē. i. in celum tempore paſſiōis diuinitas abijſſe dicitur. nō locum mutās ſed quodāmodo virtutem cohibens. vt poſſent impij conſummare paſſionem. Abijt ergo. i. vꝰtuteʒ cohibuit ꝛ portauit iniquitates noſtras. non vt haberet ſʒ vt conſumeret. deꝰ enī ignis cōſumens eſt. Ex his ſatis oſtenditur premiſſa verba Ambroſij ſic eſſe accipienda vt prediximꝰ.

Aliam inducūt autoritatē.

¶ Alij quoqꝫ autoritati innitūtur qui aſſerunt diuinitatem in morte receſſiſſe ab homine ſcōm carnem. Ait enī Athaña. Maledictus qui totum hominē quē aſſumpſit dei filius denuo aſſūptum vel liberatū: tertia die amortuis reſurrexiſſe nō confitetur. ſi at fiat Si inquiūt denuo aſſumptus eſt homo in reſurrectione quem aſſumpſerat in incarnatione. depoſuit ergo eum in morte. ſepata ergo fuit diuinitas i morte ab hūanitate. quibus rſidemꝰ ꝙ ſi in his verbis aſſumptio talis intelligatur que ſit ſcōm vnionē non carnem tantum ſed totū hoīem id eſt aīam ꝛ carnem denuo ſibi vniuit in reſurrectione. qꝛ non ſimpliciter hoīem ſed totum hominem aſſumptū dicit. Totum ergo hoīeʒ in morte depoſuit. i. aīam ꝛ carnē. Sed ꝗs niſi hoſtꝭ veritatis dicat animaʒ a verbo depoſitam? Et tamē ni ſi hoc fateantur ꝙ totus homo ſit aſſumptus: non pro eis facit illa autoritas que totum dicit aſſumptum. Sciendū ē ergo athanaſiū id dixiſſe ꝯtra illoꝝ ꝑfidiaʒ qui reſurrectionē xp̄i negabant. putantes in morte detineri eum qui ſolus inter mortuos liber ē. Ideo illūmaledicit. qui non confitetur totū hoīem denuo aſſumptuʒ reſurrexiſſe. i. xp̄m aīam de

nuo corpori cõiunxiſſe. ꝛ in illis duobus denuo cõiunctis in reſurrectione vere ſcdꝫ hoiem vixiſſe ſicut ante morteꝫ. Nam in morte ſeparata eſt aia a carne. Unde vere dicit xp̃s mortuꝰ. ſed neutrũ ſeparatũ ẽ a vbo dei.

Autoritatibꝰ aſtruit a verbo carnem in morte nõ eſſe diuiſam.

¶ Sicut Auguſt. ſuper Joãnem docet. tractãs illud dñi verbum. Ego pono aiam meam vt iterum ſumã eam. Nemo tollit eam a me. ſꝫ ego ponã eã. a meipſo poteſtatẽ habeo ponẽdi eaꝫ et iterũ ſumendi eam. Hic aiam dicit emiſſaꝫ. A quo emiſſa eſt? a ſeipſa nõ eſt emiſſa. qꝛ ſeipſam non poſuit. nec verbũ aiam poſuit vel carnem. Caro ergo aiaꝫ poſuit. ſed poteſtate in ſe manentis deitatis. Potẽtia ergo deitatis aia diuiſa eſt carne. ſꝫ neutrum a verbo dei. Uñ Auguſt. Uerbũ ex quo ſuſcepit hoieꝫ. i. carnem ꝛ aiam nunꝗ depoſuit aiam: vt eſſet aia verbo ſeparata ſed caro poſuit aiam qua expirauit. qua redeũte ſurrexit. Morſ ergo ad tempus carnẽ ꝛ aiam ſeparauit. ſed neutrũ a verbo dei. Caro ergo ponit ꝛ ſumit aiam: non poteſtate ſua: ſed poteſtate inhabitãtis carnẽ dei tatis. Hic euidenter traditur nec aiam nec carnẽ a verbo dei in morte eſſe diuiſaꝫ. vt aliquo modo ſoluta fuerit vnio. Unde Aug. contra feliciamũ. Abſit vt xp̃s ſic ſenſerit mortẽ vt quantũ in ſe eſt vita: vitã perdiderit. ſi enim hoc ita eſſet vite fons aruiſſet. Senſit ergo mortẽ participatione humani affectus queꝫ ſponte ſuſceperat. ñ nature ſue perdidit potentiã per quã cuncta viuificat. Sic in ſepulchro xp̃s carnẽ ſuã cõmoriẽdo nõ deſeruit. ſicut in vtero virginis ꝯnaſcẽdo formauit. Mortuus eſt ergo non deſcendẽte vita. ſicut paſſus eſt non pereunte potentia. nemo tollit aiam eius ab eo: qꝛ poteſtatẽ habet ponendi ꝛ ſumendi. Ecce ꝛ hic habes xp̃m non deſeruiſſe carnẽ in morte. ꝛ vitã nõ deſceſſiſſe a mortuo ꝛ ꝙ ſponte tradidit ſpũꝫ nõ aliꝰ extorſit. Uñ Amb. Emiſit xp̃s ſpũm. ꝛ tñ quaſi arbiter eruendi ſuſpẽdiꝗ corporis. Emiſit ſpm̃ nõ amiſit ſplẽdebat i cruce ꝛ oia cõmouebat. Sed vñ emiſit: ex carne? quo emiſit ad patrem.

Qua ratione chriſtus dicit mortuus ꝛ paſſus.

¶ Recedente vero anima. mor
tua ē xp̄i caro: ⁊ qꝛ caro mortua
eſt mortuus eſt xp̄s. Sicut eñ
mortuus dicitur deus. qñ mor-
tuus eſt homo. ita mortuus hō
dicitur qñ mortua eſt caro. Se
paratio aīme mors carnis fuit.
Propter carnē ergo vnitā ver-
bo que mortua eſt dicitur deus
mortuus. ⁊ propter carnē ⁊ ani
mam que vtraqꝫ dolorē ſenſit dꝛ
deus paſſus. cū diuinitatis oīs
doloris exors exiſteret. Unde
Augu. Uerbū caro factū eſt. vt
per carnē panis celeſtis ad infā
tes tranſiret. ⁊ ſcđm hoc ipſū ver
bum crucifixū eſt. ſed nō eſt mu
tatū in hoiem. hō in illo mutat⁹
eſt. vt melior fieret quam erat.
Per illud ergo ꝙ hō erat mor-
tuus eſt deus: ⁊ per illud qđ de⁹
erat homo excitatus eſt ⁊ reſur-
rexit. Quicquid paſſ⁹ eſt homo
non pōt dici non paſſus eſt de⁹.
qm̄ de⁹ erat hō. Quomodo po
teſt dicere te non poſſum iniuriā
ſi veſtis tua conſcindatur. quā-
uis veſtis tua non ſis tu. Mul
tomagis ergo quicquid patitur
caro vnita v̄bo: debebat dici de⁹
pati. licꝫ verbū nec mori. nec cor
rūpi. nec mutari potuerit. Sed
quicquid horū paſſus eſt: in car
ne paſſus eſt. De hoc etiam
Ambroſi⁹ in libro tertio de ſpi-
ritusancto ait. Quod verbi caro
patiebatur. manēs in carne ver
bum. in ſe pro corporis aſſum-
ptione referebat. vt pati dicere-
tur. qꝛ caro patiebatur. ſicut ſcri
ptuꝫ eſt. Chriſto in carne paſſo.
Hic docet qua rōne de⁹ vel dei
filius paſſus vel mortuus dici-
tur. nō qꝛ mortem ſenſerit in q̈n
tuꝫ deus eſt. ſed qꝛ caro ei vnita
mortua eſt. Scđm quā rationē
dicit. Auguſ. Si quis dixerit at
ꝙ crediderit filium dei deuꝫ paſ
ſuꝫ anathema ſit. Cui⁹ dicti cau
ſam et qua intelligentia ſumen-
da eſt apperienſ. in eodē ſubdit.
Si quis dixerit ꝙ in paſſiōe do
lorem ſentiebat filius dei deus ⁊
non caro tantū cū anima quā ſi-
bi acceperat: anathema ſit. Sa-
ne ergo dici poteſt ꝙ mortuus ē
deus ⁊ non mortuus paſſus eſt
dei filius ⁊ non paſſus. Paſſa ē
tertia perſona et nō paſſa. cruci-
fixū eſt verbū et nō crucifixum.
ſed ƀm alterā naturam paſſus ē.
ƀm alterā impaſſibilis. Uñ Am
broſi⁹. Generalis iſta eſt fides.
qꝛ xp̄us eſt dei filius. et natus ex
virgine. quē quaſi gigantē pro-
pheta dſcribit. eo ꝙ biformis ge
minęqꝫ nature vnus ſit. cōſors
diuinitatis et corpis. Idem ex-

go patiebat̃ ⁊ non patiebat̃. moriebatur ⁊ non moriebat̃. ſepeliebatur et nõ ſepeliebatur. reſurgebat et non reſurgebat. Reſurgebat ſ̄m carnez que mortua erat. non ſ̄m verbũ. quod apud deũ ſemper manebat.

CIrca. 21. diſtinctionē queritur primo vtruz ſtatim poſt mortez xp̄i a carne vl' aĩa fuit ſeparatũ v̄buz diuinuz ſiue diuinitas. Ad hanc queſtionē r̄ndet̃ per duas cõcluſiões. Pr̄ia ꝯcluſio verbũ diuinũ ſiue diuinitas nunq̄ reliquit carnem. Scd̄a cõcluſio verbum diuinum ſiue diuinitas nunq̄ reliquit aĩam: iſte due cõcluſiones probãtur authoritatibꝰ leõis pape ⁊ diui Auguſt. cõtra felicianũ dicentium tãta eſt vnio dei ⁊ hoĩs vt nec ſuplicio poſſet dirimi nec morte diſtingui. Simil'r damaſcenus. d. de verbo ꝙ ſemel vel aſſumpſit nũquã dimiſit: ⁊ li quot tm̄ valet ſicut que ⁊ ſic ſenſus queſtionis eſt q̄ ſemel aſſumpſit. ſ. aĩam ⁊ carnē nunq̄ dimiſit: probatur etiam rõne illud qđ per grãm dei conceditur nunq̄ ſine culpa reuocatur. ſʒ nulla culpa fuit in chriſto neq̄ potuit eſſe ⁊ fuit illi cõceſſum ꝙ verbũ diuinũ vniret̃ eiꝰ carni ⁊ aĩe: ergo nõ eſt reuocatũ.

¶ Contra primã concluſiõem arguitur ſic authoritate ſalomonis Matth. 27. d. in cruce: deus deus meus vt quid me dereliquiſti: ⁊ ambroſius exponit clamabat hõ ſeparatione deitatis moriturꝰ: ergo verbum diuinũ relinquit carnē. Ad hoc argumẽtum r̄ndetur: ꝙ ſaluator nr̄ non loquitur de ſeparatiõe diuinitatis a carne ⁊ anima. ſed dicit ſe eſſe derelictũ: ideo q2 diuinitas reliquit pati hũanitatē tm̄ quãtũ poterat: ⁊ nõ iuuabat eã ſicut iuuit martires in tormẽtis ⁊ de tali etiã derelictione loquit̃ ambroſiꝰ ſiue ſeparatiõe. Cõtra iſtaz ſolutionē arguitur diuinitas vniebat̃ carni mediante aĩa: ⁊ aĩa fuit ſeparata a carne: ergo diuinitas fuit ſeparata a carne: ꝯ̄ña tenet q2 ſoluto medio ſeparãtur extrema. Ad hanc replicã r̄ndetur negãdo ꝯ̄ñam: ⁊ rõ eſt quia lʒ caro actualiter vniebatur aĩe erat tamē in proximo vnibilis ⁊ ideo propter talem ordinem ſeu aptitudinē. adhuc diuinitas erat vnita ipſi carni. Contra iſtaz ſolutionē arguitur ſeq̄retur: ꝙ caro viueret in ſepulcro ſiue vixiſſʒ: ꝯ̄ñs eſt falſum igitur ſeq̄la probat̃ caro in ſepulcro habebat diuinitatē ſibi vnitã: ergo caro viuebat in ſepulcro: ꝯ̄ña probatur ſi caro illa xp̄i habuiſſet aĩam ſibi vnitã vixiſſet in ſepulcro: ergo poſtq̄ habuit diuinitatem ſibi vnitam vixit in ſepulcro: ꝯ̄ña probatur maior eſt v̄tꝰ viuificatiua dei q̄ aĩe. ſed nõ poterat mori niſi ſepararet̃ aĩa: ergo nec potuit mori niſi ſeparata diuinitate. Sed diuinitas non fuit ſeparata a carne in ſepulcro: ergo caro viuebat in ſepulcro. Ad hanc replicã r̄ndetur negãdo ſeq̄lam: ⁊ ad probationez ne-

gatur ꝯña. ⁊ ad probationē iterū negatur ꝯña: ⁊ ad probationem negatur prima ꝯña: ⁊ rō eſt quia deus eſt virtus viuificatiua effectiue: ⁊ non formalr aīa vero ē virt⁹ viuificatiua formalr. ideo reqrit ſeparatio aīe a carne ad mortē ipſi⁹ carnis. nō tñ requiritur ſeparatio dei ab ipā carne.

¶ Scḋo arguitur ſic cōtra ſecūda ꝯcluſionē: ſaluator Joānis. 10. d. nemo tollit aīaꝫ meā a me: ſed ego pono eam: ⁊ iterū ſūmo eam: ergo verbum diuinū ſeparauit aīam a ſe ipſo: ⁊ per ꝯñs aīa fuit ſeparata a diuinitate. Ad hoc argumentū rñdet ꝙ ſaluator nō intelligebat ꝙ debebat tollere: ſiue ſeparare aīam a ſe ipſo verbo diuino: ſed itelligebat ꝙ haberet eaꝫ ſemꝑ in ſua pōſtate ad ſeparādū eā a carne. Cōtra iſtā concluſionē arguitur authoritate Atanaſij. d. maledictuꝫ eſſe: qui totum hoīem quē aſſumpſit dei filius denuo aſſumptū vel liberatū. 3. die a mortuis reſurrexiſſe non cōfitetur: ergo verbū diuinū ī morte reliquit hūanitatē ⁊ iterū aſſumpſit eaꝫ in die reſurrectionis. Ad hanc replicā rñdetur ꝙ atanaſius nō intendit dicere ꝙ verbū diuinum reliquit hūanitatem quo ad partes eius: ſꝫ ſolū intēdebat: ꝙ chriſt⁹ deſinit eſſe hō in triduo: ⁊ in die reſurrectiōis iterū incepit eſſe homo. Cōtra iſtā ſolutionē argr̄ ſeqret ꝙ verbū diuinum fuiſſet aīa in illo triduo: ſimilr ⁊ caro: ꝯñs eſt falſum. igitur ſeqla probatur verbū diuinum in illo triduo ſuſtētabat aīam in inferno ⁊ ſuſtentabat carnem in ſepulchro: ergo in illo triduo verbū diuinū erat caro ⁊ anima. Ad hanc replicā rñdetur negando ſeqlam ⁊ ad probationē negatur ꝯña ⁊ rō eſt qꝛ illi termini aīa ⁊ caro non taliter capiūtur: ſed ſi caperētur in talibus ſignificātijs bene poſſet cōcedi ſeqla non tñ eſt cōcedēda ſimplr: ſed ſemꝑ cū diſtinctione Et ſi inferas: igitur tūc xp̄s fuiſſet due perſone: negatur ꝯña. imo dato ꝙ ſuſtētaret. 2. humanitates non eſſet due perſone: ſed vna perſona.

¶ Queritur ſcḋo circa eandem diſtin. an ſtatim poſt morteꝫ chriſti caro vel anima facta eſt ipaſſibilis Pro huius queſtionis enucleatiōe eſt aduertendū ꝙ de carne xp̄i non eſt cōtrouerſia apud Doctores catholicos. Nam oēs cōueniūt ꝙ nō facta eſt impaſſibilis vſqꝫ ad diem reſurrectiōis: ſed de aīa eſt difficultas. Nam aliqui dicūt ꝙ non ſtatiꝫ fuit facta impaſſibilis. ſed ſolum in die reſurrectiōis: veluti ⁊ caro. Cōtra iſtam opinionē arguitur ſic aīa chriſti īmediate poſt mortē maiorē dignitatē ſibi comparauit ꝙ̄ anima cuiuſcunqꝫ alterius iuſti: ſed multe ſunt aīe iuſtoꝝ que immediate poſt mortē effecte ſunt impaſſi. ergo a fortiori aīa xp̄i in mediate poſt mortem effecta eſt impaſſibilis: maior eſt articul⁹ fidei: ⁊ mī patet de martirum aīabus q̄ ilico poſt mortē effecte ſunt impaſſibiles ⁊ regnāt in celis. Inſuꝑ tota cauſa q̄re anima xp̄i non erat impaſſibilis ante morteꝫ: erat vt mereretur ⁊ de⁹ ſpecialiter impediebat impaſſibilitatē ei⁹. ſed poſt mortē non poterat ampli⁹ me-

reri: ergo ceſante cauſa debebat ceſare effect⁹. ſ. ĩpedimentũ impaſſibilitatis. Preterea aĩa erat paſſibilis rõne carnis. ſed poſt mortem erat ſeparata aĩa ab ipſa carne: ergo ſtatim poſt mortẽ aĩa effecta eſt impaſſibilis. Propter iſtas rões rñdetur ad q̃ſtionẽ per duas cõcluſiones. quaꝝ Prima eſt iſta: aĩa xp̃i in mediate poſt mortẽ effecta ẽ ĩpaſſibilis. iſta cõcluſio p3 ex rõnib⁹ in mediate factis. Scda ↄcluſio ẽ iſta: caro xp̃i non ſtati3 facta eſt impaſſibilis. ſed ſolũ in die reſurrectionis: iſta concluſio patet q2 caro non fuit glorificata niſi vſq3 ad diem reſurrectiõis.

¶ Cõtra primã cõcluſionẽ arguit: caro ex ſcda cõcluſione nõ imediate effecta eſt impaſſibilis: ergo nec aĩa: ↄña tenet q2 nõ vř maior rõne aĩa: q̃3 de carne. Ad hoc argumẽtum rñdetur negãdo ↄña3: ⁊ ad probationẽ negaꝛ añs ⁊ diſcrimẽ eſt: q2 aĩa ſemp fuit bt̃a ab inſtanti primo ſue creationis ⁊ dñs deus ſpecialr̃ impediebat impaſſibilitatẽ eius vt poſſet mereri. ſed poſt mortem non ampli⁹ impediuit poſtq̃3 non poterat ampli⁹ mereri: ideo ſtati3 facta eſt impaſſibilis: caro autẽ nũq̃3 habuit glorificationẽ vſq3 ad diẽ reſurrectiõis. Cõtra iſtam ſolutionẽ arguit: nihil eſt collatũ aĩe xp̃i imediate poſt mortẽ ꝑ qd̃ efficereꝛ impaſſibilis: ergo nõ ſtati3 poſt mortẽ effecta eſt ĩpaſſibilis. Ad hoc negatur ↄña: ⁊ rõ ẽ q2 nõ oportebat ei aliq̃d cõferri ſed ſatis erat ꝙ de⁹ non ipediret impaſſibilitatẽ eius ad hoc vt efficeretur impaſſibilis. Cõtra iſtã ſolutionẽ arguitur ſeq̃retur ꝙ ſtati3 volaſſet ad celũ ↄñs eſt falſum igiꝛ: ſeq̃la patet aĩe q̃ modo ſunt ĩpaſſibiles ſtatim volãt ad celũ: ergo aĩa xp̃i poſtq̃3 fuit impaſſibilis ſtati3 volauit ad celũ. Ad hanc replicã rñdeꝛ negãdo ſeqũlã: ⁊ ad ꝓbationẽ negatur ↄña: rõ eſt q2 tũc nondũ erat ſufficiẽter ꝓbata mors xp̃i ⁊ reſurrectio: ideo nõ fuit ↄgruũ ꝙ ſtatim volaret ad celũ. Cõtra iſtã ſolutione3 arguiꝛ: ſi iteꝝ talis aĩa fuiſſet vnita carni añ diem dñicũ reſurrectionis fuiſſet paſſibilis: ergo aĩa in illo triduo erat paſſibilis: añs probaꝛ caro erat tũc paſſibilis: ergo aĩa percepiſſet dolores carnis: ⁊ per ↄñs fuiſſet paſſibilis. Ad hãc replicã rñdeꝛ negãdo añs ⁊ ad ꝓbationẽ negatur iterum añs: immo ſi aĩa fuiſſet tunc vnita carni: caro effecta eſſet gl̃oſa ⁊ impaſſibilis. Sed argues adhuc cõtradicta ſeqũretur ꝙ caro in illo triduo fuiſſet incinata: ↄñs eſt falſũ igitur ſeq̃la probatur caro erat tunc paſſibilis: ergo patiebaꝛ ⁊ per ↄñs corrumpebatur ⁊ efficiebatur cinis. Ad hoc reſpõdetur negando ſeqũlam ⁊ ad probationem negatur cõſequentia: ⁊ ratio eſt quia dominus deus eam preſeruabat iuxta illud dauid pſalmo. 15. Non dabis ſanctum tuũ videre corruptionem.

Si Chriſtus in morte fuit homo.

Diſtinctio. XXII.

qꝛ paſſio facta eſt virtute humana a nobis viſibili reſurrectio aūt ꝟtute diuia dei p̄ris. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur aſcenſio xp̄i facta e publice ⁊ aſcēſio xp̄i facta eſt virtute diuina dei patris: ergo reſurrectio xp̄i debuit fieri publice: ꝯña tenet: qꝛ nō videtur tūc potior ratio de aſcenſione ꝙ de reſurrectione. Ad hanc replicā r̄ndetur negando ꝯñam: ⁊ ad probationē negatur añs: ⁊ do diſcrimē: quia in reſurrectione terminus a quo ⁊ terminus ad quē erant nobis inuiſibiles. Nā termin⁹ a quo erat aīa xp̄i exñs in inferno: ⁊ terminus ad quē erat gloria dei patris in aſcēſione aūt lꝫ termin⁹ ad quē erat nobis inuiſibilis: terminus tñ a q̄ erat viſibilis. ſ. mons Oliueti ⁊ propterea apoſtoli bene viderūt aſcēdere nō tñ viderūt ipſum itrare in cœlū impireū. Contra iſtā ſolutionem arguitur Lazarus fuit publice reſuſcitat⁹: ergo reſurrectio xp̄i debuit fieri publice ꝯña probatur termin⁹ a quo reſurrectionis Lazari erat apoſtolis inuiſibilis: ſicut terminus a q̄ reſurrectionis xp̄i: ergo ſi reſuſcitatio Lazari facta eſt publice: ita etiā reſurrectio xp̄i debuit fieri publice. Ad hanc replicāꝫ r̄ndetur negando ꝯñam: ⁊ ad probationē negatur iterū ꝯña: rō eſt qꝛ licet termin⁹ a quo vtriuſqꝫ reſurrectionis fuit inuiſibilis: terminus tñ ad quē reſurrectionis lazari fuit viſibilis: qꝛ reſurrexit ad vitā mortalē. terminus vero ad quē reſurrectionis Chriſti fuit inuiſibilis. Contra iſtā ſolutionē argr̄: ſi apoſtoli non vidiſſent reſurrectionem xp̄i non fuiſſent boni teſtes reſurrectionis xp̄i: ꝯñs eſt falſum: igitur maior probatur: qꝛ teſtis per auditum non eſt cōueniens. Ad hāc replicā r̄ndetur negando maiorē: ⁊ ad probationē cōcedo ꝙ teſtis ex auditu non eſt cōueniēs. apoſtoli tñ quāuis non viderunt xp̄m reſurgere viderunt eum tamen multoties poſt reſurrectionem.

¶ Scd̄o arguitur ſic ſi Chriſt⁹ ſufficiēter probaſſet veritatē ſue reſurrectiōis debuiſſet ſemper cōuerſari cū ſuis diſcipulis: ſed non continuo habitauit cū eis poſt reſurrectionē: ergo non ſufficiēter Chriſt⁹ probauit veritatē ſue reſurrectionis maior probatur meli⁹ fuiſſent apoſtoli certificati de ꝟitate reſurrectionis. ergo debuit conuerſari cōtinuo cū apoſtolis. Ad hoc argumentū reſpondetur negando maio. ⁊ ad probationē negatur añs procedēdo de reſurrectione perfecta. immo credidiſſent apoſtoli ſi continuo habitaſſet cū eis: ꝙ reſurrexiſſet in perfecte ſcꝫ ad vitā mortalē. veluti lazarus: ideo non debuit continuo conuerſari cum eis debebat eñ oſtendere ꝙ poſt reſurrectionē non indigebat cibo neqꝫ potu: ſicuti ante reſurrectionem: ⁊ ꝙ vita ſua poſt reſurrectionē erat valde diſtincta ab illa qua vixerat ante reſurrectionē. Contra iſtāꝫ ſolutionē argr̄ nullibi cōueniēti⁹ poterat habitare ꝙꝫ cū diſcipulis: ergo cōtinuo debuit verſari cū diſcipulis añs ꝓbatur in illis. 40. diebus poſt reſurrectionē non aſcendit ad cœlū ergo nullibi cōueniētius potuit habitare quā cū diſcipulis. Ad hāc re-

plicā rñdetur negādo añs: τ ad pbationē negatur pña. τ ſi queras in quo loco habitabat tunc: rñdetur q nō eſt certū. rōnabiliter tñ creditur a doctoribus q habitabat in paradiſo terreſtri.

¶ Tertio arguitur ſic Ambroſius inquit tolle argumenta vbi fides q̄rit: ſed circa reſurrectionē xpi querenda eſt fides: ergo xps nō pbauit vitatē ſue reſurrectiōis argumētis. Ad hoc argumentū rñdeť q Ambroſius loquitur de argumētis primo modo τ non ſcḋo modo: quare autoritas ipſius non militat contra concluſionē. Contra iſtā ſolutionem arguitur Gregorius inquit fides non habet meritū cū hūana rō prebet experimētū: ſed ad Chriſtū non ptinebat meritū fidei euacuare ergo non debuit probare ſuā reſurrectionē p ſigna experimētalia. Ad hanc replicā rñdeť q dictū Gregorij intelligiť qſi talis nō crederet niſi haberet tale exprimētū qḋ ſufficit cauſare aſenſuꝫ: mō exprimēta que prebuit ſaluator non ſufficiebāt cauſare aſenſuꝫ ſine pia affectiōe. Contra iſtā ſolutionē arguiť ſequeretur q Chriſtus preſtitiſſet impedimentum beatitudini. pñs eſt falſum: igitur ſequela probať Johānis. 20. habeť beati qui non viderunt τ crediderunt: ergo xps oñdendo ſeipſum apoſtolis preſtitit impedimentum beatitudini. Ad hanc replicaꝫ rñdeť negando ſequelā intelligendo de p ſe: τ ad probationē negať pña. rō eſt qz apoſtoli poterant habere talē voluntatē vlꝫ q ſto q non vidiſſent xpꝫ credidiſſent ipſum refrexiſſe: ſꝫ de iſta difficultate p amplius videbiť in ſequenti queſtione.

¶ Quarto arguiť teſtimoniuꝫ mulierꝫ non eſt ſufficiens: ſed Chriſtus probauit ſuā refrectionē per teſtimoniū mulierꝫ. ſ. Magdalene τ Marthe: ergo nō ſufficienť pbauit ſuā refrectionē. Ad hoc argumentū rñdeť negando pñam. τ ratio eſt qz non ſolū probauit ſuā refrectioneꝫ teſtimonio mulierꝫ: ſed etiā teſtimonio angelorꝫ τ ſacre pagine. Contra iſtā ſolutionē argř. corpꝰ Chriſti nō erat tale vt poſſet tangi. ergo nō ſufficienť pbauit ſuā refrectioneꝫ: añs probať dixit Magdalene. Noli me tangere. Joannis. 20. cap. ergo non erat tangibile. Ad hanc replicā reſpondeť. q ſaluator noſter non dixit illa verba niſi ad denotanduꝫ quod Magdalena tunc nō erat digna tangere ipſum propť eius incredulitatem. Nam Magdalena non credebat ſaluatorē nr̄um eſſe verꝫ deuꝫ τ habere corpꝰ immortale: idcirco ſaluator nr̄ repulit eam: τ in ſignū talis repulſionis adhuc manent veſtigia digitorꝫ Chriſti in fronte ipſiꝰ diue Magdalene.

¶ Quinto argř ſic oīa argumēta que fecit Chriſtus ad probandā veritatē ſue refrectionis fecerūt angeli aut potuerunt facere vl' ipſis ſimilia: τ angeli non habēt vera corpora: ergo Chriſtus non ſufficienť probauit veritatē ſue refrectionis: maior patet de. 3. angelis quos recepit Abrahaꝫ. Geñ. 18. in hoſpitio: qui videbanť comedere τ bibere: τ

habere vera corpora. Patet inſuꝑ
de Raphaele qui cōduxit ⁊ reduxit
Thobiaȝ iuniorem ⁊ videbaꝛ come
dere ⁊ bibere non tamē comedebat
nec bibebat: vt ipſemet Raphael te
ſtaꝛ in libro Thobię. Pariforma vi
debaꝛ habere verum corpus. immo
Thobias ſenior credebat ipſuȝ eſſe
veꝝ hominē: ⁊ ideo offerebat ei me
dietatem ſuorum bonorum. Ad hoc
argumentum reſpondet diuꝰ Tho.
ꝙ quāuis. ij. vel. iij. argumenta xp̄i
non ſufficiant ad probationē ꝟitatꝭ
reſurrectionis Chriſti: omnia tamen
ſimul ſumpta ſufficiunt ad ꝓbandā
veritatē reſurrectionis chriſti: ⁊ hanc
ſolutioneȝ ſequnꝛ ferme oēs docto-
res: iſta tamē ſolutio neq̄ faciat in-
tellectū neq̄ videꝛ eē ꝟa. Nā ſi oīa
argumenta vel ſibi ſimilia angeli
poſſunt facere. Jam habeꝛ ꝙ oīa ſi
mul ſumpta nō ſufficiūt. Propꝛea
aliꝛ rn̄deꝛ diſtingui do maiorē vel in
ateſtationē ꝙ ipſi āgeli habebāt ꝟa
corpa hūana: ⁊ ſic negaꝛ illa: immo
nullū poſſunt facere in huius modi
ateſtationē vel ad cōſolationē abra-
hę ⁊ Tobie ⁊ Jacob ⁊ alioꝝ ſanctoꝝ
⁊ ſic cōcediꝛ illa cū mi. ⁊ negaꝛ ꝯn̄a:
⁊ rō eſt qꝛ ſaluator nr̄ oīa talia ar-
gumēta fecit i ateſtationē ꝙ ipſe ha
bebat veꝝ corpus hūanū. Jdcirco
dico vnū quāuis mirabile attn̄ val-
de veꝝ. ſ. ꝙ q̄ðlibet argumētū quā-
tūcunq̄ paruū ſufficiebat ⁊ ſufficit
ad probādam ꝟitatē ſue reſurrectio-
nis poſtq̄ factū eſt i huiꝰ modi ate-
ſtationē. Nā deus pꝛ nunq̄ ꝑmiſiſ-
ſet talia fieri miracula ⁊ argumēta:
niſi Chriſtus vere reſurrexiſſet. Et
ex iſto dicto ſequiꝛ vnuȝ aliud ꝙ q̄ð
libet miraculuȝ Chriſti ante paſſio-
nem. ꝙ factum eſt in ateſtationeȝ ꝙ
ipſe erat verus Meſſias: ⁊ verus fi
lius dei erat ſufficiens ad inducen-
dam fidem de eius deitate. Nam
deus nunq̄ permiſiſſet: ſed in me-
diate apuiſſet fraudē: ⁊ deſceptioneȝ
demonis ſi non fuiſſet illud verum
quemadmodum apuit de Simone
mago: ⁊ de multis alijs maledictis
viris.

¶ Sexto arguiꝛ ſic reſurrectio
chriſti fuit ficta: ergo xp̄s non ſuffi-
cienter probauit veritatē ſue reſur-
rectiōis: aīs ꝓbaꝛ xp̄s i alia effigie
magdalene apuit: ⁊ duobꝰ diſciplis
euntibꝰ in caſtellū emaus: q̄ȝ habe-
bat: ergo reſurrectio chriſti fuit ficta
Ad hoc argumentū rn̄detur negan
do aīs: ⁊ ad probationē negaꝛ ꝯn̄a:
rō eſt qꝛ fiebat propter incredulita-
tem magdalene ⁊ alioꝝ apoſtoloꝝ
propter quā erāt idigni videre xp̄ȝ
in propria effigie. Contra hanc ſo-
lutionē replicatur: nihil poteſt apa-
rere in alia effige quaȝ habeat niſi
occuli intuentiū aliquibꝰ preſtigijs
detineātur: ſed talia preſtigia fiunt
artibus magicis: ⁊ non ſunt atribuē
da xp̄o: ergo chriſtus nō aparuit in
alia effigie quā habebat. Ad hāc re-
plicā rn̄detur negādo ꝯn̄am: ⁊ rō eſt
quia chriſtꝰ ꝑmittebat propter pec
cata ipſoꝝ: ꝙ occuli ipſoꝝ detineren-
tur a demone: idcirco apud euange
lium habetur expreſſe: ꝙ occuli ipſo
rum tenebantur.

¶ Septimo arguitur ſic corpꝰ
chriſti poſt reſurrectionē nō habuit
dotē claritatis: ergo xp̄s non ſuffi-

cienter pbauit ſuã reſurrectionem añs probatur poſt reſurrectionẽ ſaluator nunq̃ oñdit apoſtolis dotem claritatis: ergo nõ habebat dotem claritatis. Ad hoc argumentũ rñdetur negãdo añs ⁊ ad probationẽ negatur ꝯña: rõ eſt q2 ſaluator expſſe impediebat. Nã non potuiſſent euꝫ videre: corpus enim chriſti eſt ſplẽdidius ſole ⁊ non poſſum⁹ videre ſolem quãto minus apoſtoli potuiſſẽt videre corpus chriſti ſi oñdiſſet eis dotem claritatis certum enim eſt ꝙ nullo mõ potuiſſent aſpicere ipꝫ. nã iudei nõ poterãt aſpicere faciẽ moyſi propter radios qui exibãt a facie ipius ⁊ longe maiores ſunt radij faciei chriſti: qre nullo modo iudei potuiſſent ipm aſpicere: ideo dedita opera hoc impediebat. Et ſi arguas quare corp⁹ chriſti poſt reſurrectionem faciebat aliqua q̃ videbãtur cõtraria vero corpori hũano vꝫ intrare ianuis clauſis euaneſcere ab oculis intuentiũ. Ad hoc rñſum eſt ꝙ iſta nõ ſunt ꝯtraria vero corpori humano glorioſoq̃ oĩno ſubicitur voluntati ipus aĩe glorioſe: ſed bñ ſunt contraria corpori non glorioſo.

¶ Octauo queritur circa eãdẽ diſtinctionẽ vtrũ reſurrectio chriſti ſit cauſa nr̃e reſurrectiõis. Pro huius q̃ſtionis intelligẽtia eſt notãdũ ꝙ teſte pħo nr̃o in ſcdo metaphiſice illud qd̃ eſt primũ in quolibet genere eſt cauſa oĩm illoꝝ que ſequũtur in tali genere: primũ aũt i genere nr̃e reſrectiõis fuit reſurrectio xpi iuxta illd̃ prime ad corint. 15. cap. xps reſurrexit a mortuis primitie dormiẽtium: ⁊ per hõmiem mors intrauit in orbẽ terrarũ ideo rõnabile fuit vt per hoiẽ ſieret reſurrectio mortuorum. Nã principiũ hũane viuificatiõis eſt verbũ dei iuxta illud pſal. apud te eſt fons vite: ⁊ ſaluator nr̃ Johãnis. 5. cap. inquit: ſic pat ſuſcitat mortuos ⁊ viuificat ſic ⁊ fili⁹ q̃s vult viuificat habet enim hoc naturalis ordo rerum diuinitus inſtitut⁹ vt q̃libet cauſa primo operet in propinquius ⁊ p illud operetur in alia magis remota: veluti ignis primo calefacit aerem ſibi propinquum p quẽ calefacit corpora diſtãtia ſic eẽt ipſe deus glorioſus primo illumiat ſubſtantias ſibi propinquas. ſcilicꝫ Seraphim ⁊ Cherubin p quas ſubſtantias illuminat alias ſubſtãtias magis remotas ſeu intelligentias: vel angelos vt teſtatur diuus Dioniſius in. 15. celeſtis hierarchie. Nã mirũ ergo ſi verbũ dei primo elargit vitam immortalem corpori ſibi vnito: ⁊ p ipſum opaꝛ reſrectionem in omnibus alijs corporibus. Ultimo eſt notandum ꝙ reſurrectio xpi agit in virtute diuinitatis que quidem ſe extendit nõ ſolum ad reſrectionem corporum: ſed etiam ad reſurrectionẽ animaꝝ: a domino deo eſt enim ꝙ anima viuat p grãꝫ ⁊ corpus viuat p animaꝫ. Idcirco reſrectio Chriſti habet inſtrumentaliter ỽtutem effectiuã nõ ſolũ reſpectu reſrectionis corporum: veꝝ etiã reſpectu reſrectionis animaꝝ: p iſorma habet rationem exẽplaritatis. Nam ad exemplar eius reſgemus Juxta apoſtolum ad Philip. 3. ca. Iſtis notatis reſpondeꝛ p cõcluſio

nem affirmatiuam ad queſtiõnez: q̃ ꝓbat autoritate glo. ſup. 15. ca. ꝑme epiſtole ad corint. ponentis ipſam.

¶ Contra iſtam concluſionem argr̄ ſic: ſi reſurrectio Chriſti eſſet cauſa noſtre reſurrectionis vel eſſet cauſa efficiens: vel formalis: vl' materialis: vel finalis: ſed nulluz iſtoꝝ eſt dandū: igitur mi. probatur ſi eēt aliqua illaꝝ cauſaꝝ maxime eſſet efficiens: ſed hoc non eſt dicendū: igitur nulla illaꝝ eſt: mior probatur ſequeretur ꝙ oēs mortui iam reſurrexiſſent ꝯñs eſt abſurdū: igitur ſequela probatur teſte philoſopho noſtro poſita cauſa ponitur effectus ſecluſo impedimento: ſed iam eſt poſita reſurrectio Chriſti que eſt cauſa reſurrectionis mortuoꝝ: ergo iā mortui reſurrexerunt. Ad hoc argumentum rñdetur negando mi. ⁊ ad probationē iteꝝ negatur. mi. ⁊ ad probationē negatur ſequela: ⁊ ad probationem dico ꝙ autoritas philoſophi intelligitur de cauſa naturali: ⁊ non de cauſa libera: modo virtus diuina eſt cauſa libera ratione cuiꝰ reſurrectio Chriſti agit. Cōtra iſtā ſolutionem arguitur iuſticia diuina eſt cauſa noſtre reſurrectionis: ergo reſurrectio xp̄i non eſt cauſa nr̄e reſurrectionis: añs probatur reſurrectio mortuoꝝ: iō fiet vt boni premient ⁊ mali puniant: ſ3 hoc ad iuſticiā diuinā ꝑtinet: ergo iuſticia diuia eſt cauſa nr̄e reſurrectionis. Ad hanc replicā rñdet negādo ꝯñam: ⁊ rō eſt qr iuſticia diuina eſt cauſa primaria nr̄e reſurrectionis: reſurrectio autē xp̄i eſt cauſa inſtrumentalis ⁊ exemplaris. Contra iſtam ſolutionē arguit: mors Chriſti eſt cauſa nr̄e reſurrectionis: ergo reſurrectio non eſt cauſa. Ad hanc replicam etiam negat conſequētia: ratio eſt: quia mors Chriſti eſt cauſa meritoria: nō autem efficiens.

¶ Scdō arguit cōtra eandē cōcluſionē aurelius auguſt. inquit ſuꝑ Johānem: ꝙ corpora hūana reſurgent per diſpenſationē hūanā ⁊ aīe per ſubſtātiam dei: ſed reſurrectio xp̄i non ꝑtinet ad ſubſtātiaz dei: ſed ad diſpēſationē hūanā: ergo q̄uis reſurrectio xp̄i ſit cauſa reſurrectionis corporū nō tamen erit cauſa reſurrectiōis aīaꝝ. Ad hoc argumentū rñdetur ꝙ Aureliꝰ auguſt. loquit quo ad participationē diuinitatis. Nam aīa hūana per beatitudinem efficitur particeps diuinitatis. Cōtra iſtā ſolutionem arguit teſte philoſopho corpꝰ non agit in ſpm̄: ſed reſurrectio xp̄i pertinet ad corpus: ergo reſurrectio xp̄i non eſt cauſa reſurrectionis aīaꝝ. Ad hanc replicaz rñdetur negādo ꝯñam: ⁊ rō eſt quia reſurrectio xp̄i nō agit mediāte corpore: ſed mediāte ꝟtute diuia emanante ab ipſo verbo diuino. Cōtra iſtā ſolutionē arguit aliqꝝ animaꝝ reſurrectio Chriſti nō eſt cauſa: ergo nullaꝝ animaꝝ reſurrectio Chriſti eſt cauſa quo ad reſurrectionez: añs probat reſurrectio Chriſti non eſt cauſa reſurrectionis aīaꝝ dāpnataꝝ: ergo aliquaꝝ aīaꝝ non eſt cauſa: añs probatur tales aīe ibunt in ſuplicium eternum: ergo aīe tales non reſurgent: ⁊ ꝑ ꝯñs reſurrectio Chriſti nō eſt cauſa reſurrectionis talium animarum.

Ad hanc replicā rñdetur negando aſſis: et ad probationē negat maior et ad pbationē diſtinguo: quod tales aīe non reſurgent vel perfecte. ſ. ad gloriā eternā et ſic conceditur illud et negatur ɔña: vel imꝑfecte ad informādum iterū corpora: et ſic negatur illō et ad probationē negatur ɔña intelligendo ſemper de reſurrectione imperfecta.

¶ Nono querit circa eandem diſtinctionem. Utrum Chriſtus ſuper omnes cœlos propria virtute aſcenderit. Pro huius queſtionis enodatiōe eſt ſupponendū ex fide catholica: quod in Chriſto ſunt due nature. ſ. natura diuina et natura hūana: idcirco poſſumus loqui de ꝓpria virtute nature diuine vel de propria virtute nature hūane que adhuc eſt duplex. Prima eſt naturalis q̄ fluit a principijs: nature hūane. ſ. intrinſecis materia et forma rōnali. Alia eſt que emanat a glīa aīe xpi: vñ aīa glorioſa habꝫ talē virtutē ſupra ſuū corpus qδ informat quod poteſt ipſum mouere ſiue mutare in inſtāti et ſucceſſiue ita quod oīno tale corpus ſubijcitur voluntati ipſius aīe glorioſe tlr quod quicquid voluerit de ipo facere ꝓ libito ſuo faciet. Iſtis notatis rñdetur ꝑ tres cōcluſiones: quarū prima eſt iſta xps ſcđm diuinitatē nō aſcendit ſup oēs celos neque pōt aſcēdere. Iſta ɔcluſio ptꝫ quia xps ſm diuinitatem eſt vbique per eſſentiā preſentiā et potentiā: ergo ſcđꝫ naturā diuinā non pōt aſcendere neque deſcendere. Scđa concluſio eſt iſta xps ſcđꝫ humanitatē propria ꝟtute naturali nō aſcendit ſup oēs celos neque pōt aſcēdere. Iſta concluſio probatur: quia dato oppoſito q̄libet nrūm poſſet aſcēdere ſup oēs celos propria virtute naturali. Nā hūanitas xpi eſt oīno eiuſdē ſpēi cū noſtra: et ſi ipſa haberet talē virtutē fluentē a ꝓncipijs et q̄lꝫ humanitas nr̄a hēret ſimilē virtutē: et per ɔñs q̄libet noſtrūꝫ poſſet propria virtute aſcendere ſuper oēs celos. Tertia concluſio eſt iſta xps ſcđm hūanitatē aſcendit ſuper oēs celos propria virtute ſue aīe glorioſe. Iſta concluſio ptꝫ autoritatibus et rōne. Prima autoritas eſt pſalmiſte pſal. 67. dicentis de xpo qui aſcēdit ſuper celum celi ad oriētē. Scđa eſt yſaye prophete. 63. cap. dicentis in perſona ſeu perſonis ſuperiorū angelorū de xpo. Iſte formoſus in ſtola ſua gradiens in multitudine fortitudinis ſue rñdebant eīn tales angeli inferioribus angelis q̄rentibus in die aſſenſionis ſaluatoris ſui q̄s eſt iſte q̄ venit de edō tinctis veſtibus de boſra. Tertia autoritas eſt apoſtoli. d. de Chriſto ad Epheſeos tertio aſcendit ſuper celos vt adimpleret omnia. Quarta eſt glo. ſup quartum capitu. ad Epheſeos. di. conſtat quod Chriſtus ſecundum humanitatem deſcendit et aſcendit. Quinta eſt Gregorij in Homelia aſcenſionis. d. Notandum eſt quod Helias in curru legitur aſcēdiſſe ad denotādū quod hō purus adiutorio indigebat alieno redēptor aūt noſter non curru nō ab angelis ſubleuatus legitur quia qui fecerat oīa ſup oīa ſua virtute ferebatur. Rōne probatur ſic aīma xpi erat glorioſa poſt reſurrectionē

⁊ dn̄s deus pater poſt reſurrectionē
non impediebat redundātiā aīe in
ipſum corpus: ergo corpus xp̄i poſt
reſurrectionē totaliter ſubiciebatur
voluntati aīe Chriſti: ⁊ per conſe
quens poterat illud mouere ⁊ muta
re ſucceſſiue: ⁊ in inſtanti a quolibet
loco: in quēlȝ locū veluti ei placebat
pro nutu ſuo.

¶ Contra primā concluſioneȝ
arguitur ſic xp̄s aſcendit ſcd̄m diui
nitatē: ergo concluſio falſa aīs pro
batur regius p̄hia pſalmo.146. inq̄
rit aſcendit deus in iubilatione: pa
riforma Moyſes deutero nomi.53.
inquit aſcenſor celi auxiliator tuus
ergo xp̄s aſcendit ſcd̄m diuinitateȝ
ad celos. Ad hoc argumentū r̄ndet
negādo aīs: ⁊ ad probationē negat
ꝯn̄a: ⁊ rō eſt. Nā in illis autoritatibꝰ
intelligitur ſcd̄m hūanitatē per cō
municationē idiomatū. Contra iſtā
ſolutionē arguitur xp̄s deſ. de celis
ſcd̄m diuinitatē: ergo etiā aſcēdit ad
celos ſcd̄m diuinitateȝ: ꝯn̄a tenet:
q: eius eſt aſcendere cuius eſt deſcē
dere: aīs probatur autoritate ſalua
toris. Joā.3.d. de ſe ipſo: nemo aſcē
dit in celū: niſi qui de celo deſcēdit
ſed xp̄s non deſcendit de celo ſecun
dum humanitatē: ergo deſcēdit de
celo ſcd̄m diuinitatē: mi. probat nō
dum habebat humanitatē: ergo nō
deſcendit de celo ſcd̄m hūanitateȝ.
Ad hanc replicaȝ r̄ndetur negādo
aīs: ⁊ ad pbationē dico ꝙ in illa au
toritate ſaluatoris li deſcendit non
capitur proprie: ſed metaphorice p
humiliari: ⁊ q: ſaluator humiliauit
ſemetipſum formā ſerui accipiens
vt teſtatur apoſtolus ad Philip.2.
ideo dicitur deſcendiſſe de celo. Cō
tra iſtā ſolutioneȝ arguitur: xp̄s ſua
aſcenſione aſcendit ad patrē: ſed ad
patris equalitatē non puenit ſcd̄m
humanitatē: ergo aſcendit ſcd̄m di
uinitatē. Ad hanc replicā r̄ndet ne
gando conſequentiam. Naȝ ſenſus
maioris eſt Chriſtꝰ aſcendit ad glo
riā dei p̄ris.

¶ Scd̄o argr̄ contra tertiā con
cluſioneȝ teſte p̄ho in ſcd̄o de celo ⁊
mūdo: illa que optimo modo ſe ha
bent ſine motu poſſident bonū ſuū:
ſed xp̄s optime ſe habebat poſt re
ſurrectionē: ergo non aſcendit ad ce
los ſcd̄m humanitatē. Ad hoc argu
mentum r̄ndetur diſtinguendo mi.
vel quo ad diuinitatē ⁊ ſic cōceditur
illa ⁊ negatur ꝯn̄a: vl̄ quo ad huma
nitatem: ⁊ ſic negatur illa. Nā hūa
nitas xp̄i nō erat in optimo loco q̄n
morabatur in terris: ſed bene nunc:
q: ſedet ad dexterā dei patris in ce
lis. Contra iſtā ſolutionē arguitur:
omne quod mouetur propter aliq̄d
melius mouetur: ſȝ xp̄s nihil acqui
ſiuit q̄n aſcendit ad celos: ergo xp̄s
non aſcendit ad celos. Ad hāc repli
cam r̄ndetur diſtinguendo ꝙ nihil
acquiſiuit: vl̄ quo ad gloriā eſſentia
lē ⁊ ſic verū eſt: vel q̄ ad gl̄iā accidēta
lem ⁊ ſic negatur illa minor. Nā ac
quiſiuit digniorē locū. ſ. celū. Con
tra iſtā ſolutionē arguitur autorita
te diui Gregorij. d.14. libro mora
lium ꝙ corpus xp̄i nō eſt in mutatuȝ
poſt reſurrectionē: ſed ſi aſcendiſſet
ad celos fuiſſȝ mutatū: ergo nō aſcē
dit ad celos. Ad hanc replicā r̄ndet

ꝙ Gregorius ꝑ illa verba nihil aliud intendebat: niſi ꝙ xp̄s idē corp⁹ numero habuit poſt reſurrectionē cum illo quod habebat ante paſſionē et vt hoc oſtenderet ſaluator retinuit cicatrices.

¶ Tertio arguitur ſic non fuit couenie͂s xp̄m aſcendere ad celos: igitur tertia concluſio falſa: aīs probatur filius dei naturā hūanā aſſūpſit ad noſtrā ſalutē: ſ3 magis fuiſſet ſalutare hoībus ꝙ ſemper couerſaretur nobiſcū3 in terris. Nā dixit diſcipulis venient dies qn̄ deſideretis videre vnū diē filij hōis: ⁊ nō videbitis: ergo non fuit ꝯueniens xp̄3 aſcendere ad celos. Ad hoc argumētum rn̄detur negando aīs: ⁊ ad probationem negatur minor. immo vtilius fuit nobis ꝙ aſcenderet ad celos rōne meriti fidei. Nā magis meremur modo ꝙ̄ ſi non aſcendiſſet: ſimiliter rōne ſpei: q2 maiorem ſpem habemus de noſtra aſcēſione ad celos. Nam ipſe iuit vt pararet nobis locū: ſicut ipſemet ſaluator teſtaꝛ. pari iure rōne charitatis. nā magis diligimus eū modo ꝙ̄ diligeremus.

¶ Quarto argr̄ ſic Matthei vltimo cap. habeꝛ ꝙ dn̄s ieſus poſtꝙ̄ locutus eſt diſcipulis aſſumpt⁹ eſt in celū ⁊ actuū primo capi. habetur ꝙ videntibus illis eleuatus eſt ⁊ nubes ſuſcepit eū ab oculis eoꝝ: ſ3 ille qui aſſumiꝛ aut eleuaꝛ ab alio aſſumitur ⁊ eleuatur: ergo non propria ꝟtute xp̄s aſcendit. Ad hoc argumētum rn̄detur negando ꝯn̄am: rō eſt: q2 quicquid facit filius facit pater ⁊ ſpūſſanctus ⁊ econuerſo: ⁊ ideo qn̄ dicitur in ꝯcluſione ꝙ xp̄s propria virtute aſcendit non excluditur ꝟt⁹ dei patris aut ſpūſſancti vnū tn̄ eſt notādū ꝙ illa nubes que aparuit lucida non aparuit vt ſuſciperet xp̄m ſed in ſignū ꝙ xp̄s erat verus de⁹. Contra iſtā ſolutione3 argr̄ corpori terreno repugnat aſcendere ſurſu3: ergo xp̄s nō propria virtute: ſed cōtra naturā aſcendit ſurſum. Ad hāc replicā facile rn̄detur: ꝙ aīs habet veꝝ de corpore non glorioſo ⁊ nō de corpore glorioſo. immo eſt propriū corporis glorioſi penetrare aliud corpus ⁊ eſſe ſiīr cū alio corpore. Contra iſtā ſolutionem arguitur ſequeretur: ꝙ xp̄s in inſtanti aſcendiſſet a monte Oliueti ad celos: ꝯn̄s eſt cōtra primū cap. actuū apoſtoloꝝ: igitur ſolutio nulla: ſequela probatur corpus xp̄i mouebatur a virtute infinita ⁊ ſine reſiſtentia: ergo mouebatur in inſtanti ⁊ ꝑ ꝯn̄s in inſtāti aſcēdit ad celos. Ad hanc replicā rn̄deꝛ negando ſequelā ⁊ ad probationem negaꝛ ꝯn̄a: rō eſt: q2 talis probatio philoſophi habet veꝝ in cauſis naturalibus non autē in cauſa libera: patet manifeſta inſtantia de voluntate humana que quāuis producat actus ſuos ſine reſiſtēcia: interdum tn̄ producit eos ſucceſſiue: ſicut placet ei: ſcilicet anime.

¶ Quinto arguitur ſic regius propheta inquit dn̄s in tēplo ſancto ſuo dn̄s in celo ſedes eius: ergo xp̄s non aſcendit ſup omnes celos: ꝯn̄a tenet: q2 illud qd̄ eſt in celo non eſt ſuper celum. Ad hoc argumentum

rñdet q̄ li in cœlo non capit a regiõ ꝓpheta ſicut capit a philoſophis: quādo dicitur q̄ aliquid eſt in loco: nam chriſtus non eſt cœlo tāq̄ in cõtinente. Cõtra iſtã ſolutionē arguit ſup omnes cœlos non eſt aliquis locus vt philoſophus probat in primo de cœlo ꝛ mũdo: ſed omne corpus oportet eſſe in loco: ergo chriſt⁹ non aſcendit ſup oēs cœlos. Ad hanc replicā rñdetur q̄ philoſophus loqtur de corporib⁹ naturalib⁹ non autē de corporib⁹ glorioſis: nec eſt cõtra naturā corporis glorioſi eſſe ſupra oēs cœlos quãuis ſit cõtra naturā corporis non glorioſi.

Sexto arguitur ſic ſequeret q̄ aſcenſio chriſti eſſet cauſa noſtre aſcenſionis: ſed hoc nõ eſt dicendũ: igitur cõcluſio nulla: minor probat chriſtus nõ meruit per aſcenſionē: immo poti⁹ recepit premiũ: ergo aſcenſio chriſti non eſt cauſa nr̄e aſcẽſionis aſis probatur per paſſionem chriſtus meruit nr̄am aſcenſionem iuxta illõ apoſtoli ad hebreos. 10. c. habem⁹ fiduciā in introitu ſanctoꝝ per ſanguinē ipi⁹. Ad hoc argumētum rñdetur negando minorē: ꝛ ad probationē negatur ꝯña: rõ eſt quia lʒ paſſio chriſti ſit cauſa meritoria nr̄e aſcenſionis aſcenſio tñ chriſti ē cauſa efficiens iſtrumētalis nr̄e aſcenſionis. Cõtra iſtam ſolutionem arguitur ſi chriſtus aſcendiſſet ſup oēs cœlos ſeqretur q̄ ꝑpetuo maneret ibi: ꝯña eſt falſuʒ igit: falſitas ꝯñtis probatur aparuit paulo lõge poſt reſurrectionē. Simil'r aparuit diuo Johãni ante obitũ ſuũ: pari forma deſcẽdet in nube cũ maieſtate ad iudicandum: igitur. Ad hoc argumentũ rñdetur negãdo ſeqlaʒ immo de alijs beatis nõ eſt cõcedēdum: ſed quãdocũq̄ voluerint exire exibunt: verum tñ eſt q̄ pro maiori parte ibi manebunt.

Septimo arguitur ſic ſeqret q̄ chriſtus etiã aſcẽdiſſet ſcđm hũanitatem ſuper oēs creaturas ſpũales: ꝯñs eſt falſuʒ igit falſitas ꝯñt probatur: inter ſpm ꝛ corpus nõ eſt cõparatio: ergo chriſtus non aſcendit ſcđʒ hũanitatē ſup oēs creatas ſpũales. Ad hoc argumentũ rñdet concedēdo ſequelā ꝛ negãdo minorem ꝛ ad probationē negat ꝯña: rõ eſt quia lʒ non ſit cõparatio quo ad naturas eſt tñ cõparatio quo ad locuʒ: ꝛ loca ſunt cõparabilia: vnde in digniori loco eſt ala xp̄i q̄ quicũq̄ angel⁹. Et ſi dicas teſte aurelio auguſt. in libro de vera religiõe: omni corpori ſpũs prefertur. Rñdetur q̄ intelligitur quo ad naturam non autem quo ad locum.

Decimo ꝛ vltio q̄ritur circa eandē diſtin. vtrũ xp̄s ſcđm vtrãq̄ naturā ſedeat ad dexterā dei pr̄is. Pro hui⁹ ſolutiõe eſt notãdũ p̄mo: q̄ ſedere iter dũ capit pro quieſcere ꝛ ſic capitur Luce vltimo vbi dr̄: ſedete ibi in ciuitate. Aliqñ capitur vt idē eſt q̄ habere regiã vl' iuditiariã poteſtatem: ꝛ ſic capitur prouer. 20. vbi habetur: rex qui ſedet in ſolio iudicii diſſipat oē maluʒ intuitu ſuo. Scđo ē notãdũ q̄ dextera dei pr̄is triphariã ſolet capi a doctorib⁹. nã auguſtin⁹ capit ꝓ beatitudine pr̄is

Damaſcenus vero pro gloria deitatis: ⁊ tertio modo capitur pro iudiciaria poteſtate. Iſtis notatis r̄ndetur per tres cōcluſiōes: quaꝝ Pria eſt iſta: xp̄s ſcd3 diuinitatē ſedet ad dexterā dei patris: iſta ꝯcluſio pat3 expreſſa autoritate apoſtoli ad hebreos primo cap. d. de xp̄o ſcd̄m diuinitatē qui cū ſit ſplēdor glorie: et figura ſubſtātie eius portanſq3 oīa verbo virtutis ſue purgationē peccatoꝝ faciens ſedet ad dexterā maieſtatis in excelſis. Scd̄a ꝯcluſio ē iſta chriſtus ſcd̄m naturā hūanā ſedet ad dexterā dei p̄ris: iſta ꝯcluſio patet autoritate diui Marci. d. de chriſto ſcd̄m hūanitatē vltimo cap. dn̄s quidē Ieſus poſtq̄ locutus ē eis aſcendit in cœlū ⁊ ſedet ad dexterā p̄ris: patet etiā p ambos ſimbolos: rōne etiam probatur ſcd̄m hūanitatem chriſtus habet iuditiariam poteſtatē vt probatū eſt in fine quarti ſentētiarū: igitur chriſtus ſcd3 hūanitatem ſedet ad dexterā dei patris Tertia ꝯcluſio eſt iſta proprium eſt chriſto ſedere ad dexterā dei patris iſta cōcluſio probatᷣ expreſſa autoritate apoſtoli in cap. allegato epiſtole ad hebreos. d. ad quē aliqñ angelorum dixit ſede a dextris meis: ac ſi diceret ad nullū3 ⁊ per ꝯn̄s ſolus xp̄s dꝫ ſedere ad dexterā3 dei p̄ris.

¶ Contra primā cōcluſionē arguitur ſic ſequeretᷣ q̄ p̄r etiā ſederet ad dexterā filij vl' ſederet in ſiniſtra parte: ſimilr ſpūſanct⁹ ſederet ad ſiniſtrā: ꝯn̄s videtur abſurdū: igitᷣ ſeq̄la pt3: p̄r ſedet ſimilr ⁊ ſpūſſcts: ergo ad dexterā vel ad ſiniſtrā: ⁊ p ꝯn̄s ſequela vera. Ad hoc argumentum r̄ndetur q̄ de ſpū ſancto bene cōceditur q̄ ſedet ad dexterā patris ⁊ ad dexterā filij: rō eſt q2 ſpūſſanctus procedit a patre ⁊ a filio: ⁊ ab ipis habet quicquid habet: ſed non debem⁹ ꝯcedere q̄ pater ſedeat ad dexterā filij vel ſpūſſancti: q2 p̄r nō procedit a filio vl' ſpū ſancto: ſimilr non debet ꝯcedi q̄ filius ſedeat ad dexterā ſpūſſancti: q2 filius nō procedit a ſpūſſancto. Nam ſedere ad dexterā alicuius in diuinis importat habere gloria3 ab alio: ſed ſi ad hoc q̄ aliquid dicatur ſedere ad dexterā: ſufficiat habere gloria3 eternam: tunc q̄lib3 illarū eſſet concedenda: nō tñ debet ꝯcedi ſine diſtinctione aliqua illaꝝ. ſ. p̄r ſedet ad dexteram filij vel ſpūſſancti: filius ſedet ad dexteram ſpirituſſancti.

¶ Scd̄o arguitur cōtra vltimā concluſionem quilibet homo ſanct⁹ ſedebit ad dexterā dei p̄ris: immo in eodem throno in quo ſedet chriſtus: ergo non eſt propriū xp̄o ſedere ad dexterā p̄ris: an̄s pt3 expꝛſſa autoritate Iohāis in. 3. cap. apocalipſis. d. q̄ vicerit dabo ei ſedere in throno meo: ſic ego vici ⁊ ſedi ī thrōno patris mei. Ad hoc argumentū r̄ndetur diſtinguēdo an̄s vel capiendo ſedere large vt tm̄ vl3 ſedere a dextris ſicut habere gloriā eterna3 vl' iuditiariā poteſtatē miſterialr: ⁊ ſic conceditᷣ illud an̄s: ⁊ negatᷣ ꝯn̄a: ratio eſt q2 non ſic capitur in ꝯcluſiōe ⁊ ita capitᷣ large in autoritate apocalipſis allegata: ita q̄ ſēſ⁹ ē: q̄ vicerit hēbit vitā etnā. vl' iuditiariam

pôteſtatẽ miniſterialẽ: ſic ego vici ⁊ habeo iuditiariã poteſtatẽ pro excellentia: ita ꝙ li ſicut non dicit oĩmodã ſimilitudinẽ: ſed dũtaxat aliqualem quo ad hoc qđ eſt habere iuditiariam poteſtatẽ: quãuis aliter habeat chriſtus ⁊ aliter ſãcti vł ſtricte capiendo ly ſedere ad dexteram vt importat iuditiariã poteſtatem pro excellentia: ⁊ ſic negatur illud añs: nec probatur in tali ſenſu: ⁊ iſto mõ capitur in concluſione.

¶ Tertio arguitur ſic actuum ſeptio cap. habet ecce video cœlos apertos ⁊ filiũ hoĩs ſtantem a dextris ꝟtutis dei: ergo chriſtus non ſedet. Ad hoc argumentũ rñdetur negãdo ꝯñam: ratio eſt: qꝛ ſaluator noſter aparuit diuo ſtephano in tali figura vt oſtẽderet illi ꝙ erat paratus ipm iuuare: nã ille qui ſtat magis eſt paratus ad iuuãdum ſociũ ꝙ̃ ille qui ſedet: nã ille qui ſedet ſi vult iuuare ſociũ oportet ꝙ ſurgat. Cõtra iſtã ſolutionẽ arguitur xp̃s ſcðm diuinitatẽ eſt dextera dei patris: ergo chriſtus non ſedet ad dexterã dei pr̃is. Ad hoc argumentuꝫ rñdet negãdo ꝯñam: rõ eſt qꝛ equiuocatur ex parte de li dextera: nã in añte tñ vꝫ ſicut virtus dei patris et non taliter capit in ꝯñte vt dictũ eſt Cõtra iſtã ſolutionẽ ⁊ oẽs precedentes replicat deus eſt ſpũs: ſimilr et angeli: ergo nõ habẽt dexterã neqꝫ ſiniſtraꝫ ꝯña tenet per pħm in primo de cœlo ⁊ mũdo. d. ꝙ dextera ⁊ ſiniſtra ſunt differẽtie poſitionũ reſpectu corporũ ⁊ nõ reſpectu ſpũuꝫ. Ad hãc replicã rñdet negãdo ꝯñaꝫ qꝛ nõ capim⁹ dexterã ⁊ ſiniſ. in preſenti queſtione vt ſunt differẽtie poſitionuꝫ: ſed capitur dextera longe aliter: vt dictũ eſt: immo interdũ capitur dextera pro potioribus bonis dei pr̃is ⁊ in tali ſenſu cõcedit ꝙ ſolus chriſtus ſedet ad dexteram dei pr̃is ⁊ ſiniſtra ſemp capitur in malam partẽ. ſ. pro inferno vel iſto mũdo miſerabili aliquãdo etiã capitur dextera pro ipo cœlo impireo ⁊ in tali ſenſu eſt cõcedendũ: ꝙ oẽs ſcti ſedebũt a dextris dei patris.

Si chriſtus habuerit fidem ⁊ ſpem vt charitatem.

Diſtinctio. XXIII.



Um vero ſupre ꝑhibitũ ſit xp̃s plenũ gratia fuiſſe. ſi eſt ſup vacuũ inquirere vtrum fidem et ſpem ſicut charitatẽ habuerit? Si enim his caruit non videtur plenitudinẽ gratiarꝫ habuiſſe. Ut aũt hec queſtio valeat apertius explicari. De his ſingulis aliqua in mediũ proferenda ſunt. et primuꝫ de fide. ſcðm menſuram cuius precepit apoſtolus vnicuiqꝫ ſapere.

Quid ſit fides.

¶ Fides eſt ꝟtus qua credunt

que non videntur. Quod tamē
de omnibus que non videnť ac
cipiendū eſt. ſed de his tm̄ q̄ cre
dere vt ait Auguſ. ad religionez
ptinēt. Multa eñ ſunt q̄ ſi chri
ſtianus ignoret: nihil metuēdū
eſt: qꝛ nō ideo a religiōe deuiat.

Quod modis diciť fides.

¶ Accipitur autem fides tribꝰ
modis. ſcꝫ p eo quo creditur ꝛ
eſt virtus: ꝛ pro eo quod crediť
ꝛ non eſt virtus ꝛ pro eo quod
creditur quod aliđ eſt ab eo quo
creditur. Unde Auguſ. inquit
Aliud ſunt que creduntur. aliđ
fides qua creduntur. Illa eñ ī re
bus ſunt que vel eſſe vľ fuiſſe vľ
futura eſſe dicuntur. Hec aūt in
animo credentis eſt: ei tm̄ cōſpi
cua cuius eſt: ꝛ tm̄ nomine fidei
cenſetur vtrūqꝫ: ꝛ illud. ſ. qđ cre
diť. ꝛ id quo creditur. Id qđ cre
ditur diciť fides ſicut ibi. Hec ē
fides catholica quam niſi quiſqꝫ
fideliter firmiterqꝫ crediderit ſal
uus eſſe non poterit. Fides aūt
qua crediť ſi cum charitate ſit v
tus eſt. qꝛ charitas vt ait Am
bro. Mater eſt omnium virtu
tum qui omnes informat. ſine q̄
nulla vera virtus eſt. Fides er
go operans p dilectionem virtꝰ
eſt. qua non viſa creduntur. Hec
eſt fundamētum qđ mutari non
poteſt vt ait apľus: que poſita ī
fundamento neminē perire ſinit
Uñ Auguſ. Fundamētum eſt
chriſtus Jeſus. id eſt chriſti fi
des. ſ. que per dilectionē operať
p quam chriſtus habitat in cor
dibus. q̄ neminem perire ſinit.
Alia vero nō ē fūdamētū Fides
eñ ſine dilectiōe ianis ē. Fides
cū dilectiōe xp̄iani eſt. Alia de
monis eſt. Nam ꝛ demones cre
dunt ꝛ cōtremiſcunt. Sed mul
tum intereſt. vtrum quis credat
chriſtū vel chriſto vel in chriſtū
Nam ipſum eſſe Chriſtum de
mones crediderūt nec tm̄ in chri
ſtum crediderunt.

Quid ſit credere de. vel deū vel in deum.

¶ Aliud eſt enī credere in deū:
aliud credere deo. aliud credere
deū. Credere deo eſt credere ve
ra eſſe que loquitur. qđ ꝛ mali fa
ciūt. et nos credimus homini. ſꝫ
non in hoīem. Credere dūm eſt
credere ꝙ ipſe ſit deus. quod eti
am mali faciunt. Credere in deū
eſt credendo amare. credendo in
eum ire. credendo ei adherere et
eius membris incorporari. Per
hanc fidē iuſtificať impius. vt đ
inde ipſa fides incipiat p dilectio

neȝ opari. Ea eiñ ſolo bona opa dicenda ſunt. q̃ fiunt p dilectio/ nẽ dei. Ipſa eiñ dilectio opus ſi dei dicit. Fides ergo quã demo nes et falſi xp̃iani hñt. qualitas mentis eſt. Naȝ et malos fidem hre cũ tñ charitate careãt apl's oñdit dicens. Si habuero oẽm fidẽ. charitatem aũt nõ habuero ⁊c. Que fides etiam donum dei dici poteſt quia ⁊ in malis que/ dam dei dona ſunt.

An illa informis q̃litas mẽ tis que in malo chriſtiano. ẽ fiat virtus cum ſit bonus.

¶ Si vero queritur. Utrum illa informis qualitas. Qua ma lus chriſtianus vniuerſa credit que bonus chriſtianus. Acce/ dente charitate. remaneat ⁊ fiat virtus. An ipſa elimínetur ⁊ alia qualitas ſuccedat: que virtus ſit Utrũlibet ſine periculo dici põt. Mihi tamen videt. q illa qua/ litas que prius erat remaneat ⁊ acceſſu charitatis virtus fiat.

Ex quo ſẽſu dicat vna fides

¶ Cuȝ q diuerſis modis dicat fides. fatendum eſt tñ vnã eſſe fi dem. vt ait apl's. vn' dñs. vna fides. Siue eiñ fides accipiatur p eo q credit. ſiue p eo quo cre dit. recte d3 fides vna ſi pro eo q creditur accipiat. Ex hac intelli gentia dicitur vna fides qua idẽ iubemur credere. ⁊ vnũ idemqȝ eſt qđ credit a cunctis fidelibus Unde fides catholica d3. i. vni/ uerſalis. Si vero accipiat fides p eo quo creditur ea ratiõe vna dicitur eſſe fides. Non q3 ſit vna numero in oĩbus. ſed genere. id eſt ſimilitudine. Uñ Auguſ. in lib. xiij. de trinita. Fides quã illi habent fideles vocantur ⁊ q̃ non habent infideles. cõmunis ẽ om nib' fidelibus. ſicut pluribus ho minibus facies cõmunis eſſe di citur. cum tamẽ ſinguli ſuas ha beant. Non eiñ fides numero ẽ vna ſed genere. Que cũ ſit ĩ vno eſt et in alijs: nõ ipſa. ſed ſimilis. et pp̃ter ſimilitudinẽ magis vnã dicim' eſſe q̃ multas. Sicut ei dem volentium dicat vna volun tas. cum tamen cuiqȝ ſit ſua vo/ luntas. et duorum ſimili modo dicitur facies vna.

Qđ fides eſt de his que nõ vident p̱op̱ie que tamẽ vi= dentur ab eo in quo eſt.

¶ Notandum quoque eſt. q fi des p̱p̱ie deo nõ apparentibus tñ eſt. Unde Greg'. Apparẽ/ tia nõ habent fidem ſed agnitio/

nem. Ideꝫ cum Paulus dicat.
Fides eſt ſubſtantia rerū ſperan
darum argumentū non apparē
tiuꝫ. hoc veraciter dicitur credi.
qđ non valet videri. Nam credi
iaꝫ non poteſt. qđ videri poteſt.
Thomas aliud vidit. ⁊ aliud cre
didit. hominē vidit. et deum cō
feſſus ē dicēs. Deus meus ⁊ do
minus meus. De hoc etiaꝫ Au
guſtinus ait. Fideꝫ ipſam videt
quiſqꝫ in corde ſuo eſſe ſi credit.
vel non eſſe ſi non credit. Non ſi
cut corpora q̄ videmꝰ oculis cor
poris. et per ipſoꝝ imagines q̄s
memorie tenemus etiā abſentia
cogitamus. nec ſicut ea que non
videmꝰ. Et ex his que videmus
cogitatione vt cūqꝫ formamus
⁊ memorie cōmendamus. nec ſi
cut hominē cuius animam et ſi
non videmꝰ ex noſtra coniicimꝰ
et ex motibus corporis hominē
ſicut videndo didicimus intue-
mur etiā cogitando. Non ſic vi
detur fides ī corde in quo. eſt ab
eo cuius eſt. ſed eam tenet certiſ
ſima ſciētia. Cum ergo ideo cre-
dere iubeamur q2 id quod crede
re iubemur videre nō poſſumꝰ:
ipſam tamē fidem quando eſt in
nobis videmus in nobis: q2 ⁊ re
rum abſentiū preſens eſt fides.
⁊ rerum que foris ſunt intus eſt
fides: ⁊ rerum que nō videntur
videtur fides. Et ipſa tempora-
liter fit in cordibus hominum: ⁊
ſi ex fidelibus in fideles fiunt pe
rit ab eis. His verbis euidenter
traditur fidem ipſaꝫ in corde ho
minis ab ipſo homine videri: nō
corporaliter. non imaginarie. ſꝫ
intellectualiter: ⁊ ipſam tamē ab
ſentium ⁊ eorum que non viden
tur eē. Ut enī Aug. alibi ait. Cre
dimꝰ vt cognoſcamꝰ nō cognoſci
mꝰ ⁊ credamꝰ. q̄d enī ē fides niſi
credere quod non vides. Fides
ergo eſt quod non vides crede-
re. veritas quod credidiſti vide-
re. Unde recte fides dicitur ar-
gumentum vel conuictio rerum
non apparentium. Quia ſi fides
eſt: ex eo cōuincitur ⁊ probaꝉ ali
qua eſſe non apparentia. cum fi
des nō ſit niſi de nō apparētibꝰ.

Deſcriptio fidei.

¶ Ait enī apoſtolus fides eſt
ſubſtantia rerum ſperandarū ar
gumentū vel cōuictio apparen-
tium. Quia per fidem ſubſiſtūt
in nobis etiam modo ſperanda.
⁊ ſubſiſtent in futuro per experi
entiam ⁊ ipſa eſt probatio ⁊ con
uictio non apparentium. Quia
ſi quis de his dubitet. per fidem
probentur: vt adhuc probaꝉ fu-

tura reſurrectio: q2 ita credide- rũt patriarche. 7 alij ſancti. Uel probatio eſt 7 certitudo ꝙ ſint a liqua non apparẽtia vt ſupra di ctum eſt. Proprie autem fides dicitur ſubſtantia rerum ſperan darum: q2 ſperandis ſubſtat. Et q2 fundamentum eſt bonorum qđ nemo mutare poteſt.

Si illa deſcriptio ſpei conueniat.

¶ Si vero queritur an hec de- ſcriptio ſpei conueniat: ſane con cedi poteſt vtrumlibet. Si autẽ dicatur cõuenire. ſunt 7 alia plu ra quibus differunt fides 7 ſpes ſed non improbe dici poteſt ſoli fidei cõuenire nõ ſpei. q2 fides ſo la fundamentum dicitur. Non q2 fides virt⁹ poſſit eſſe ſine ſpe 7 charitate. Unde Auguſ. Fi- des operans ꝑ dilectionem vti ꝙ ſine ſpe eſſe non poteſt. Nec a mor ſine ſpe: nec ſine amore ſpes nec vtrũꝙ ſine fide. 7 fides ſine amore nihil prodeſt. Poteſt tñ credi aliquid qđ nõ ſperatur. ni- hil autẽ poteſt ſperari qđ nõ cre- ditur. Ideoꝙ credere qđ eſt ac- tus fidei. naturaliter ꝑcedit ſpe- rare qđ eſt actus ſpei. q2 niſi ali- quid credatur non poteſt ſperã- ri. Creditur autem qđ non ſpe- ratur. Inde eſt qđ ſcriptura ple rũꝙ reperitur ꝙ fides precedit ſpem 7 ſpes ſequitur fidem. non ꝙ virtus fidei precedat virtute3 ſpei tẽpore vel cauſa: ſed q2 act⁹ fidei naturaliter precedit actum ſpei: qđ etiam quidam cõcedunt de ipſa virtute fidei vt naturalr̃ precedat ſpem non tẽpore. Uñ 7 recte ſola dicitur fundamentũ oĩum virtutum 7 bonorum ope rum. Non autem fundamentu3 eſt charitatis q2 non ipſa chari- tatis: ſed charitas ipſius virtu- tis fidei cauſa eſt. Charitas eñi cauſa eſt 7 mater omnium vitur tum. Que ſi deſit. fruſtra haben tur cetera. Si aũt aſſit habentur omnia. Charitas eñ ſpũſſanct⁹ eſt vt in ſuperioribus pretaxatũ eſt. Ipſa eſt ergo cauſa omniu3 virtutum: non ipſiũs aliqua v̇- tutum cauſa eſt: qua omnia mu nera excellit. Uñ Auguſ. Reſ- pice ad munera eccleſie: 7 vniuer ſis excellenti⁹ charitatis munus cognoſces: que vt oleum nõ po teſt premi in imo ſed ſuperexilit. Non ergo eius cauſa vel funda mentum fides eſt. Grego. tamẽ ſuper ezechielem dicit: q2 niſi pri us fides teneatur nullatenus ad ſpiritualem amorem attingitur. Non eñ charitas fidẽ ſed fides

charitatez precedit. qꝛ nemo po
teſt amare quod non crediderit
ſicut nec ſperare. Sed hoc acci-
pi poteſt eſſe dictum de fide: que
virtus non eſt. Ipſa em̄ ſpem ꝛ
charitatem frequenter precedit.
vel de actu fidei qui forte natu-
raliter actuz charitatis precedit
ſicut actum ſpei. Quod verba p̄
miſſa diligenter notate innuunt
ꝛ ea etiam que addit dicens. Ni
ſi ea iquit que audis credideris.
ad amandum ea que audis non
imflamaberis. Que tm̄ de nō vi
ſis eſt: vt ante diximus. Unde
Chriſo. Fides in aīa noſtra fa-
cit ſubſiſtere ea que non videnť.
De quib⁹ proprie fides eſt. De
viſis eīn nō eſt fides ſ; agnitio.



Irca vigeſi-
mã tertiã di.
queritur prio
Utrū in vno
intellectu ſit
vnica fides
ponēda. pro
hui⁹ difficlta
tis enodatio-
ne eſt aduertendū: ꝙ ſcđm Alexan-
drum de Ales in primo mēbro. 84.
queſtionis tertie partis fides multi
fariaz accipitur. Primo modo pro
ſponſione ſiue promiſſiōe: ꝛ iſto mō
capit apoſtolus in q̄nto capi. prime
ad Thim. d. primã fidē irritã fecit.
Scđo modo accipitur pro fidelitate
ꝛ iſto modo capit Hieremias. 17. c.
d. perijt fides ꝛ ablata ē de ore eoꝝ.
Tertio modo accipitur pro conſciē-
tia: ꝛ iſto modo capit apoſtol⁹ i. 14.
cap. ad rom̄. d. omne quod nō eſt ex
fide peccatū eſt. Nã glo. inquit om̄e
qđ eſt cōtra ꝯſcientiã peccatum eſt.
Quarto modo accipitur pro quocū-
ꝙ aſſenſu: ꝛ iſto modo capitur qn̄ di
citur ꝙ argumentuz eſt rō rei dubie
faciens fidē. Quinto modo accipiť
pro noticia patrie celeſtis: ꝛ iſto mō
capit apoſtol⁹ ad romanos p̄mo. d.
iuſticia dei reuelatur ex fide in fidē.
Sexto modo accipitur pro obiecto
ſiue ſimbolo fidei: ꝛ iſto modo capit
Athanaſi⁹ in ſuo ſimbolo. d. hec eſt
fides catholica. ꝛc. Septimo modo
accipitur pro ſacramēto fidei: ꝛ iſto
modo capit Auguſtinus in epiſtola
ad Bonifaciū. d. qđ ē paruulos ha
bere fidē: niſi fidei ſacramēti. ſ. bap-
tiſmū. Octauo modo accipitur pro
habitu informi: ꝛ iſto modo accipiť
a diuo Iacobo in. 2. ca. d. fides ſine
operib⁹ mortua eſt: nono accipitur
per habitu formato: ꝛ iſto modo ac
cipit apoſtolus in primo cap. ad ro-
manos. d. iuſtus ex fide viuit. 10. ac
cipitur pro actu credēdi: ꝛ iſto modo
capit idē apoſtol⁹ in. 10. cap. ad ro-
manos. d. fides eſt ex auditu: ſed re
gulariter ſolū fides ſolet capi obie-
ctiue: vel pro habitu vel actu creden
di. Scđo eſt aduertenduz ꝙ duplex
eſt fides capiendo fidez pro habitu.
ſcz infuſa ꝛ acquiſita: procedēdo de
fide infuſa ponuntur. 2. concluſiōes
reſponſiue ad titulū queſtiōis: qua-
rum prima eſt iſta. Neceſſariū eſt ſe
cundū fidem catholicã ponere fidez

infuſam: iſta cõcluſio probatur teſte apoſtolo ad hebreos .11. impõle eſt ſine fide placere deo: ſꝫ paruuli baptizati placent deo: ⁊ nõ habent fideꝫ acquiſitã: ergo habent fideꝫ infuſã. Scđa concluſio eſt iſta in intellectu creato vnica eſt ponenda fides infuſa: iſta concluſio probatur expreſſa autoritate apoſtoli ad Ephe.4.ca. d. Unus dominꝰ: vna fides: vnum baptiſma.

¶ Contra ambas concluſiões arguitur ſic ſi eſſet ponẽda fides infuſa: vel inclinaret immediate ad aſſentiendũ oĩbus articulis fidei vel mediate: nullũ iſtoꝝ eſt dicendum: igitur nõ eſt ponenda talis fides infuſa: ꝙ non poſſit dari primũ probatur ſequeretur ꝙ eque cito habens fidem infuſam aſſentiet vni articulo ſicut alteri: ꝯñs eſt falſum. igitur ꝙ non poſſit dari ſcđm probatur ſequeretur ꝙ fides inclinaret ad aſſentiendum falſo: ꝯñs eſt abſurdũ: igiẗ ſeq̃la probatur volo ꝙ aliquis chriſtianus formet iſtũ ſilogiſmuꝫ. ſ. oẽ reuelatũ a deo eſt veꝝ: ⁊ hoc eſt reuelatum a deo: igitur hoc eſt verum: et per li hoc demonſtretur vna propoſitio falſa et heretica. ſ. Abrahaꝫ nõ habuit duas vxores: credat tñ taleꝫ propoſitionem eſſe in ſacro canone ideo qꝛ rector eiꝰ ita predicauit: tũc talis xpianꝰ aſſentiet ꝯcluſioni illiꝰ ſilogiſmi mediãte fide infuſa: ⁊ talis concluſio eſt falſa ⁊ heretica: igiẗ ſequela vera. Pro huius argumenti enodatione eſt aduertendũ ꝙ eſt magna controuerſia inter doctores theologos. An fides ĩfuſa ĩmediate inclinet ad aſſentiendũ cuiſlibet articulo. Nã Tho. ⁊ multi antiqui tenẽt ꝙ fides infuſa in mediate inclinat ad iſtã cõcluſionẽ. ſ. omne reuelatũ a deo eſt veꝝ ⁊ mediate inclinat ad alios articulos: ⁊ iuxta iſtam opinionem rñdetur ad argumentũ negando minorẽ: ⁊ ad probationẽ daẗ ſm ſcꝫ ꝙ mediate concurrit ad articl'os fidei: ⁊ ad probationẽ diſtinguiẗ ſeq̃la vel immediate: ⁊ ſic negatur illa nec probatur in tali ſenſu vel mediate: ⁊ ſic conceditur illa ſequela ⁊ negatur minor. ¶ Contra iſtã ſolutioneꝫ arguitur ſic ſequeretur ꝙ aliquis aſſenſus fidei cauſaretur a duobus aſſenſibus: quoꝝ vnꝰ eſſet fidei ⁊ aliꝰ non eſſet aſſenſus fidei: ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela probatur aſſenſus illius mi. ſ. hoc eſt reuelatum a deo non eſt aſſenſus fidei: ⁊ ſemper talis concurrit ad aſſenſiendũ articulis fidei ſcđꝫ iſtã opinionẽ: igitur ſequela vera: maior probatur non aſſenſio illi minori: qꝛ illa minor eſt reuelata: ſed qꝛ credo vel opinor aſſerentẽ talẽ propoſitionẽ reuelataꝫ eſſe veracẽ. iam probatur falſitas cõſequentis: cõcluſio per principia logices ſemper ſequiẗ debiliorẽ parteꝫ: ergo impoſſibile eſt ꝙ aſſenſus fidei cauſeẗ partialiter a duobꝰ aſſenſibus quoꝝ vnus eſt fidei: ⁊ aliꝰ non fidei. immo eſt in euidens. Ad hanc replicã rñdetur concedendo ſeq̃lã ⁊ negãdo minorẽ: ⁊ ad ꝓbationẽ dicendũ eſt ꝙ non inconuenit q̃ñ habitus fidei infuſe concurrit. ¶ Contra iſtã ſolutionẽ arguitur ſequereẗ q̃d immediatius aſſentiremꝰ huic propõni. ſ. hec eſt vera quocũq3 articlo

demonſtratoꝙꝫ ipſi articulo:ꝯñs eſt
falſum.igitur ſequela probatur ſem
per.equalentur formamus iſtū ſilo
giſmū.ſ.omne reuelatū a deo eſt ve
rum:⁊ hoc eſt reuelatū a deo: ergo
hoc eſt verum articulo demonſtra-
to: ergo quocūqꝫ tali demonſtra-
to articulo prius aſſentimus huic cō
cluſioni hoc eſt veꝝ ꝙꝫ aſſentiamus
ipſi articulo demonſtrato. imuio ex
tali concluſione.ſ.hoc eſt veꝝ articu
lo demonſtrato infertur ipſe articu-
lus. Nam bene ſequitur hoc eſt veꝝ
in tali ſenſu.ſ.xp̄s eſt incarnatus:er
go xp̄s eſt incarnatus:⁊ ita infertur
de quolibet alio articulo. Ad hāc re-
plicam rñdetur concedendo ſeque-
lam ſecludendo illud obiectū p̄ma-
rium fidei.ſ.omne reuelatū a deo ē
veꝝ ⁊ negādo minorē.nā neceſſario
ſequitur ex iſta opinione.

¶ Alia eſt opinio doctoris ſub
tilis ⁊ nolalium aſſerentiū ꝙ fides
infuſa immediate inclinat ad aſſen-
tiendū oībus articulis fidei:⁊ ſecun
duꝫ iſtā opinionē rñdetur ad formā
argumenti dando primū membrū
ſcꝫ ꝙ fides infuſa immediate incli-
nat ad aſſentienduꝫ oībus articulis
fidei:⁊ ad improbationē conceditur
ſequela ⁊ negatur minor: ⁊ dicit qꝺ
propoſitis duobꝰ articulis alicui bo
no chriſtiano eque cito aſſētiet illis
quantuncūqꝫ vnus illoꝝ ex altero in
feratur ⁊ deducatur.

¶ Contra iſtā ſolutionē ⁊ opi-
nionem arguitur ſic ſequeretur ꝙ fi
des inclinaret ad aſſentiendū falſo
ꝯñs eſt abſurdū.igitur ſequela pro
batur:fides infuſa quā habebat ſan
ctiſſima virgo in triduo inclinabat
ipſaꝫ ad aſſentiendū huic filiꝰ meꝰ
non eſt mortuus:⁊ iſta erat falſa ſal
tem poſt horā nonā diei veneris ſan
cte.igitur ſequela vera:mai.probat
ante illud triduuꝫ fides infuſa diue
virginis inclinabat ipſam ad aſſen
tiendū illi filius meus non eſt mor-
tuus:ergo per totū illud triduū ad-
huc inclinabat ad aſſentiendū eideꝫ
concluſioni:ꝯña tenet : qꝛ teſte ph̄o
noſtro idē inquantū ideꝫ ſemper eſt
natū facere idē : ⁊ maxime de cauſa
q̄ nō eſt libera ⁊ talis habitus fidei
infuſe non eſt cauſa libera. Ad iſtaꝫ
replicā rñdetur negando ſequelam:
⁊ ad probationē dicitur ꝙ ph̄us in-
telligit de cauſis pure naturalibus:
modo licet talis habitus fidei infu-
ſe non ſit cauſa libera eſt tñ ſpecia-
le inſtrumentuꝫ ſpūſſancti: ideo nō
agit neqꝫ inclinat niſi ſcd̄m volunta
tem ſpiritusſancti quare non eſt mi
rādū ſi ante triduū inclinabat ad aſ
ſentiendū illi:⁊ in triduo vel poſt tri
duū non amplius inclinauit:qꝛ non
placebat ſpūiſancto. ¶ Contra iſtam
ſolutionē arguitur:ſequeretur ꝙ ea
dem cauſa q̄ non eſt libera cōcurre-
ret ad effectus ꝯtrarios: ꝯñs eſt fal
ſuꝫ.igitur ſequela probatur talis fi
des infuſa in diua virgine concurre
bat ad aſſenſum illius filius meus
non eſt mortuus ante triduū: ⁊ poſt
triduū cōcurrebat ad aſſenſum iſtiꝰ
filius meus eſt mortuus:⁊ iſti aſſen
ſus ſunt contrarij ſiue contradicto-
rij:igitur ſequela ꝟa. Ad hanc repli
cā rñdetur concedēdo ſeq̄lā ⁊ negā-
do mi.immo ph̄s nr̄ cōcedit hoc de
ſole q̄ liq̄facit quā ⁊ indureſcit lutū.

¶ Scḋo arguitur contra eaſdē
concluſiones ſequeretur q̄ ſi aliqs
paruulus chriſtianus nutriretur in
ter ſarracenos vel iudeos ⁊ deueni-
ret ad patriā xp̄ianoꝝ ⁊ ipſi prepo-
nerentur articuli fidei chriſtiane q̄
talis aſſentiret illis: ꝯñs eſt contra
experientiā: immo vidimus in hac
vrbe oppoſitū de dn̄o perpeniano:
igitur ꝯcluſiones nulle ſequela pro
batur talis paruulus chriſtian⁹ ha-
bet fidē infuſaꝫ: ergo fides infuſa in
clinabit eū ad aſſentiendū ⁊ per con
ſequens aſſentiet. Ad hoc argumen
tum rn̄det̄ ab oībus doctorib⁹ negā
do ſequelā: ⁊ ad probationeꝫ negat̄
ꝯñā: rō eſt: qꝛ cū fide infuſa requi-
ritur aliquid aliud: ⁊ dn̄s Guillerm⁹
occhā aſſerit q̄ requirit̄ habit⁹ acq̄ſit⁹
fidei: ſed hoc neq̄t defenſari. nā ſi ca
piat̄ paruul⁹ xp̄ian⁹ nutrit⁹ int̄ chri
ſtianos qñ primū aſſentit alicui arti
culo fidei tūc certū eſt q̄ fides infu
ſa inclinat ad aſſentiendū illi articu
lo: ⁊ nullū habet habitū fidei acqui-
ſitum: qꝛ alias ille non eſſet primus
articul⁹ cui primo aſſentit: ergo nō
requiritur habitus fidei acquiſitus
ſed bene requirit̄ aliquod motiuū
cū pia affectiōe vl̄ q̄ ille qui propo
nit taleꝫ artl'm credatur eſſe verax.

¶ Tertio arguitur cōtra eaſdē
concluſiones dabilis eſt aliquis ca-
ſus in quo fides infuſa concurrit ad
aſſenſum falſum: igitur concluſiōes
nulle añs probat̄: volo q̄ aliqs ma-
gnus ſacerdos celebrando miſſam
non conſecret tunc bonus chriſtian⁹
audiens talē miſſam credit: q̄ cor-
pus chriſti eſt ſub illis ſpeciebus pa
nis ⁊ vini: ⁊ hoc eſt falſum ex caſu: ⁊
ad talē aſſenſum concurrit fides in-
fuſa. igit̄ aſſumptū vez vltima pars
añtis probatur ſi talis ſacerdos cō-
ſecraſſet fides infuſa inclinaſſet ad
talē aſſenſum: ergo tūc etiā inclinat
ad talē aſſenſum: añs probatur ta-
lis aſſenſus tunc eſſet verus: ſi ſacer
dos conſecraſſet: ergo tunc fides in
fuſa inclinaret ad talē aſſenſum. Ad
hoc argumentuꝫ rn̄detur negando
añs: ⁊ ad probationeꝫ negat̄ vltima
pars añtis: ⁊ ad probationeꝫ negat̄
q̄ talis fides infuſa inclinaret ad aſ
ſendū illi: ⁊ ad probationē negatur
ꝯñā: rō eſt: qꝛ fides infuſa non incli-
nat ad quēlibet aſſenſum vez: ſꝫ ſo-
lum inclinat ad aſſenſum circa arti-
xpiane dicitur per articulos diſtin gui inquantū diuiduntur in partes habentes aliquā coabtatiōem adin uicem: eſt aūt obiectū fidei aliquid non viſum circa diuina: ideo vbi occurrit aliquid ſpeciali rōne nō viſuȝ ibi eſt ſpecialis articul⁹ quare bene diffinitur a Ricardo de ſancto Victore: articulus eſt indiuiſibilis veritas de deo arctans nos ad credēdū nam vtrūq; tangitur in iſta diffinitione. Scđo eſt aduertendū q̈ ita ſe habent in theologia articuli fidei ſicut principia per ſe nota in phīs naturali in quibus principijs talis ordo reperitur vt quedā in alijs implicite contineantur ꝛ oīa reducunt ad illud principiū primū. ſ. de quolȝ affirmatio: vel negato de nullo ſimul ambo. i. quodlibet eſt vel non eſt. ꝛ nullū eſt ꝛ nō eſt: vt ptȝ in pħo quarto methaphiſice: vñ oēs articuli fidei implicite continentur in primis duobus. ſ. q̈ deus eſt ꝛ q̈ de⁹ habet prouidentiā circa hoīm ſaluti: iuxta illud apoſtoli ad Hebreos. 11. accedētem ad deū optȝ credere qꝛ eſt ꝛ q̈ inquirentib⁹ ſe remunerator ſit Vltimo eſt notandū q̈ dupl'r pōt intelligi credibilia multiplicari vno mō quantū ad nouoꝝ articuloꝝ additioneȝ. Alio mō quantū ad implicatoꝝ explanationem. Iſtis notatis rñdetur p. 2. ꝯcluſiones: quaꝝ pma eſt iſta. Fides quo ad ſubſtantiā nō creuit ſcđm articuloꝝ credendorum multitudinē. iſta ꝯcluſio probat: qꝛ oēs articuli legis euangelice includebant in articulis legis āntique. Scđa ꝯcluſio eſt iſta fides quātū ad explicationē creuit ı multitudine articuloꝝ credendoꝝ: iſta ꝯcluſio ptȝ: qꝛ plures articuli explicite credunt in lege euāgelica q̈ȝ in lege antiqua.

¶ Cōtra vltimā ꝯcluſionē argr̄ ſic: oīȝ illoꝝ q̄ ptinent in ſacra pagina: ē fides bñda: ſȝ oīa talia nō pñt reduci ad certū nūeꝝ ppter eoꝝ multitudinē: igit̄ impoſſibile ē qꝛ educant ad certū nūeꝝ articl'oꝝ q̄ ȯbeāt credi. Ad hoc argumētū rñdet diſtiguēdo mi. vel intelligendo ſolū de illis de q̄b⁹ ſcđȝ ſe ē fides ꝛ ſic negr̄ illa. nā artli de q̄b⁹ ſm ſe ē fides ſūt pauci numero: vel intelligendo indifferenter de oībus de quibus eſt fides ſcđm ſe vel in ordine ad aliud ꝛ ſic conceditur illa minor: nec talia reducūtur a ſancta matre eccleſia ad certū nūerū: ſed ſolū illi articuli de quibus ſcđm ſe eſt fides. Contra iſtaȝ ſolutionē arguitur ſequeretur cōtra concluſionē q̈ fides non potuit creſcere quo ad explicationē ꝯñs ē falſum: igitur ſequela probatur in ſciētijs hūanis augmētū eſt ppter defectū cognitionis in primis hoībus qui tales ſcientias inuenerunt teſte pħo in ſcđo metaphiſice: ſed doctrina fidei tradita eſt a dño deo qui ab eterno oīa nouit: ergo nō potuit eſſe augmentū in explicatiōe articuloꝝ fidei. Ad hanc replicā rñdetur negādo ſequelā ꝛ ad probationem negat ꝯñs: ꝛ rō eſt: nā etiā in ſcientijs hūanis bonus doctor non explicat in pn̄cipio oīa ſuo diſcipulo: ſed paulatiȝ ꝛ ſucceſſiue: ꝛ ita fecit dñs deus. nā populo Iſrael qui erat populus dure ceruicis non explicite dedit tot articulos ſicut nobis nec conſilia euāgelica qꝛ non expediebat. Pariforꝰ

f

ma Paulus nō dedit corinthijs in principio ſue predicationis oia illa que ipſis cōmunicauit poſtea.

¶ Scdo argr̄ ſic contra eandē conclusionē ſolū eſt ponēdus vnus articul⁹ fidei: igitur ſcda ↄcluſio falſa: añs probatur ſolū eſt vnica formalis rō obiecti fidei: ergo ſolū eſt ponendus vnus articulus fidei: añs probatur veritas prima eſt vnica rō formalis obiecti fidei: igitur aſſum ptū verū. Hoc argumētū magis militat ↄtra Tho. quā ↄtra alios. imo non militat aliquo mō contra alios qr alij ab ipſo non ponunt vnicā rationē formalē obiectiuā fidei. idcirco ipe rñdet negādo añs: ꝛ ad ꝓbationē equalenter negat ↄñam dicit eñi ꝙ duobus modis poſſunt diſtingui articuli fidei vno mō ex parte rei credite: ꝛ ſic vnicus eſt articulus fidei ponend⁹. Alio mō poſſunt diſtingui ex parte noſtra: ꝛ ſic ponuntur multi articuli: ſed videt̄ oīno oppm̄. nam articuli potius debent diſtingui ex ꝑte credendorū: quā ex parte noſtra.

¶ Tertio arguitur ſic primi patriarche crediderunt explicite oia q̄ nos credimus ꝛ plura: igitur ambe ↄcluſiones nulle: añs probatur apl̄i crediderūt plura explicite q̄ nos credamus: qr fuerunt nobis inſtructiores: igitur oēs patriarche ꝛ prophete plura crediderūt q̄ nos explicite ↄña tenet: qr ſicut apl̄i fuerunt p̄mi in lege euangelica. ita etiā patriarche ꝛ prophete fuerunt p̄mi in lege nature ꝛ ī lege ſcripta. Ad hoc argumentū rñdet̄ negando añs ꝛ ad probationē nego ꝙ propter illā cauſam apl̄i fuerint inſtructiores: ſed qr fuerunt propinquiores xp̄o: ꝛ propter eādē cauſam Joānes baptiſta credidit plura q̄ ſui ꝑdeceſſores explicite.

¶ Queritur ſcdo circa eandem diſti. An ꝓ oī ſtatu fuerit neceſſaria fides xp̄i mediatoris. Pro huius q̄ſtionis intelligentia eſt aduertendū ꝙ. 2. modis pōt haberi fides mediatoris vnomō implicite: ꝛ hoc eſt credere ꝛ expectare redēptorē futurū. Alio mō explicite ꝛ eſt credere filiū dei aſſumptuꝝ hūanitatē naſciturū de virgine: paſſuꝝ in cruce: ꝛ reſurrectuꝝ tertia die. Iſtis notatis rñdetur per. 2. ↄcluſiones: quaꝝ p̄ma eſt iſta pro ſtatu innocentie non erat neceſſaria fides mediatoris: quāuis Adā in ſtatu innocentie ipſaꝫ habuerit: prima pars ↄcluſionis probatur ſine tali fide mediatori adā poterat ſaluari: ergo nō erat neceſſaria ꝓ tali ſtatu: añs probatur ſi nō peccaſſet Adā ꝛ pſeueraſſet in amore dei ſaluatus fuiſſet ſine tali fide mediatoris: igitur nō erat neceſſaria pro tali ſtatu. ſcda pars ↄcluſionis patet Adā ſpū prophetico dixit. Gen̄. 2. c. Propter hoc relinquet hō patreꝫ ꝛ matrē ꝛ adherebit vxori ſue. Nam apl̄us allegat iſta verba ad ephe. 5. ſubiūgens ſacramentū hoc magnū eſt: ego aūt dico in xp̄o ꝛ eccl̄ia. Secunda ↄcluſio eſt iſta poſt lapſuꝫ primi parentis neceſſaria fuit oībus fides mediatoris tā in lege nature q̄ in lege ſcripta implicite vel explicite. Iſta concluſio probatur nullus poſt lapſuꝫ nature hūane potuit ſaluari ſine fide mediatoris: igitur cō-

cluſio vera: añs probatur via hoīb° veniēdi ad beatitudinē eſt miſteriū incarnationis ꝛ paſſionis xpi iuxta illud actuū quarto non eſt datū aliō nomē ſub celo in q̄ oporteat nos ſal uos fieri. ꝛc. ꝫ neceſſariuȝ erat tale miſteriū explicite vł implicite credere Scdo probatur eadē ꝯcluſio xps eſt caput totius vlis eccleſie vt inquit apoſtolus ad ephe. i. ergo null° pōt ſaluari niſi fiat membrū xpi: ſed ne quit aliquis fieri mēbrū xpi niſi cre dat in xpm actualiter vel habitualiter: igitur concluſio vera. Confirma tur hec ꝯcluſio autoritate aurelij au guſtini in libro de correctione ꝛ grā d. nemo liberatur a dānatione que per Adā facta eſt niſi per fidē Jeſu xpi: ꝛ in libro de nuptijs ꝛ ꝯcupiſcē tia inquit eadē fides mediatoris q̄ nos ſaluat ſaluos iuſtos faciebat an tiquos puſillos cū magnis ꝛ hoc de bet intelligi de eadem fide infuſa tā ſcdm Tho. ꝙ ſcdm doc. ſubtilē ꝛ no minales. Sūt ꝛ Gregori° ſup Eze chielē ait ꝛ qui pręibant ꝛ qui ſeque bantur clamabant dicētes. O ſanna filio Dauid. ꝛc. q2 oēs electi qui i iu dea eſſe poterant ſiue qui nūc in ec cleſia catholica ſunt immediatorem dei ꝛ hoīum crediderūt. notandū tū eſt illud qō ponitur in ꝯcluſiōe. ſ. im plicite vel explicite. Nā maiores ve luti patriarche prophete ꝛ ſacerdo tes credebant explicite filiū dei na ſciturū de virgine paſſuꝝ in cruce ꝛ reſurrectuꝝ tertia die. Alij vero. ſcȝ minores credebant xpm redempto rem: ſed ignorabāt qualiter eos de bebat redimere ꝛ quātum ad hoc re ferebant ſe ad fidē maioꝝ: ſicut mō Layci xpiani referunt ſe in multis ad fidem vlis eccleſie.

¶ Contra ſcdam concluſionem arguitur primo ſic: nullus hō tenet credere ea que angeli ignorabāt: ſȝ angeli ignorabāt miſteria xpi: ergo nullus hō tenebatur credere xpȝ me diatorē: mi. probatur duplici autori tate prima eſt pſalmiſte pſal. 23. in perſona angeloꝝ. d. Quis ē iſte rex glorie. ꝛc. Scda eſt yſaye. 93. ca. di. Quis eſt iſte qui venit de edō tinctis veſtibus de boſra: nā talia verba di xit in perſona angeloꝝ qn xps pro pria virtute in die aſcenſionis aſcē dit ad celos. Ad hoc argumentū re ſpondetur diſtinguendo mi. vel in telligendo de aliquibus miſterijs: ꝛ ſic ꝯceditur illa ꝛ negatur ꝯña vł in telligendo de oībus miſterijs: ꝛ ſic negatur illa nec probatur in tali ſen ſu: vnde ſicut i eccleſia militāti aliq̄ xpiani ſunt inſtructores alijs circa fidē ꝛ miſteria xpi: ita etiā i eccleſia triūphāti angeli ſuperiores inſtru ctores ſunt angelis inferioribus ꝛ ipſos illuminant ꝛ purgant vt egre gie declarat Diuus Dionyſius in li bro de celeſti Hierarchia.

¶ Scdo argr contra eaſdē con cluſiones ſi aliqs maioꝝ crediſſet explicite miſteria xpi maxime fuiſ ſet Joannes baptiſta de quo ſalua tor inquit. Inter natos mulieꝝ non ſurrexit maior: ſȝ Joānes baptiſta ignorauit miſteriū liberatiōis pꝛuȝ a limbo: igitur nullus explicite cre didit miſteria xpi mi. probatur dubi tauit illō miſteriū Joānes baptiſta igitur nō credidit: añs probatur mi

ſit duos diſcipulos ad xp̄m querēs ab eo. Tu es qui venturꝰ es: an aliū expectamus. vt habetur Math. 11. ca. ergo dubitauit. Ad hoc argumētum varie rn̄dent sancti. Nā diuus Ambroſius. d. ꝙ dubitatio Joānis non fuit incredulitas qualis erat iudeoꝝ icredulitas: nec tarditatiſ qualis erat icredulitas apl'oꝝ: ſed erat admirantis admirabatur eñi Joannes baptiſta ꝙ xp̄s volebat deſcendere ad infernū. Diuus Gregorius aſſerit ꝙ Joānes baptiſta bene credebat Chriſtum liberaturū patres a limbo: dubitabat tamen an in propria perſona Chriſtus deſcenderet ad liberandū ſanctos patres. Hec tamen reſponſio non videt̄ conueniens. ideo quia zacharias fuit minor propheta Joāne baptiſta: ⁊ l. 9. capi. ſui libri prędixit ⁊ prophetizauit: tu quoqꝫ in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu i quo nō erat aqua. Quare videt̄ Joānē baptiſtā non ignoraſſe talē liberationē: poteſt tñ dici ꝙ prophetia zacharie poterat intelligi duabꝰ modis: vno mō ꝙ xp̄s in propria perſona debebat liberare ſāctos patres. Alio mō ꝙ xp̄s debebat liberare ſanctos patres per āgelū: poterat eñi ſaluator noſter mittere vnū angelū quā p̄mū mortuus eſt in cruce ad liberandū ſanctos patres: quare Joānes baptiſta rōnem habuit dubitandi: hijs tñ non obſtantibus. iudicio meo melius rn̄dent diuus Joānes criſoſtomus: ⁊ ſanctus Hilarius. ſ. ꝙ Joānes nullo mō dubitauit. imo firmiē credidit xp̄m in propria perſona deſcenſuꝝ ad inferos: ⁊ liberatuꝝ ſanctos patres. Nihilominus voluit cōſulere vtilitati ſuoꝝ diſcipuloꝝ erat eñi Joānes in carcere ⁊ ſciebat ſe in breui decollādū ab impio herode ⁊ conſiderabat inuidiā: ruditatē: ⁊ incredulitatē ſuoꝝ diſcipuloꝝ. Nā fuerunt cōqueſti diſcipuli Joānis baptiſte ꝙ xp̄s plures baptizabat quā Joannes. ideo rn̄dit illis Joannes optꝫ eñi illū. ſ. xp̄m creſcere me aūt minui. Silr̄ prędixerat illis diuinitatē xp̄i ⁊ non intellexerunt: qꝛ erāt rudes. Pariforma iunxerūt ſe pharisęis ⁊ reprehenderunt xp̄m dicentes. cur pharisei ⁊ nos ieiunamꝰ: diſcipuli aūt tui non ieiunant. vltius Joānes ꝯtemplabatur in xp̄o. 3. medicinas per q̄s poterant ſanari morbi ſuoꝝ diſcipuloꝝ. ſ. exempla vite: verba ſapientie: miracula glorie nimiꝝ. ergo ſi Joannes miſit eos ad xp̄m. Nā ideo miſit vt ſanarentur a prefatis morbis videndo exempla vitę: miracula glorię: ⁊ audiēdo verba ſapientię: ⁊ huic reſpōſioni fauet reſponſum xp̄i. ſ. dicite Joanni ceci vident claudi ambulāt ⁊ leproſi mūdantur. ⁊c.

¶ Tertio arguitur ſic contra ſecundā concluſionē multi gentilium adepti ſunt ſalutē per miſteriū angelorum: vt teſtatur diuus Dioniſiꝰ in. 9. capite celeſtis Hierarchie ⁊ non habuerunt fidem Chriſti mediatoris. igitur ſecunda concluſio falſa. minor probatur: tales gentiles nōn habuerunt legem ſcriptam vt patet de Pictagora: Ariſtotele ⁊ Platone. Jgitur tales non habuerunt fidem Chriſti mediatoris.

Ad hoc argumētum rñdetur negan
do minorē ꝛ ad ꝓbationē rñdet ꝙ
ſi aliq̄ tales fecerūt q̄ð i ſeip̄is erat:
idcirco dñs deus ip̄is reuelauit vt:
patet de iob qui nō habuit legem: ꝛ
tamen bene ſciuit dicere in ſcðo ca.
ſui libꝛi ſcio ꝙ redēptoꝛ meus viuit
ꝛ i nouiſſimo die de terra ſurrectur⁹
ſuꝫ. Pariforma multe ſybille ſimi-
lia de xp̄o pꝛedixerūt quoꝛuꝫ dicta
narrat Auguſtin⁹ in.19.de trinitate
et.18. de ciui.dei.ꝛ lactāti⁹ tertio li.
diuinaꝝ inſtitutionū aduerſus gen
tes ꝛ licꝫ aliqui ponāt.10.12. tamen
fuerūt pꝛima.ſ. per ſicca dixit ecce
beſtia cōculcaberis ꝛ gignetur dñs
in oꝛbe terrarū ꝛ gremium virginis
erit ſalus populoꝛū ꝛ pedes ei⁹ in
valitudine hoīum inuiſibile verbuꝫ
palpabitur. Scða lybica dixit ecce
venit dies ꝛ illuminabit dñs cōden
ſa tenebꝛaꝝ ꝛ ſoluetur nex⁹ ſinago
ge ꝛ deſinēt labia pꝛophetarū et vi-
debūt regem viuētiū ꝛ tenebit illū
in gremio virgo dña gentiuꝫ. ꝛ re-
gnabit in mīa ꝛ vterus matris eius
erit ſtatera cūctoꝝ. Tertia delphica
que ante troiana bella pꝛophetauit
ſic ait naſcetur pꝛopheta abſqꝫ ma-
ris coitu ex v̄gine. Quarta erit hea i
babilonia oꝛta ſic dixit in vltīa eta-
te humiliabitur de⁹ hūiliabitur pꝛo
les diuina vnietur humanitati diui
nitas iacebit in fœno agnus ꝛ puel-
lari efficio educabitur de⁹ ꝛ homo.
Signa autē pꝛecedēt apud iudeos
mulier vetuſtiſſima.ſ. elizabet pue
rum cōcipiet ſtella oꝛbis mirabitur
ꝛ ducatum pꝛeſtabit magis ad oꝛ-
tum xp̄i elegit ſibi de piſcatoꝛib⁹ de
iectis hoīnibus numerū duodena-
riū vnūqꝫ diabolū nō i gladio bello
ve eneadem vꝛbeꝫ regeſqꝫ ſubiciet
ſed in hamo piſcatoꝛis deiectiōe et
pauperie ſuperabit diuitias ꝛ ſuꝑ-
biā cōculcabit huic q̄ttuoꝛ aīalia ſur
gent in teſtimoniū huic contradicet
a beſtia. Erit autē beſtia hoꝛribilis
ab oꝛiente veniēs cuius rugit⁹ vſqꝫ
ad gētes punicas audiet. Quinta
fuit ſamia a ſamo inſula que inquit
Ecce venit diues ꝛ naſcetur de pau
percula ꝛ beſtie terrarū adoꝛabunt
eū clamabūt ꝛ dicent laudate eū in
atrijs celoꝝ. Sexta fuit cumana tē-
poꝛe tarquini pꝛiſci ꝛ dixit illud q̄ð
ponit virgilius in bucolicis.ſ. vlti-
ma cumei iaꝫ veniet carminis etas
Magnus ab itegꝛo ſecloꝝ naſcitur
oꝛdo iaꝫ redijt ꝛ virgo redeunt ꝛ ſa
turnia regna iam noua pꝛogenies
celo dimittitur alto in modo naſcēti
puero quo ferrea ꝓmū deſinet ac to
to ſurget gens aurea mūdo caſta fi
ne lucina tuus iam regnat apollo.
Septima heleſpōtina in agro tro-
yano nata dixit de excelſo celoꝛū ha
bitaculo reſpexit de⁹ humiles ſuos
ꝛ naſcetur in diebus nouiſſimis de
virgine hebꝛea in cunabulis terre.
Octaua phꝛigia ait flagellabit de⁹
potentes terre ex olympo excelſus
veniet ꝛ firmabitur cōſiliū in celo ꝛ
annūtiabitur virgo in vallib⁹ deſer
toꝛum. Nona tiburtina dixit naſcet
xp̄s in bethleē ꝛ annūciabitur in naza-
ret regnante tauro pacifico ꝛ funda
toꝛe quietis.ſ. octauiano auguſto q̄
habebat taurū pꝛo interſignio o fe-
lix illa mat cui⁹ vbera lactabit xp̄s.
Decima ſibilla europe ait Ecce ve-
niet ille ꝛ tranſibit montes ꝛ colles

ꝛ latices olympi acregnabit ĩ pau-
perte ꝛ dn̄abitur in ſilentio ꝛ egre-
dietur de vtero ỽginis. Undecima
agrippa dixit inuiſibile verbū pal-
pabitur germinabit vt radix ſicca-
bitur vt foliū non apparebit venu-
ſtas eius circūdabit eius aluus ma
ternꝰ ꝛ flebit deus letitia ſempiter-
na ꝛ ab oibus ꝯculcabitur naſcetur
ex matre vt deꝰ cōculcabitur vt pec
cator. Duodecima ſibilla apellata
eſt chimica in italia nata que fuit tē
pore nūme pōpilij.21.regis roma-
norū que ſic ait. In prima facie vir
ginis aſcendet puella facie pulchra
capillis prolixis ſedēs ſuper ſedem
ſtratū puerū nutriens dans ei ad co
medēdum lac de celo miſſum q̄ etiā
in alio loco clariꝰ dixit in diebꝰ illis
exurget mulier de ſtirpe iudeorū no
mine maria ꝛ habebit ſpōſuz nouū
Joſeph ꝛ ꝓcreabit ab ea ſine corru
ptione viri de ſpū ſancto filius dei
nomie ieſus ꝛ ipa erit virgo ante ꝛ
poſt partuz qui vero ex ea naſcetur
erit verus deus ꝛ verꝰ hō ſicut oēs
prophete predicauere. Pariforma
legitur ĩ hiſtorijs rōanoꝝ ꝙ in vētū
eſt ſepulchrū in vrbe cōſtātinopoli
tana in quo iacebat hō habēs in pe-
ctore laminā aureā in qua ſcriptum
erat xp̄s naſcetur de virgine ꝛ ego
credo in eū. O ſol iterū ſub cōſtanti
ni ꝛ helene tēporibꝰ me videbis: ꝛ
iſta prophetia fuit adimpleta tēpo-
re magni cōſtantini: nā tūc fuit inuē
tum tale ſepulchrum.

¶ Quarto arguitur cōtra can-
dem cōcluſionē apoſtolus in.11.ca.
ad hebreos determinat illud quod
erat fidei oportunum: ꝛ ibi nulla eſt
queſtio de mediatore: igitur ſcda cō
cluſio falſa: mior probaꝛ in.ca.alle-
gato inquit apoſtolus optz accedē-
tem ad deū credere: qꝛ eſt ꝛ ꝙ remu
nerator eſt inq̄rētibus ſe: ꝛ ibi nulla
fit mētio de fide mediatoris: igitur
minor vera. Ad hoc argumētū reſ-
pōdetur ꝙ apoſtolꝰ in libro allega-
to non dicit ꝙ credere illa dua ſuffi-
ciant: ſed bene dicit ꝙ requiriꝛ: ꝛ iō
argumētum nō militat cōtra cōclu-
ſionem. Cōtra iſtam ſolutionez ar-
guitur: illa fides q̄ ſufficienter diri-
git ad deū emādum ꝛ deū ſperādū
ſufficit ad ſalutē: ſꝫ fides qua q̄s cre
dit illa duo.ſ.deū eſſe ꝛ deum eſſe
remuneratorē ſufficiētur dirigit ad
deū amandū ꝛ deum ſperādum: er
go talis fides ſufficit circa duos ta-
les articulos ꝛ per ꝯn̄s nō requiriꝛ
fides mediatoris. qđ eſt cōtra ſcdaz
cōcluſionem: minor ꝓbatur mediā-
te tali fide talium duoꝝ articuloruz
pōt quis diligere deū ꝛ ipꝫ ſperare:
igitur minor vera. Ad hāc replicam
rn̄detur negādo minorē: ꝛ ad proba
tionem negatur an̄s. ſed bene cōce-
do ꝙ poterit diligere deū. ꝛ ipm de
ſiderare: ſed tale deſideriū non erit
ſpes: nā non ſufficit ad actū ſpei de
ſiderare ſed neceſſariū eſt deſidera
re deum ex meritis paſſionis xp̄i qꝛ
ſi deſideraret ex meritis proprijs nō
eſſet ſpes ſed preſumptio.

¶ Quinto arguitur ſic hoies le
gis naturalis poſt naturā lapſaz po
terant ſaluari ſine fide mediatoris
igitur ſcda cōcluſio falſa an̄s proba
tur tales hoies poterant adimplere

quicquid erat de dictamīe legis naturalis et de dictamine legis naturalis non erat fides mediatoꝛiſ igit potcrāt ſaluari ſine fide mediatoris ꝯña pꝛobatur quicūq̄ adimplēt oia illa que ſunt de dictamine legis euangelice ſaluantur: pari iure oēs illi qui ante aduētū xp̄i adimplebāt oīa illa q̄ erāt de dictamīe legiſ moyſaiſe ſaluabātur: ergo eodeꝫ modo oēs illi qui adimplebāt ante legem ſcripture oia illa q̄ erant de dictamine legis naturalis ſaluabantur. Ad hoc argumētū rn̄detur negādo añs ꝛ ad pꝛobationē diſtinguit mi. f. ꝙ fides mediatoꝛis non erat de dictamine legis naturalis: vel adiute a gr̄a dei: ꝛ ſic negatur illa vel non adiute ꝛ ſic cōceditur illa: ꝛ negat ꝯña rō eſt qꝛ lex ſcripta ꝛ lex euāgelica includūt gr̄am dei: ꝛ lex naturalis nō includit: nā ſi lex naturalis adiuuet a gr̄a iam dictū eſt ꝙ fides mediatoꝛis eſt de dictamīe legis naturalis adiute a gratia dei.

❡ Ultimo arguitur cōtra eādē cōcluſionem ſeq̄ret ꝙ etiaꝫ credere miſterium ſanctiſſime trinitatis explicite fuiſſet neceſſariū in lege nature ad ſalutē: ꝯñs eſt falſuꝫ: igitur falſitas ꝯñtis ꝓꝫ: qꝛ in lege nature nihil erat expꝛeſſum de ſanctiſſima trinitate. Ad hoc argumētuꝫ rn̄det concedēdo ſeq̄lā ꝛ negādo minoꝛē: ꝛ ad pꝛobationē dico ꝙ multis fuit reuelatū miſteriū ſanctiſſime trinitatis vt patet de abꝛahā: qui tres vidit ꝛ vnū adoꝛauit ꝑꝫ etiā de pꝛimo parēte quō pꝛophetizauit geñ. ſcđo patet etiā de abel: noe ꝛ multi alijs

In lege aūt ſcripta expꝛeſſum erat miſteriū trinitatis in exoꝛdio geneſis: nā vbi nos hēmus in pꝛincipio creauit deus celū ꝛ terrā: hebꝛei habēt in pꝛincipio creauit heloim qđ ē plale de heel: quod ſignificat deū. Similr̄ in eodem ca hētur faciam⁹ hoieꝫ ad ymaginē ꝛ ſilitudinē nr̄am in quib⁹ v̄bis denotatur pluralitas perſonaꝝ ꝛ vnitas eſſentie per ly ymaginē: nā nō dicitur ymagines. ſed ymaginē vt denotet vnitas eſſētie ꝛ in ꝓphetis ꝛ pſalmiſta ſepe numero explicatur miſteriū ſanctiſſime trinitatis. Cōtra iſtaꝫ ſolutionē arguitur miſteriū trinitatis nunq̄ fuit reuelatū aliquibus aū incarnationem xp̄i: ergo ſolutio nulla: añs pꝛobatur diuus Auguſtin⁹ ſup illud Joannis. 17. manifeſtaui nomē tuū hoībus ait: nō id quo vocaris deus: ſed id quo vocaris pater me⁹ ergo anteq̄ xp̄s manifeſtaret nomen dei patris nōdum erat hoībus manifeſtatuꝫ. Ad hāc replicā rn̄detur negādo añs: ꝛ ad pꝛobationē negat ꝯña ꝛ rō eſt quia lꝫ antea fuit manifeſtatum nomē dei patris aliq̄bus illi tñ fuerūt pauciſſimi: ſꝫ ſaluatoꝛ noſter indifferēter oībus manifeſtauit nomē dei patris immo null⁹ xp̄ian⁹ ē quātūcunq̄ ſimplex ſi habebat vſū rōnis qui nō cognoſcat nomen dei patris tñ mlti erāt filij iſrael immo pꝛo maioꝛi parte oēs qui ignoꝛabāt nomen dei patris.

❡ Queritur tertio circa eandeꝫ diſtin. vtruꝫ poſt xp̄i legē ſufficiēter ꝓmulgatā oēs hoīes teneātur credere oēs articulos fidei catholice.

Pro huius queſtionis enodatione
eſt primo notãdũ: ꝙ bifariã ꝯtingit
credere. ſ. explicite ⁊ implicite. Cre
dere explicite aliq̄d eſt habere aſſen
ſum terminatũ ad illud ỽbig. bonꝰ
xp̄ianꝰ dꝫ credere explicite ieſum
xp̄m eſſe deũ ⁊ hoīez q2 habet aſſen
ſum terminatũ ad iſtã cõcluſionẽ ca
tholicã ieſus xp̄s eſt deus ⁊ hõ cre
dere implicite aliq̄d eſt habere aſſẽ
ſuz nõ terminatũ ad ip̄m: ſed aliquã
propoſitionẽ vl'ez ex qua ſeq̄tur illd
ſaltẽ cũ aliquo vero in bona ꝯña ỽbi
grã. ſimplex xp̄ianꝰ credit implicite
iacob habuiſſe q̄ttuor vxores q̄uis
nũq̄ʒ audiuit loqui de iacob: nã ſim
plex xp̄ianus aſſentit huic vl'i. ſ. oē
reuelatum a deo eſt verum: ⁊ Ja
cob habuiſſe q̄ttuor vxores eſt reue
latũ a d̄o: igr̄ Jacob habuiſſe quat
tuor vxores eſt verum: ⁊ ita dicen
dum eſt de quocũq̄ʒ alio articulo de
quo nũq̄ʒ audiuit loq̄ ꝙ credit illum
implicite. Nã q̄l'ʒ articulꝰ ſequit̄ in
bona ꝯña cũ eadẽ minori ad illã vl'ez
. ſ. omne reuelatũ a deo eſt verũ: cui
aſſentit ſimplex ⁊ bonus xp̄ianus.
Scd̄o eſt notãdũ ꝙ in eccl'ia fideles
ſunt ĩ duplici differẽtia q̄dã dicunt̄
maiores vt p̄lati rectores ⁊ ſacerdo
tes. Alij ỽo dicũtur minores. ſ. ſim
plices laici. iſtis notatis ponunt̄. 4
cõcluſiones reſpõſiue ad queſtionẽ:
quarũ Prima eſt nõ oēs fideles te
nentur credere explicite oēs articu
los fidei: iſta concluſio ꝓbatur teſte
Hieronymo anathema eſt quicũq̄ʒ
dixerit deũ obligare hoīez ad ĩpoſſi
bile: ſed ĩpoſſibile eſt ꝙ oēs credãt
oēs articulos fidei explicite: igit̄ nõ
tenẽtur ⁊ ꝑ ꝯñs cõcluſio vera. Scd̄a
cõcluſio eſt iſta nõ ſufficit alicui cre
dere oēs articulos implicite: iſta cõ
cluſio probatur nã alias ſeq̄retur ꝙ
diſſẽtiens oībꝰ articulis dc̄pto illo
omne reuelatũ a deo eſt veꝝ ſalua
retur qd̄ eſt abſurdũ: nam talis tal'r
diſſẽtiens oēs articulos credit ĩpli
cite: nã oēs ſequũtur cũ aliquo vero
ad illã vl'em omne reuelatũ a deo
eſt verũ: cui talis tal'r diſſẽtiẽs aſſẽ
tit. Tertia ꝯcluſio eſt iſta neceſſariũ
eſt oēs hoīes vtẽtes rõne explicite
aliquos artic'los credere ⁊ reliquos
implicite. Prima pars huiꝰ cõclu
ſionis patet ex pl'a autoritate pau.
ad hebreos. 11. d. op3 accedentẽ ad
deũ credere q2 eſt: ⁊ ꝙ inq̄rentibꝰ ſe
remũerator ſit. Scd̄a ps ptꝫ: q2 q̄l'ʒ
tenetur aſſentire huic. ſ. oē reuela
tũ a deo eſt veꝝ: ex quo cum aliquo
vero q̄l'ʒ artic'lus ſequit̄ ĩ bona ꝯña.
Quarta cõcluſio eſt iſta plures arti
culos tenentur credere maiores ex
plicite q̄ʒ minores: iſta cõcluſio pro
bat̄ maiores rõne officij vel digni
tatis obligãtur ad reddẽdã rõnem
de multis articulis quos nõ tenẽtur
credere minores ergo cõcluſio vera
aña probatur maiores tenẽtur doce
re inferiores ⁊ eſſe parati reddere
rõne poſcẽti de fide teſte ap'loꝝ pri
cipe: ergo plures artic'los credere te
nent̄ maiores explicite q̄ʒ minores.

¶ Contra primã cõcluſionem
arguit̄ ſic: ad ea q̄ ſunt de neceſſita
te ſalutis oēs equaliter tenẽtur: ſed
explicatio credendoꝝ eſt de neceſſi
tate ſalutis: ergo ad talem explica
tionez oēs equaliter tenẽtur: minor
probatur impoſſibile eſt aliquẽ ha
bere ſalutem niſi ei explicentur ar

ticuli fidei: ergo explicatió credẽdo
ruꝫ eſt de neceſſitate ſalutꝭ. Ad hoc
argumẽtũ rñdetur diſtinguẽdo mi-
norẽ vel explicatio aliquoꝝ credẽdo
rum ⁊ ſic cõceditur illa: ⁊ negať ꝯña
vel explicatio oĩuꝫ credendoꝝ: ⁊ ſic
negatur illa minor: nec probať i illo
ſenſu. ¶ Cõtra iſtã ſolutionẽ arguitur
minores ſiue ſimplices tenẽtur cre-
dere omnia explicite: ergo a fortio-
ri maiores: ⁊ ꝑ ꝯñs oẽs tenẽtur ex-
plicite credere oĩa añs probatur ne
mo debet examinari vel interroga
ri de is q̃ nõ tenetur credere explici
te: ſed interdũ ſimplices ſiue mino
res examinantur de multis q̃ nõ po
nũtur explicite in articłis: ergo ſim
plices ⁊ minores oĩa tenẽtur crede-
re explicite: minor ptꝫ qꝛ tpe arrij ⁊
alioꝝ hereticoꝝ mlti ſimplices fue-
runt examinati ab eccleſia de mul-
tis q̃ nõ fuerũt explicata i articulis
fidei. Ad hãc replicã rñdetur negã-
do añs: ⁊ ad ꝓbationẽ diſtinguitur
maior vł' qñ tales ſimplices ſunt in
fecti veneno hereticoꝝ aut ſũt ſuſpe
cti ď tali veneno: ⁊ ſic negať illa vel
qñ nõ ſunt infecti vel ſuſpecti: ⁊ ſic
cõcediť illa cũ minori ⁊ negať ꝯña:
⁊ rõ eſt qꝛ arrius multos ſimplices
etiã feminas ſuo veneno infecit: nã
ſororẽ magni cõſtãtini imperatoris
arrianã reddidit: imo mos eſt here-
ticoꝝ ĩficere ſimplices qui nõ intelli
gũt ſuas ꝟſutias ⁊ calliditates: ni-
mirũ ergo ſi nr̃a ſancta mr̃ eccł'a in
terdum examinet tales ſimplices
infectos vł' ſuſpectos. ¶ Cõtra iſtã ſo
lutionẽ arguiť ſeqretur ꝙ ſufficeret
ſimplices credere in fide maiorũ:
ſed hoc videtur periculoſum igitur
ſolutio nulla minor probatur maio-
res interdũ male credũt ergo peri-
culoſum eſt minores ſiue ſimplices
credere in fide maioꝝ. Ad hãc repli
cam rñdetur negando minorẽ ⁊ ad
ꝓbationẽ negať ꝯña ⁊ rõ ẽ: qꝛ ſemꝑ
minores ſiue ſimplices ĩtelligũt dũ
modo maiores recte credant et ſint
cõformes eccleſie alias bonus xp̃ia
nꝰ ⁊ ſimplex nõ credit i fide maioꝝ.

¶ Scd̃o arguitur cõtra candẽ
cõcluſionẽ q̃libet xp̃ianus vtens rõ-
ne ſiue fuerit ſimplex ſiue maior te
netur credere oẽs articulos explici-
te: igitur prima concluſio falſa: añs
probatur q̃libet xp̃ianꝰ vtens rõne
tenetur vitare errorẽ: ſed nequit vi
tare errorẽ niſi oẽs articulos credat
explicite ergo oĩbus articulis fidei
quilꝫ xp̃ianꝰ teneť explicite aſſenti-
re: minor probatur: nã ſi tali xp̃iano
proponatur aliq̃s articulꝰ inuſitatꝰ
neſciet an ſit verꝰ vł' falſus ⁊ iõ ſi au
diat oppm̃ illiꝰ articłi ab aliquo ꝑdi
catore aſſentiet illi: ⁊ ꝑ ꝯñs errabit:
igiť nõ teneť vitare errorẽ ꝯña ꝓbať
quia nõ eſt in poteſtate eiꝰ qui aſſen
tiat illi oppoſito articuli in vſitati.
Ad hoc rñdẽt tres famoſi doctores
.ſ. altiſiodorẽſis bonauẽtura ⁊ doc.
ſub. ꝙ talis xp̃ianꝰ nõ ďbet aſſẽtire
ſed debet idagare priuſq̃ aſſentiat
an ita vñis eccleſia credat: nã qui ci-
to credit leuis ẽ corde. Sed hec reſ-
põſio nõ videtur ſufficiens. Nã eſt
poſſibile ꝙ talis predicator ſit bo-
ne vite ⁊ talis reputatus apud oẽs
⁊ doctiſſimus inter oẽs talis patrie
tunc ſi vetula aſſentiat vel ſimplex
xp̃ianus oppoſito articuli inuſitati

predicato a tali famoſo doctore nõ videtur ꝙ male faciat. Nam alias nunꝗ teneretur aſſentire illis q̄ talis p̄dicator predicat ⁊ ſic talis ſimplex xp̄ian⁹ deberet eſſe dubi⁹ ſemꝑ in predicatione qđ videtur abſurdū ⁊ patet illud. Nā nõ videtur maiorē ꝙ ſit dubius circa vnū quā circa aliud: ⁊ per ꝯñs de oībus inuſitatis deberet dubitare ⁊ ex ꝯñti in caſum audiret predicationē. Propterea dicendū eſt ꝙ vbi predicator reputator bone vite ⁊ doct⁹ ſimplex põt aſſentire nec peccat ſic aſſētiēdo dūmodo non aſſentiat cum pertinatia immo eſt poſſibile ꝙ mereatur ⁊ ſit martir vt dictum eſt ſupius qꝛ talis error eſt inuincibilis: ⁊ iuxta hāc opinionem rñdetur ad formā argumenti negādo añs ⁊ ad probationē diſtinguitur maior vel intelligendo de quocūꝗ errore indifferenter ſiue cum ꝑtinatia ſiue ſine ꝑtinatia: ⁊ ſic negatur illa maior: vł intelligēdo đ errore cum pertinatia ſolū ⁊ ſic cõcedit illa ⁊ negat minor in tali ſenſu: nec ꝓbat: nam dato ꝙ talis ſimplex xp̄ian⁹ erret nõ tñ errat cū ꝑtinatia.

¶ Tertio arguitur cõtra ſcđaꝫ cõcluſiõem ⁊ tertiā nullis articulis ſimplices tenētur credere: igiť ambe cõcluſiones falſe: añs ptꝫ nullus tenetur ad id qđ nõ eſt in eius poteſtate: ſed credere expreſſe articulis fidei non eſt in poteſtate ſimplicis xp̄iani: ergo nullus ſimplex xp̄ian⁹ tenetur credere explicite aliquibus articulis: minor ꝓbatur anteꝗ credat neceſſariū eſt ꝙ audiat ab altero iuxta illud apoſtoli ad romanos io. quo mõ credēt in illū quē nõn audierunt: ⁊ hoc nõ eſt in ptāte ſimplicis xp̄iani: igitur nõ eſt in poteſtate ſimplicis xp̄iani credere articulos fidei. Ad hoc argumētū rñdetur negādo añs ⁊ ad ꝓbationē diſtinguiť maior vel ſecludēdo grām dei: ⁊ ſic negatur illa vel includēdo grāꝫ dei: ⁊ ſic cõcedit illa ⁊ negatur minor: ⁊ ad ꝓbationē dico ꝙ dñs de⁹ ſemꝑ eſt parat⁹ faciēti ꝙ in ſe eſt explicare articulos fidei ꝑ ſe vel ꝑ alium. ſ. hoīeꝫ vł angelū: ⁊ ideo ē in ptāte cuiuſcūꝗ cū grā dei audire articulos fidei ⁊ ipos credere. Contra iſtam ſolutionē arguiť articuli fidei excedūt rõnem naturalē ſaltē aliq̄: ergo nullus ſimplex xp̄ian⁹ teneť credere illos articulos q̄ excedūt rõnē naturalem: ꝯñia probatur ad ſaluteꝫ ⁊ perfectionem cuiuſꝫ rei ea ſufficere vidētur: q̄ cõueniūt ei ſcđꝫ ſuā naturā: ſed tales articli fidei excedūt rõnē naturalē hoīs: ergo nullus ꝑ hoc tenetur tales articulos credere. Ad hāc replicā rñdetur negādo ꝯñam: ⁊ ad ꝓbationē diſtinguiť maior vel ſi ſalus ⁊ ꝑfectio talis rei nõ dependeat ab alia ſupiori natura: ⁊ ſic cõceditur illa cū mi. ⁊ negatur ꝯñia vł ſi dependeat: ⁊ ſic negatur illa: mõ nature hūane ſal⁹ ⁊ ꝑfectio depēdet a dño deo. Cõtra iſtā ſolutioneꝫ argř nemo tenetur credere aliq̄b⁹ de q̄b⁹ nõ põt iudicare: ſed hõ nõ põt iudicare de his q̄ ſunt fidei cū excedunt ſuā naturalē rõnē: ergo nõ teneť tali b⁹ articulis credere. Ad hāc replicā rñdetur diſtinguēdo maiorē vel ex puris naturalib⁹ ⁊ ſic cõcediť illa cū minor ⁊ negatur ꝯñia vł cum lumie

ſupernaturali: ⁊ ſic negatur minoꝛ imo ſicut datū ē hoī lumē naturale ad iudicādū de ꝑncipijs naturalibꝰ iuxta illud pſalmiſte ſignatū eſt ſup nos lumen vultus tui dn̄e: ita datu3 eſt hoi a dn̄o deo lumen fidei ſuper naturale: ꝑ qđ pōt iudicare de his q̄ ſunt fidei ſine aliquo periculo.

¶ Poſtremo arguitur cōtra vltimā ꝯcluſionē maioꝛes eccleſie nō ſe obligarunt ad credenda plura ꝙ̄ ſimplices. ergo maioꝛes eccleſie nō tenent plura credere quā ſimplices aſſis probatur oēs xp̄iani tā ſimplices quā maioꝛes equaliter fuerunt obligati in baptiſmate ad credēdū articulos fidei: ǵ maioꝛes nō ſe obligarūt ad credēdū plra ꝙ̄ ſimplices Ad hoc argumentū rn̄detur negando aſſis: ⁊ ad probationē negat ꝯn̄a nā l3 i baptiſmate oēs xp̄iani ſint eq̄liter obligati. Nihilominus qn̄ acceptauerunt dignitates: officia vł ꝑlaturas aut gradus tunc ſe obligauerunt ad credendū plra explicite quā ſimplices xp̄iani: rō eſt: qꝛ rōne dignitatis pꝛelature officij: vel gradꝰ tenentur alios docere ⁊ paſcere verbo ⁊ exēplo: ideo plura tenentur credere explicite quā alij ⁊ hoc fuit figuratū in pꝛimo ca. Job vbi habet boues arabant ⁊ aſine paſcebantur iuxta illos que v̄ba exponit Gregorius. d. ꝙ per boues intelligunt paſtores ſiue ꝑlati eccleſie ⁊ doctoꝛes ⁊ per aſinas intelligūtur ſimplices xp̄iani qui debēt accipere paſturam a pꝛelatis eccleſie ⁊ paſtoꝛibus. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur ſequit ꝙ multi pꝛelati. ſ. epiſcopi ⁊ rectoꝛes ⁊ archidiocani eſſent in periculoſiſſimo ſtatu. ſ. in via perditionis ⁊ dānationis eterne: ꝯn̄s eſt falſum: igitur ſequela pt3 de multis qui nihil ſciunt in ſacra pagina falſitas cōſequentis pꝛobatur: tales pꝛelati nō tenentur oīa ſcire: ſ3 ſatis eſt aliqua ergo non ſunt in ſtatu dānationis ⁊ perditionis eterne. Ad hanc replicā rn̄detur concedendo ſequelā: ⁊ negando minoꝛē. ⁊ ad pꝛobationē negatur ꝯn̄a: rō eſt: qꝛ quil3 pꝛelatꝰ tenetur ſcire oīa illa que incunbunt ſue pꝛelature vt digne ⁊ laudabilit eā exerceat corā deo ⁊ hoībꝰ: alias ipe tendit ad tartaꝝ infallibilr. Nā ſi paſtoꝛ coꝛpoꝛalis ouium coꝛpoꝛa liu3 punietur eternaliter in inferno ſi non bene cuſtodiat oues bꝛutales per locū a ffirmioꝛi paſtoꝛ eccle eternaliter punietur ⁊ acerbius ſi nō paſcat ⁊ cuſtodiat oues ſp̄uales ſibi comiſſas. Contra iſtā ſolutionē pōt replicari inferendo: ꝙ papa non poterit diſpēſare cū puero vt habeat epiſcopatū vel beneficiū curatū: ſed ſolutio huius replice viſa eſt difuſe in ſolutione argumēti pꝛincipalis. 12. q̄ſtionis. 24. diſt. quarti ſn̄aꝝ. Solū volo addere vnū. ſ. ꝙ diuꝰ bernardꝰ rogatꝰ a Theobaldo comite vt haberet vnū benificiū pꝛo filio ipſius a quodā ep̄o rn̄dit in quadā epiſtola ꝙ ipſe diligebat deum ⁊ ꝙ comes: ideo diligebat diuū Bernar. pꝛopt dilectionē dei ⁊ ꝙ volebat filiū ſuū etiā diligere deū ⁊ ſi pꝛocuraret tale bn̄ficiū filio ipſiꝰ amitteret dilectionem dei ⁊ ex ꝯn̄ti amicitiā ipſius comitis: ne ergo ꝑderet dilectionē dei ⁊ amicitiā ipſiꝰ comitis nolebat pꝛo

curare beneficiū filio ipſi⁹ cōmitis malebat enim Bernardus ꝙ filius comitis eſſet in gratia dei ſine beneficio quā ī odio dei ⁊ amore diaboli cum pingui beneficio.

¶ Quarto queritur circa eādē diſtinctionem. An ſufficiat ſimplicibus ſiue minoribus credere explicite oēs ſimboli articulos. Pro huius.q.enodatione eſt aduertendum quod licet omnia credenda in ſacra pagina contineantur: tamen qꝛ ampliſſima ē: glorioſi apoſtoli ꝑ quos fides catholica vniuerſo orbi annūcianda ⁊ predicāda erat: priuſꝙ in omnem terram exiret ſonus eorum ⁊ ſepararentur abinuicem: quaſdā pͥcipales ⁊ catholicas veritates a fidelibus credendas ad quas reliꝗ facile reduci poſſent: ſimul coadunarunt vt ſic a fidelib⁹ facilius ⁊ caperentur: ⁊ memorie commendarentur. Hęc autem collectio ſimbolum apoſtolorum nominatur: vnde ſimbolum dicitur a ſin quod eſt ſimul: ⁊ bole quod eſt ſententia ſecundum alios morſellus vel particula: quia quilibet apoſtolorum appoſuit morſellum vnum ſiue particulam vnā ⁊ collectio talium partium ſiue ſententiarum dicitur ſimbolum: ⁊ ī hoc omnes doctores cōueniunt: ſcilicet quod primum ſimbolum conditum eſt a duodecim apoſtolis: ſed mirabiliter digladiantur quem articulū quis apoſtolorum appoſuit. Nam diuus Thomas ⁊ doctor Subtilis aſtruunt quod primos tres articulos: diuus Petrus in vnum complexus eſt: ſcilicet articulum de vnitate eſſentię diuinę: articulū de omnipotentia patris ⁊ articulum de opere creationis. Ideo quia Petr⁹ caput et vertex eſt apoſtolorum teſte Joanne chryſoſtomo poſuit articulos concernentes patrem qui eſt fons totius Trinitatis Johannes euangeliſta appoſuit articulum de perſona filij. Jacobus autem zebedei: qui vocatur maior appoſuit articulos de conceptione ⁊ natiuitate temporali filij. Andreas vero appoſuit articulum paſſionis. Philippus autem articulum deſcenſionis ad inferos. Thomas autem articulum reſurrectionis. Bartholomeus articulum aſcenſionis ad celos. Mattheus vero articulum de aduentu ſaluatoris ad iudiciū. Jacobus minor poſuit articulum concernentem perſonam ſpiritusſancti Simon autem appoſuit articulum de ſanctitate matris noſtre eccleſie. Thadeus appoſuit articulū de cōmunione fidelium. Matthias verō articulum de vita ęterna ſiue beatitudine. Sed diu⁹ Bonauentura bene concedit diuum Petrum poſuiſſe primos tres articulos concernentes perſonam patris ſed aſſerit. Andream appoſuiſſe ⁊ in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum dominum noſtrum: et Joannem appoſuiſſe. Qui conceptus eſt de ſpiritusſancto ex Maria virgine. Jacobum autem maiorem appoſuiſſe Paſſus ſub pontio Pylato: crucifixus: mortuus et ſepultus. Thomam autem Deſcenſum ad inferos et reſurrectionem tertia die a mortuis. Jacobum minorem appoſuiſſe aſcen-

dit ad cœlos ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Philippum autē inde venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos. Bartholomeũ credo in ſpiritum ſanctũ. Mattheum ſanctã eccleſiã catholicã. Simonez ſanctoꝝ cõmunionē remiſſionē peccatoꝝ. Thadeũ carnis reſurrectionem. Matthiã vero perfeciſſe addendo vitã ęternam: ſed quę iſtaruz opinionũ ſit verior neſcitur: q2 prefati doctores: neqꝫ autoritatez neqꝫ rationē adducunt: ſed pro libito loquũtur: ⁊ ideo quilibet poteſt aliter dicere: ⁊ parui aut nihil refert ſcire quis apoſtolus quē articulũ appoſuerit: quoniã vnus eſt ſpiritusſanctus qui fidē apoſtolis reuelauit: et hoc eſt certũ ꝙ ꝑ oēs apoſtolos ſpiritusſanctus tanꝙ autor principalis ſimbolũ edidit: ⁊ hoc fuit figuratuz Joſue.4.cap. vbi habetur ꝙ duodecim viri tulerunt de medio Jordanis alueo duodecim lapides: vt filij iſrael intrarent terrã promiſſionis: per duodecim enim viros ſignificãtur.12.apoſtol.per.12.lapides ſignificantur.12.articuli quos de medio Jordanis alueo.i.de medio ſacrę paginę tulerũt: vt chriſtiani qui ſunt vere filij Jſrael per eos intrent terram promiſſionis.i.vitaz ęternam. Huic autē ſimbolo apoſtolorũ addita ſunt duo alia.ſ.ſimbolũ concilij Niceni: ⁊ ſimbolũ Athanaſij ad maiorē fidei explanationē ⁊ hereſuz extirpationē. Nã ſimbolũ Nicenuz ęditũ eſt cõtra Manicheũ hereſiarcham qui poſuit duo principia vnũ bonorum ⁊ aliud malorum: ideo dicitur Credo in vnum deum: factorē celi ⁊ terre. Viſibilium omniũ ⁊ inuiſibilium. Et cõtra errorem Arrij: ideo dicitur ⁊ in vnum dominum ieſum Chriſtum filium dei vnigenitũ Et ex patre natum ante omnia ſecula. Deum de deo lumen de lumie deum verum de deo vero. Genitum non factum conſubſtantialem patri per quem omnia facta ſunt. Jtem contra errorem Eutbicetī ⁊ Neſtorij qui dixerunt ſpiritum ſanctuz eſſe ſeruum patris ⁊ filij. ideo additur. Et in ſpiritum ſanctuz dominũ viuificantē. Qui ex patre filioqꝫ procedit. Qui cũ patre ⁊ filio ſimꝰl adoratur ⁊ conglorificatur: additur etiã Qui loquutus eſt per ꝓphetas: propter aliquos hereticos qui dixerunt ꝓphetas fuiſſe phanaticos ſiue ſurreptitios: ſimboluz vero Athanaſij principaliter eſt ęditũ contra errorem Arrianorum ⁊ Hebionitarum tenentium Chriſtum fuiſſe puram creaturam: ſed quia ſimbolum apoſtolorum conditum eſt fide nonduz publicata: ſed publicanda: ideo dicitur ſecrete in prima ⁊ completorio. Alia vero duo ſimbola aperte ⁊ publice cantantur in miſſa ⁊ prima: q2 ędita fuere fide: iam promulgata.

Secundo notandum eſt quod aliqua pertinent ad fidem de per ſe: ⁊ aliqua de per accidens. Jlla dicuntur de per ſe pertinere ad fidē: quorum viſione in vita ęterna perfruemur: vel per quę ducemur ad vitam ęternam: illa vero dicuntur pertinere de per accidens: quę reducuntur ad ꝑtinentia de per ſe ad fidez: duo eñ nobiſ ꝓponũt videda.ſ.archanũ diuinitatis: cuiꝰ viſio nos btõs efficit

⁊ miſteriū hūanitatis xp̄i per quod
in gloriā filioꝝ dei acceſſuz habem⁹
vt inquit Apoſtol. ad Roma. 5. Et
ſaluator noſter Joannis. 17. inquit
hęc eſt vita ęterna vt cognoſcant te
deū veꝝ: ⁊ quē miſiſti ieſum xp̄um.
idcirco prima diſtinctio credibiliū ē
ꝙ quędā pertinent ad maieſtatē di-
uinitatis quędā vero ad miſterium
humanitatis Chriſti quod eſt pieta
tis ſacramentū vt habetur ad Thi
motheū primę. 4. cap. Et doctores
theologi vltra iſtā diſtin. adhuc bif-
fariā diſtingunt articulos fidei vno
modo ex parte autoꝝ ipſos coadu-
nantiuz: ⁊ ſic ſunt. 12. articuli: q2. 12.
pręciſe fuere apoſtoli qui ſimbolnm
ędidere. Alio mō diſtingunt ex par-
te creditoꝝ: ⁊ ſic aliqui ponunt. 14.
ſeptē ex parte diuinitatis Chriſti: ⁊
hoc figuratur in primo cap. Apoca.
vbi Joan. ait. ꝙ vidit ſeptē candela
bra ⁊ in medio ſeptez candelabroꝝ
ſimilē filio homīs: ⁊ ille habebat ad
dexteram ſeptē ſtellas: per ſeptem
nāq3 ſtellas luminoſas quę ſunt de
natura cœleſti intelliguntur ſeptem
articuli ſpectantes ad diuinitatem.
per ſeptē candelabra aurea quę ſūt
de terrena materia: verumtamē op
tima ⁊ depurata intelligunt̄ ſeptem
articuli reſpicientes humanitatem
xp̄i. Et ideo dicit ꝙ in medio eoꝝ vi
dit ſimilē filio homīs. Alij vero do-
ctores ſolum ponunt ſex ex parte di
uinitatis: ⁊ ſex ex parte humanitat̄
ſed non curandū eſt de iſtis. Nā nul
la eſt vtilitas. immo mere ad placi-
tū eſt ponere plures aut pauciores.
Iſtis nōtatis ponuntur due conclu-
ſiones reſponſiue ad. q. Quarū pri
ma eſt hęc. in ſimbolo apoſtolorum
articuli fidei ſufficientur explicant̄.
Iſta concluſio probatur: q2 apoſtoli
ſpiritu ſancto repleti tale ſimbolum
edidere: ergo ſufficienter in ipſo ar-
ticuli fidei explicantur. Secunda cō
cluſio eſt iſta nōn ſufficit minoribus
ſiue ſimplicibus: credere explicite
ōmnes articulos qui ponunt̄ in ſim
bolo apoſtolorum. iſta cōcluſio pro-
batur. Neceſſarium eſt ſimplices ⁊
minores credere explicite ſacramē-
tum euchariſtie. Similiter ſacramē
tum baptiſmatis: ſimiliter adulte-
rium eſſe peccatum mortale: ⁊ ſic
de ſimilibus: ⁊ iſta non ponuntur ex
plicite in ſimbolo apoſtoloruz: ergo
concluſio vera.

¶ Contra primam concluſio-
nez arguitur male ponitur in ſimbo
lo apoſtolorum. Credo in vnū deuz
ergo prima concluſio falſa: aſñs pro
batur illa quę poſſunt ſciri ratiōe de
monſtratiua non pertinent ad fidez
ſed ad ſcientiam: ſed iſta duo. ſ. deū
eſſe: ⁊ deum eſſe vnum poſſunt ſciri
demonſtratiue: ergo non debent po
ni in ſimbolo apoſtolōrū minor pro
batur. philoſophus noſter in. 12. me
taphiſices. ⁊ in. 8. philicorū demon
ſtrauit vnum deum eſſe: ⁊ multi alij
philoſophi idem demonſtrauerunt
ergo de talibus poteſt haberi ſcien-
tia. ⁊ ꝑ ꝯñs non eſt habenda fides.
Ad hoc argumētū r̄ndetur negādo
aſñs ⁊ ad ꝓbationē diſtinguit̄ ma. vl̄
ꝓcedendo de fide acq̄ſita ⁊ reſpectu
illoꝝ q̄ h̄nt demōſtrationes: ⁊ ſic cō
cedit̄ illa ⁊ negat̄ ꝯña: rō eſt: q2 pau
ci ſunt tales in cōparatione aliorum

Laicōrū qui nō poſſunt ſcire tales demōſtrationes: vel procedēdo de fide infuſa ⁊ ſic negatur illa maior.

¶ Scdo arguitur ſic cōtra eandem cōcluſionem. In ſymbolo apoſtolorū nō ponitur aliquid de omni ſcientia vel ꝓuidētia dei erga creaturas ⁊ neceſſariū eſt credere deū eſſe omni ſcientem ⁊ habere curam creaturarū ⁊ ipſis prouidere igit̄ ſymbolū apoſtoloꝝ nō eſt ſufficiēs: ꝯña tenet qꝛ nō minus eſt neceſſariū credere deū eſſe oīſcium ꝙ oīpotentē: ergo ſicut poſit⁹ eſt articulus de oīpotentia debuit poni vnus articul⁹ de omni ſciētia: ꝯña tenet maxime qꝛ aliqui phī pręcipui dixere deum nihil aliud intelligere a ſe. Nā cōmentator au erroris hoc tenet expreſſe ⁊ philoſophus videtur ſentire. Ad hoc argumētū rñdetur negādo ꝯñam ⁊ ad probationē negatur iterū ꝯña ⁊ ad probationē concedo ꝙ pręcipui phī ita tenuerūt: nihilomin⁹ in articulo oīpotētię includit̄ articulus omnis ſciētię. Nā certum eſt ꝙ non poteſt eſſe oīpotens: niſi omnia ſciat.

¶ Tertio arguitur ſic nō debebat poni niſi vnus articulus in ſymbolo pro tribus perſonis in diuinis ergo male aſſignantur in ſymbolo plures: añs probatur vnica eſt notitia patris ⁊ filij ⁊ ſpūs ſancti ergo vn⁹ articulus eſt ponend⁹ pro ipſis tribus perſonis añs patet expreſſa autoritate ſaluatoris dicentis philippo Ioā. 14. philippe qui videt me videt ⁊ patrē Ad hoc argumentum rñdetur negādo añs ⁊ ad probationē negatur ꝯña: rō eſt: qꝛ tres perſone in diuinis habēt varias notitias ſiue proprietates circa quam cōtingit errare. Immo multi errauerūt. Cōtra iſtā ſolutionē arguit̄ ſeqretur ꝙ circa perſonā patris deberēt poni multi articuli in ſymbolo ſed non ponūtur ergo ſolutio nulla ſeqla probatur. tot habet notiones ſiue proprietates perſona patris ſicut perſona filij ⁊ perſona ſpūs ſcti ergo ſicut ponunt̄ multi articuli circa perſonas filij ⁊ ſpūs ſancti: ita debent poni multi articuli circa perſonam patris. Ad hanc replicā rñdet̄ negādo ſequelā ⁊ ad probationem negatur ꝯña ⁊ rō eſt: qꝛ multę hęreſes inſurrexerūt circa perſonas filij ⁊ ſpūs ſancti ⁊ nō circa perſonā patris. Immo rare aut nulle inſurrexerunt circa perſonā patris. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur ſeqretur ad minus ꝙ aliquis articul⁹ debuiſſet poni circa diuinitatē filij ſed nullus ponitur in ſymbolo apoſtolorū igit̄ ſolutio nulla: ſeqla probatur multę hęreſes inſurrexerūt circa diuinitatem filij ergo aliquis articulus erat ponēdus circa diuinitatem filij. Ad hanc replicā rñdetur ꝙ iam ponitur in ſymbolo apoſtol. vnicū dominū noſtrū. Sed hoc pōt calūniari dicēdo ꝙ eſt vnicus dñs poſt patrē ⁊ li filiū ibi ſolū capitur pro filio adoptiuo ⁊ nō nalī: immo actualr̄ male dicti iudei: ita dicunt de ſuo meſſia quē ſperāt: ꝙ erit fili⁹ dei adoptiu⁹ ⁊ dñs vnicus totis mūdi: propterea dicēdum eſt ꝙ ſpūs ſanctus ſciebat aliud ſymbolū: imo duo fore ędēda circa diuinitatē filij. Ideo apoſtoli:

qui regebantur a ſpiritu ſancto nõ expreſſerũt tantum diuinitatẽ filij ſicut patris.

¶ Quarto arguiẽ ſic multi ſũt articuli credẽdi explicite a fidelib⁹ q̃ nõ ponunẽ i ſymbolo apoſto. ergo ille igiẽ pma cõcluſio falſa: añs pbatur articulus circa ſacramẽtum euchariſtię ꝛ articulus circa ſacramentũ baptiſmatis ꝛ articul⁹ circa ſacramẽtum confirmationis non ponũtur ꝛ ſunt neceſſarij ad ſalutẽ: ſimilr ẽ neceſſariũ credere explicite adulteriũ eſſe peccatũ mortale: ſimilr furtum ꝛ ſic de alijs ergo ſymbolũ apoſtol. eſt inſufficiens. Ad hoc argumẽtuꝫ rñdetur ꝙ illi articuli licet non ponãtur explicite in ſymbolo apoſtol. ponũtur tñ implicite ꝛ aliqui doctores reducũt articulũ ſacramẽti euchariſtię ad articulũ oĩpotentię: alij vero reducũt ad articulũ paſſionis xpi: qui dixit inſtituẽdo pręfatum ſacramẽtũ hoc facite in meã cõmemorationem. Nã ſacramentũ euchariſtię memoria eſt paſſiõis xpi. Et diuus bonauẽtura reducit ad illũ articulum. ſ. ſanctorum cõmunionem ꝛ etiam in ſymbolo Niceno addiẽ cõfiteor vnũ baptiſma. Cõtra iſtã ſolutionem arguiẽ ſacra pagina eſt regula fidei: cui nec addere: nec ſubſtrahere licet ergo illicitũ eſt ſymbolum cõſtituere añs patet deuteronomi. 4. cap. habeẽ nõ addetis ad verbũ qđ loquor vobis: neq; auferetis ab eo. Ad hanc replicã rñdetur negãdo ꝯñam: rõ eſt qꝛ cõſtituẽdo ſymbolũ nihil additur neq; ſubſtrahitur ſacrę paginę. Sed explicãtur aliqua: quę implicite continentur.

¶ Quinto arguitur ſic in ſymbolo apoſtoloꝝ ponitur credo i deũ ꝛ non ſic debet poni talis articulus igitur prima concluſio falſa. minor probatur profeſſio fidei: quę in ſymbolo cõtinetur pertinet ad oẽs fideles: ſed nõ oĩbus fidelibus cõuenit credere in deũ ſed ſolũ illis: qui habent fidẽ formatã ergo nõ bene ponitur talis articulus. Pro huius argumenti ſolutione eſt aduertẽdum ꝙ Aurel. aug. ſup quartũ ca. ioãnis ponit differentiã inter iſtas loquutiones. ſ. credo deo: credo deũ: ꝛ credo in deũ. credere deo eſt credere dictis eius ꝛ iſto mõ credimus dictis alicui⁹ viri: quẽ opinamur eſſe veracem ꝛ iſto mõ demones etiã credũt deo credere deũ ẽ. credere deũ eſſe ꝛ iſto mõ credim⁹ de⁹ ẽ papã ĩperatorem regẽ frãtię ꝛ ſic de alijs. Silr dẽmones iſto modo credunt deum: credere in deũ eſt credẽdo in ipm tẽdere per amoreꝫ ꝛ iſto mõ demões non credũt in deũ. Nã non diligunt deum ſed oderũt ſimilr mali xpiani non credunt in deum. Iſto notato rñdetur a doctorib⁹ coĩter ꝙ ſymbolum apoſtoloꝝ dicitur in perſona eccleſię ꝛ ſemp ſunt ꝛ erunt in eccleſia qui diligent deũ ꝛ ex ꝯñti credẽt in deuꝫ: ſed hęc ſolutio nõ ſatiſfacit argumẽto. Nã certũ eſt ꝙ multi xpiani dicũt ſymboluꝫ apoſtoloꝝ in pſõna propria: imo quilibet xpianus tenetur interdũ dicere in pſona ppria Propterea aliter rñdetur ꝙ q̃uis nõ oĩbus xpianis cõueniat credere in deum: oẽs tamen xpiani tenẽtur

credere ī deū ſub pena peccati mor-
talis quolꝫ die dñico ꝛ quolibet die
feſto: ꝛ ſi mali xpiani dicāt credo in
deū ꝛ intelligunt quid dicūt: ipſi mē-
tiuntur nec hoc debet reputari incō-
ueniens. Nā itidē eſt cōcedendū de
oratione dñica vt egregie ꝓbat Au-
rel. auguſt. Naꝫ mali xpiani qui ſer-
uant odia ꝛ rancores in cordib⁹ ſuis
toties mentiuntur ſcđm Augu. quo-
ties dicunt orationē dñicā. ¶ Contra
iſtam ſolutionē arguitur ſequeretur
ꝙ nō deberemus dicere. Credo in
ſanctā eccleſiā: ꝯñs eſt contra cōſue-
tudinē aliquoꝝ xpianoꝝ: ergo ſolu-
tio nulla: ſequela probatur nō debe-
mus tendere tanquā in finē vltimū
in eccleſiā per amorē: ergo nō debe-
mus credere in ſanctā eccleſiaꝫ. Ad
hanc replicā rñdetur concedendo ſe-
quelā: vnde ſolū layci ꝛ ignorantes
clerici dicunt. Credo in ſanctā eccle-
ſiam. Nā viri docti nō taliter dicūt
ſꝫ bñ dicunt credo ſanctā eccleſiā.

¶ Sexto arguitur ſic in ſimbo-
lo Niceno nōn ponitur deſcenſ⁹ ad
inferos: ergo inſufficienter fuit con-
ditum. Ad hoc argumentū rñdetur
negando ꝯñam: ꝛ rō eſt: qꝛ ille arti-
culus iam fuit poſitus in primo ſim-
bolo: ꝛ non pullularunt hereſes con-
tra illū articulum ꝛ valde explicite
ponitur in primo ſimbolo. ideo ſan-
cti patres non curauerunt ponere il-
lud in ſimbolo Niceno. ¶ Contra iſtā
ſolutionē arguitur: ſolū ē vna fides
vt inquit apoſtol. ad ephe. 5. cap. er-
go ſolū debet eſſe vnū ſimbolū. Ad
hanc replicā rñdetur negando ꝯñaꝫ
¶ Contra iſtā ſalutionē replicatur fi-
des ſufficienter fuit tradita per pri-
mum ſimbolū: ergo ſuperuacaneuꝫ
fuit alia duo ſimbola ꝯdere. Ad hāc
replicā rñdetur negando ꝯñaꝫ: ꝛ rō
eſt: qꝛ ſicut pullulāt hereſes: ita opꝫ
noua ſimbola condere. Inde eſt ꝙ
nos dñi latini contra grecos adiun-
ximus ſimbolo Niceno qui ex patre
filioqꝫ procedit ad eliminandā here-
ſim grecoꝝ aſtruētiū ſpiritū ſanctū
nō ꝓcedere a filio: ꝛ ita ꝓñter oporte-
bit facere qñ inſurgēt hereſes: quas
ſcđm Paulū neceſſe eſt inſurgere
propter malitiā hoim.

¶ Poſtremo arguitur ſic diu⁹
Paulus; ꝛ diuus Barnabas nullū
articulū appoſuerunt ſimbolo apo-
ſtol. ergo illud ſimbolum eſt inſuffi-
ciens: ꝯña probatur. Paul⁹ ꝛ Bar-
nabas fuerūt vocati: ergo male edi-
tum eſt primū ſimbolū. Ad hoc ar-
gumentū rñdetur negando ꝯñam:
ꝛ ad probationē dicitur ꝙ nondum
erant vocati Paulus ꝛ Barnabas
ad apoſtolatū qñ conditū fuit illud
ſimbolū: ideo non debuerunt voca-
ri ꝛ maxime: qꝛ non erant de nume-
ro duodecim.

¶ Quinto queritur circa eandē
diſtin. ad quē ſpectat ęditio ſimboli
fidei catholice ꝛ determiare ea: quę
fidei ſunt. Pro huius. q. enodatiōe
eſt aduertendū ꝙ mirabilis eſt con-
trouerſia inter doctores catholicos
circa iſtā difficultatem veluti de ſu-
perioritate Papę ſupra concilium.
Nam Ioan. de Gerſono ꝛ Galli do-
ctores ꝛ multi alemanoꝝ tenent ꝙ
ad vlē cōciliū pertinet ꝯdere ſimbo-
lum ꝛ determinare ea quę fidei ca-

tholice ſunt ⁊ non ad papam. Mo‑
tiua ⁊ rõnes ipſoꝝ:quibus mouenť
ad tñr opinãdũ adducenť ꝯtra ꝯclu
ſiones quas ponemus ⁊ ſoluemus.

¶ Cõtra iſtam opinionẽ argui
tur ſic in omni republica bene ordi‑
nata dandus eſt vnus princeps qui
poſſit ſua autoritate facere ea oĩa:
ſine quibus ſalus reipub. ſtare neqͣt
ſed reſpub. xpiana eſt optime ordi‑
nata:qꝛ a ſaluatore noſtro qui eſt in
petrus occidit Ananiam ⁊ zaphiraꝫ vxorem eius pro defraudatiōe precij ergo a fortiori licet occidere pro defraudatione fidei catholicę. pariforma legitur in quarto libro eccleſiaſticę hiſtorię ꝙ diuꝰ Joānes euāgeliſta cuꝫ reperiſſet in balneis cherinthum hęreticum exilijt: ⁊ dixit ſocijs ſuis fugiamꝰ hinc: ne balneę corruant: in quibus eſt cherinthus inimicus veritatis: ſimiliter habetur actuum.19.cap. ꝙ combuſti ſunt libri valētes quinquaginta millia denariorum: ne boni chriſtiani inficerentur per tales libros: ergo a fortiori hęretici ſunt comburendi: qui multo facilius poſſunt inficere bonos chriſtianos: quā libri. pariforma chriſtianiſſimꝰ conſtātinus magnus exilio dānauit Arrium ⁊ eius ſectatores: pari iure Magnus theodoſius elimiauit omnes hęreticos ratione etiam probatur. Nam ſi fures ſunt occidendi ſolum: quia perturbant rempublicā a fortiori hęretici: qui magis perturbāt rempublicam ſunt occidendi ⁊ comburendi. Contra iſtā ſolutionē arguitur nos debemus conformare voluntatem noſtraꝫ volūtati diuinę: ſed dominꝰ deus non vult mortem peccatoris vt habetur Ezechielis.18.cap. ergo nos nō debemus velle mortem hęreticorum. Ad hoc argumentū reſpōdet Aureliꝰ auguſt. ſup Joannē dicēs nos catholici xp̄iani nolumꝰ aliquē perire: ſed nō pōt habere paceꝫ domꝰ dauid niſi Abſalon filius eiꝰ in bello quo rebellauit cōtra patrem ſit extinctus. Cōtra iſtaꝫ ſolutioneꝫ arguitur autoritate eiuſdem Auguſtini dicētis cetera pōt homo nolens: credere autē non: niſi volēs ergo nullo modo ſunt cōpellēdi hęretici. Ad hāc replicā reſpōdetur ꝙ ſicut vouere eſt voluntatis reddere aūt neceſſitatis: ita etiā credere eſt volūtatis: ſed ſeruare fidem ſemel receptā eſt neceſſitatis.

¶ Tertio arguit ſic Matthei.13. ſaluator noſter prohibet erradicare zizania ⁊ diuus Chryſoſtomꝰ ſuper iſta verba dicit ꝙ nō oportet interficere hęreticos: ergo hęretici non ſunt cōpellendi. Ad hoc argumentū reſpondet ꝙ ſaluator noſter nō prohibet ſimpliciter: ſed quādo eſt periculū: ne erradicetur triticuꝫ ⁊ hoc expreſſe ſubiungit ſaluator in cap. allegato pariforma chryſoſtomus ſubiūgit: ꝙ ſi oēs hęretici occiderētur: neceſſariū eſſet multos ſanctos occidi cum illis. Cōtra iſtaꝫ ſolutionem arguitur Hieremię.3.ca. ex perſona dei dicitur ſynagogę tu fornicata es cum amatoribus multis tamē reuertere ad me dicit dn̄s ⁊c. ergo hęretici ſemp̄ ſunt recipiendi a catholicis. Ad hanc replicā reſpōdetur negando ꝯñam ⁊ ratio eſt: quia dn̄s deus intuet corda hoim ⁊ cognoſcit quādo tales hęretici vere cōuertūtur: idcirco ſemp̄ recipit eos ſi vere cōuertātur eccleſia tn̄ nō pōt hoc cognoſcere: qꝛ ſolū iudicat de exterioribꝰ: idcirco ſi hęreticus iteruꝫ relabat bn̄ recipit ipꝫ quātū ad abſolutionē: nihilominꝰ tradit eū iudici ſeculari: qꝛ p̄ſumit eū nō vere conuerſū. Cōtra iſtā ſolutionē replicat ſaluator nr̄ r̄ndēs petro Matth.18.

dicit. Nõ dico tibi ſepties: ſꝫ ſeptua
geſies ſepties: ergo toties quoties
hereticus reuertitur eſt recipiẽdus.
Ad hanc replicã rñdet diuus Hiero
nymus ꝙ ſaluator loquitur de pec-
cato ꝯmiſſo in propria perſona ⁊ nõ
de alijs peccatis: poteſt tñ aliter di
ci ꝙ autoritas intelligitur in foro in
teriori. ſ. quõ ad abſolutionẽ ſacra
mentalẽ.

¶ Quarto argr̃ ſic auctoritate
apoſtoli. 2. ad timo. 2. cap. dicentis.
Seruũ dei oportet manſuetũ eẽ cũ
modeſtia corripientẽ eos qui reſi-
ſtunt veritati. neqñ det illis deꝰ pe
nitentiã ad cognoſcendã veritatẽ: ⁊
reſipiſcant a laqueis diaboli: ſed ſi
heretici cõburantur auferẽ eis facul
tas pœnitendi: ergo non ſunt cõbu-
rendi. Ad hoc argumentũ rñdetur
ꝙ apoſtol loquitur ibi de prima cor-
rectione ⁊ non de alijs. Nã ipſemet
ad titũ. 3. cap. inquit hoiem poſt pri
mam ⁊ ſcđam correctionẽ deuita.
Contra iſtã ſolutionẽ arguitur illud
quod eſt neceſſariũ non eſt auferen
dũ. ſed hereſes ſũt neceſſarie iuxta
illud apoſtoli. 11. cap. prime ad cor.
Oportet hereſes eſſe vt ⁊ qui proba
ti ſunt manifeſti fiant in vobis: ergo
heretici non ſunt auferendi ab eccle
ſia. Ad hanc replicã rñdetur diſtin-
guendo maiorẽ vel intelligendo de
neceſſario ſimpliciter ⁊ ſic concediẽ
illa ⁊ negatur minor. nec ita capit di
uus Paulus vel intelligendo de ne
ceſſario ex ſuppoſitiõe: ⁊ ſic negatur
illa. mõ hereſes non ſunt neceſſarie
ſimplr̃ ſed ſuppoſita malitia hoim
neceſſariũ ẽ hereſes ⁊ ſcãdala oriri.

¶ Decimo queriẽ circa eandẽ
diſt. an infideles pñt dñari fidelibꝰ.
Pro hꝰ. q. ſolutione eſt notandũ ꝙ
bifariã poſſumꝰ loq̃ de dñio vno mõ
de dñio de nouo iſtituẽdo. Alio mõ
de dñio iã preexiſtente. Iſto notato
rñdetur ad. q. per duas ꝯcluſiones.
quaꝝ prima eſt iſta. Eccleſia nõ dꝫ
ꝑmittere ꝙ de nouo iſtituatur aliqđ
dñium infideliũ ſuper fideles. Iſta
ꝯcluſio probatur eccleſia teneẽ vita-
re ſcandala que põt impedire ⁊ peri
cula: ſed ſi permitteret tale dñiũ ſe
queretur magnũ ſcandalũ ⁊ magnũ
periculũ xp̃ianoꝝ: ergo eccleſia non
debet ꝑmittere tale dñiũ infideliũ
de nouo inſtitui ſuper fideles ꝙ ſeq̃
retur ſcandalũ ptꝫ: qꝛ infideles co-
gnoſcerent defectus ⁊ vitia fideliũ:
⁊ ſic ſcandalizarentur ⁊ retraherenẽ
a ſuſceptione fidei catholice: immo
ipſam vilipenderent. Qđ ſeq̃reẽ pe
riculũ ptꝫ: qꝛ mlti mali xp̃iani vt ha
berẽt grãm taliũ dñoꝝ infideliũ re-
linquerẽt fidẽ catholicã ⁊ amplecte-
rentur ritus infideliũ ſicut factũ eſt
tẽpore Iuliani apoſtate. pꝫ etiã hec
ꝯcluſio autoritate Pauli prime ad
corin. 6. dicentis. Audet aliq̇s vr̃m
habens negociũ aduerſꝰ alteꝝ iudi
cari apđ iniquos infideles ⁊ nõ apđ
ſanctos. Scđa ꝯcluſio eſt iſta eccl̃ia
ꝑmittit dñiũ pre exiſtens infideliũ
ſuꝑ fideles quãuis poſſet auferre et
transferre tale dñium in viros fide-
les ⁊ catholicos. iſta ꝯcluſio ptꝫ quo
ad ṗmã partẽ: qꝛ ita factũ ẽ tp̃e apo
ſtoloꝝ ⁊ multoꝝ martyꝝ. Scđa ps
patet: qꝛ iã in aliquibꝰ ita facit. Nã
ſi ſeruus alicuiꝰ iudei efficiaẽ xp̃ia-
nꝰ: ipſo facto eſt liber ⁊ ſi nõ faciat

in omnibus: hoc eſt ad vitandũ ſcã- dalũ: aut propter aliã rõnabilẽ cau- ſam. Cõtra iſtas ↄcluſiões argr̃ au toritate apo. p̃me ad tim.6.c. dicẽtis quicũq; ſunt ſubiugo ſerui dños ſuos oĩ honõre dignos arbitrent̃ ⁊ diuus Petrus in.2.ca. p̃me canonice inqt. ſerui ſubditi ſtote ſupioribus vris nõ ſolũ bonis: ſed ⁊ diſcolis. ergo lꝫ ha bere dños infideles: ⁊ per ↄñs lꝫ de nouo inſtituere eos. inſup multi bo ni xp̃iani ſubdebant̃ Neroni ⁊ aliis imperatoribus. infidelibus. Pari for ma diuus Joſeph fuit ſubditus pha- raoni regi Egipti. ergo de nouo lꝫ inſtituere dños infideles. Ad hoc ar gumentũ rñdetur ꝙ ille autoritates aplorum intelligunt̃ de dñis ĩfidelibus. qui iã erant inſtituti: ⁊ non de illis q̃ ſunt inſtituendi de nouo. Eodẽ mõ rñdetur ad rõneꝫ adductã de bonis xp̃ianis ⁊ de ſancto Joſeph.

¶ Scdo argr̃ ſic ſeqretur ſi nõ liceret de nouo inſtituere dñm infi- delẽ ſuper fideles ꝙ nõ liceret cõica re cũ infidelibus. ↄñs eſt falſuꝫ: ergo ↄcluſiones nulle: ſequela probatur imminet periculũ xp̃ianis ſi cõmu- nicẽt cũ infidelibus. ne conuertantur ad ipſorum ritus: ergo nõ licet fidelibus cõmunicare cũ infidelibus probat̃ in- ſup autoritate dñi dei dicentis. Deu teronomii.7.ca. Non inibis fœdus cũ eis: nec miſereberis eorum: neq; ſo ciabis cũ eis cõnubia: ergo nõ lꝫ cõ- municare cũ ĩfidelibus. iã probat̃ fal ſitas ↄñtis autoritate apoſt.1.ad co rin.10.ca. dicentis. Si qs vocat vos infideliũ ad cenã. ⁊ vultis ire: oẽ qđ vobis apponit̃ manducate. ptꝫ etiã autoritate diui Joã. chriſoſtomi ſu per epl'am ad hebreos: ⁊ habetur in cap. ad menſam.11.q.3. dicẽtis. Ad menſam paganorum ſi volueris ire ſi ne vlla ꝓhibitione permittimus pro- batur etiã ratione licitũ eſt fidelẽ ha bere in ſeruũ infidelẽ ſiue iudeũ: ſi- ue ſarracenũ: ſiue paganũ. ſed non põt fidelis vti ſeruo: niſi ei cõicãdo ſaltẽ verbo: qr dñs mouet ſeruũ per imperiũ: ergo lꝫ cõicare cũ infideli. Ad hoc argumentũ rñdetur diſtin- guendo ſequelã vel intelligendo de fidelibus. qui ſunt firmi ĩ fide catholi ca: ⁊ ſic negatur illa: ⁊ ad ꝓbationeꝫ nego ꝙ immineat periculũ. immo ẽ apparentia magna ꝙ tales boni et firmi xp̃iani ↄuertent alios potius: q̃ ab eis ſubuertantur. Ad aliã pro bationẽ dico ꝙ illa autoritas ſiue ꝓ- hibitio facta eſt iudeis qui erant debi- biles in fide ⁊ proni ad idolatriã: ſi vero intelligatur ſequela de illis fi- delibus qui ſunt debiles ⁊ leues cõce ditur illa ⁊ negatur minor. ⁊ ad pro bationẽ dico ꝙ ille autoritates due ſolũ intelliguntur de fidelibus firmis in fide ⁊ nõ de aliis. Ad aliã proba- tionẽ proportionabilr̃ rñdetur ꝙ nõ eſt licitũ fidelẽ debilẽ in fide habere ſeruũ ĩfidelẽ qui poſſit eũ ſubuerte- re: ſed ſolũ licituꝫ eſt fideli firmo in fide. Contra iſtã ſolutionẽ argr̃ non licet cõmunicare cũ hereticis: ergo non licet cõmunicare cũ iudeis ſar- racenis vel paganis. ↄña tenet: qr non videtur potior rõ de vnis q̃ de aliis. Ad hanc replicã rñdetur negã do ↄñam ⁊ ad probationẽ negat̃ ꝙ non ſit potior rõ. ⁊c. immo ẽ magnũ diſcrimen: qr heretici ſunt excõicati

⁊ ſi xpianus participat cũ eis extra caſus ꝯceſſos a iure efficitur excõicatꝰ. ſed iudei: ſarraceni: ⁊ pagani nõ ſunt excõicati. Rñm: ergo ſi licitũ ſit cõicare cũ eis: ⁊ eccleſia nõ excõicat infideles ideo: q2 Paulus pᵐe ad cori.15. inqt nihil ad me de hijs qui foris ſunt.

¶ Undecimo queritur circa eã dem diſtin. Utrũ ritꝰ infideliũ ſint tolerãdi in terris xpianoꝝ. Pro hu ius.q. ſolutione eſt notandũ ꝙ humanũ regimẽ deriuatur a diuino regimine ⁊ ipſuȝ debet imitari. vnde dñs deus quãuis ſit oĩpotens ⁊ infinite bonus ac infinita ſapiẽtia multa: tñ vitia ⁊ mala permittit in iſto mundo que impedire poſſet ne eis ſublatis maiora bona tollerent: vel etiã peiora mala ſequerẽtur ſic etiã in regimine humano illi qui pꝛſũt licite permittunt vel tollerãt aliqua mala: ne aliqua bona impediantur: aut peiora ſequantur mala: vt egregie inquit Auguſt. in libro de ordi ait eñi aufer meretrices de rebꝰ humanis: ⁊ oĩa libidinibus turbabis. Iſto notato rñdetur per aliquas cõcluſiones: quaꝝ prima eſt iſta. Ritꝰ iudeoꝝ licite tolerari poſſũt. iſta cõcluſio probat autoritate pſalmiſte. pſal.57. dicentis. In perſona ſaluatoris noſtri deus oſtẽdit mihi ſuper inimicos meos: ne occidas eos: neqñ obliuiſcantur populi mei vñ eſt mirabile teſtimoniũ: teſtimoniũ aduerſarioꝝ. mõ quãdiu viuunt iudei ipſi teſtantur contra oẽs alios ꝙ ſaluator noſter crucifixus eſt ab eis. approbãt etiã prophetias mediãtibꝰ quibus ipſos ⁊ oẽs alios ꝯfundimꝰ. Scḋa ꝯcluſio eſt iſta. Ritus hereticoꝝ nõ ſunt tollerandi in terris xpianoꝝ: niſi propter maius periculũ vitandũ ſiue malũ. Iſta ꝯcluſio probatur heretici ſunt cõpellendi ⁊ comburendi niſi reſipiſcant vt probatũ eſt in precedentibus queſtionibꝰ: ergo non ſunt tollerandi. ⁊c. notanṫ dicitur: niſi propter maius malũ vitãduȝ: q2 tunc licitũ eſſet ad tẽpus tollerare. Tertia ꝯcluſio eſt iſta. Ritꝰ ſiue ſarracenoꝝ: ſiue iudeoꝛuȝ: ſiue paganoꝝ prohibendi ſunt ne fiãt alta voce ⁊ in loco publico. Iſta ꝯcluſio patet in illa clemẽtina de iudeis ⁊ ſarracenis libri quinti q̃ incipit Cedit quidẽ in offenſaȝ dei. ⁊c. Naȝ ibi roma. pontif. Clemens in ꝯſilio Uiẽnenſi prohibet tales ritus fieri publice. Quarta ꝯcluſio eſt iſta in ſecreto poſſunt tales ritꝰ tollerari propter maius malũ vitandũ. Iſta cõcluſio ſequitur ex notabili. Quĩta cõcluſio ẽ iſta. Nulli ſarraceni aut pagani ſiue gentiles ſunt tollerandi a pꝛĩcipibꝰ xpianoꝝ ĩ ſuis terris. imo tenenṫ principes xpiani eos expellere: niſi ſeqreṫ aliqḋ ingẽs detrimentum reipu. xpiane ex taliũ infideliũ expulſione. iſta ꝯcluſio probaṫ principes xpiani tenenṫ impedire pctã pximoꝝ ſi cõmode illud poſſunt maxime in ſuis terris: ſed ſarraceni et pagani ſũt pximi nr̃i: ergo pꝛĩcipes xpiani tenenṫ impedire: ne tales infideles perpetrent peccata in terris ſuis: ⁊ per ꝯñs concluſio vera.

¶ Contra iſtas concluſiones arguiṫ ſic iudei peccãt obſeruãdo ſuas

ceremōias: ergo pncipes xp̄iani tollerando eos peccāt mortalr̄ ꝯña probaꝛ. tales pncipes xp̄iani ꝯſentiūt pctō mortali: ergo peccant mortalr̄. ꝯña tenet p illō apo. ad rom. i. Qm̄ qui talia agūt digni ſunt morte. nō ſolū q̄ ea faciūt: ſed etiā q̄ ꝯſentiūt facīētib⁹: ⁊ añs probaꝛ pūt impedire pncipes xp̄iani ⁊ nō impediūt. ergo ꝯſentiunt pctō vel pctis ipſoꝝ iudeoꝝ. Ad hoc argumentū r̄ndeꝛ negando ꝯñam: ⁊ ad probationē negatur añs ⁊ ad probationem negatur ꝯña. ratio eſt: q2 nō tenentur impedire vult em̄ dn̄s deus q̄ ſemp ſint iudei vſq₃ ad finē mundi: ne obliuiſcamur ſanctiſſ. paſſionis ſaluatoris nr̄i: vt allegatū eſt ex regio propheta in pſal. 57. Cōtra iſtā ſolutionem argr̄. nō l₃ principib⁹ xp̄ianis tolerare ſarracenos vel paganos in terris ſuis: ergo nō l₃ pn̄cipib⁹ xp̄ianis tolerare iudeos: ꝯña tenet. q2 nō videꝛ potior rō de iudeis: quā de ſarracenis vel paganis. Ad hāc replicā r̄ndetur negādo ꝯñam: ⁊ ad probationē negatur q̄ nō ſit potior rō de iudeis: quā de ſarracenis: quā de paganis. immō eſt diſcrimē. Nā rit⁹ ⁊ ceremonie iudeoꝝ afferūt magnam vtilitatē eccl̄ie: q2 reddunt teſtimoniū legi euangelice. Nā ſunt vmbre ⁊ figure veritatis euāgelice. i. ſacramentoꝝ eccl̄ie ⁊ miſterioꝝ paſſiōis xp̄i: ſed ritus paganoꝝ aut ſarracenoꝝ nullā afferunt vtilitatē legi euāgelice. idcirco ſarraceni ⁊ pagani exterminandi ſunt a terris xp̄ianoꝝ. Cōtra iſtā ſolutionē argr̄ iudei blaſphemāt publice nomē ſaluatoris et ei⁹ ſanctiſſ. matris: ergo nō ſunt tollerandi. ꝯña tenet: q2 dn̄s deus precepit occidere blaſphemos. Ad hāc replicā r̄ndetur q̄ principes xp̄iani debēt punire tales iudeos blaſphemantes. immo debent ipſos cōburere: bene tn̄ poſſunt permittere q̄ ſeruent ceremonias ſuas. Pariforma principes xp̄iani debent cōburere illum librū qui vocatur Thalmud: q2 in ipſo ſunt multe blaſphemie ꝯtra ſaluatorē ⁊ beatā virginē. Cōtra iſtā ſolutionē argr̄. ritus iudeoꝝ cōparatur idolatrie: ſed idolatre non ſunt tollerādi: ergō nec iudei ſunt tollerādi. añs p₃ per gloſam ſuper quintū cap. ad galat. Ad hanc replicā r̄ndetur q̄ l₃ ſit aliqualis ſimilitudo inē ritus iudeoꝝ: ⁊ ritus idolatraꝝ. latū tn̄ ⁊ ingens eſt diſcrimen. ideo ꝯña eſt neganda. Contra iſtā ſolutione₃ arguitur. oēs iudei ſunt infideles: ergo nullo mō ſunt tolerandi. ꝯña probatur peccatū infidelitatis ē de grauioribus: ⁊ fures: ⁊ homicide nō tolerantur: ergo nulli infideles poſſūt tolerari. Ad hanc replicā r̄ndetur negando ꝯñam. ⁊ ad probationē negatur etiā ꝯña. Nā nō incōuenit q̄ peccata₃ minus grauia acerbius puniātur in iſto mundo q̄₃ peccata grauiora: rō eſt: q2 ſunt magis ꝑturbatiua reipu. propterea in alemania fures crudeliſſime puniuntur in quadā rota plena nouaculis.

¶ Duodecio ⁊ vltio circa iſta₃ diſt. querītur an princeps ppt apoſtaſiā a fide catholica amittit dominium quod habet in ſuos ſubditos. Ad hāc difficultatē r̄ndetur p duas ꝯcluſiones quaꝝ prima eſt iſta princeps nō ſtatim amittit dn̄ium: quod

habet in ſuos ſubditos quādo apoſtatat a fide catholica. Iſta ccluſio patet: quia ſi reſipiſcat ante ſñam Romani pōtificis habet verum dominiū ⁊ non de nouo adquirit ergo ante habebat. f. anteꝗ̃ reſipiceret añs patet de childerico rege Francie. Scḋa ccluſio eſt iſta tunc princeps perdit dominiū quādo ſententialiter eſt excomunicatus propter apoſtaſiā a fide catholica. Iſta ccluſio patet in cap. ad abolendā libri quinti extra de hereticis.

¶ Contra iſtam vltimā concluſionem arguitur ſic Hieroboam et multi reges iſrael ⁊ ſalomon ⁊ multi reges tribus iuda fuerunt apoſtate a fide ⁊ non perdiderūt dominiū immo fuerunt veri reges ergo concluſio falſa. Ad hoc argumentū reſpondetur negando conſequētiam ⁊ ratio eſt: quia ſummus ſacerdos legis antique non habebat poteſtatē priuandi reges ſicut habet ſumm⁹ ſacerdos legis euangelice. Contra iſtam ſolutionē arguitur Julianus apoſtata fuit imperator verus tempore legis euangelice ergo ſolutio nulla: añs pate autoritate diui Ambroſij dicentis in cap. Julianus. 11. q. 3. iulian⁹ imperator quāuis eſſet apoſtata habuit tamē ſub ſe chriſtianos milites: quibus cū dicebat producite acie pro defenſione reipub. obediebant ei igitur princeps non perdit dominiū in lege euangelica propter apoſtaſiā a fide catholica Ad hāc replicā rñdetur ꝙ ſummus ſacerdos legis euāgelice non auſus fuit proferre ſentētiā cōtra illū maledictū Julianū: ne ve. ſus in rabiē occidiſſet oēs xp̄ianos vel aliquam mirabilem multitudinē poterat tamen ip̄ expoliare ab imperio ⁊ priuare: ideo ꝯña eſt neganda. nec militat hec replica contra ccluſionē: quia in ccluſiōe dicitur quādo ſententialiter eſt excomunicatus. Contra iſtam ſolutionē arguitur: ſequeretur ꝙ per quodlibet peccatū mortale perderetur dominium: ꝯñs eſt falſum igitur ſolutio nulla: ſequela probatur per quodl peccatū mortale homo recedit a deo ſicut per apoſtaſiā ergo per quodlibet peccatum mortale p̄ditur dominiū. Pro huius replice ſolutione eſt aduertēdum ꝙ multi fuerūt heretici dicentes ꝙ dominiū fundatur in grā gratum faciēte ita ꝙ ꝗ̃ primū aliquis labitur in peccatū mortale amittit dominiū: ſed hoc eſt hereticum. Nā dauid multa peccata mortalia perpetrauit nōn tamē amiſit dominiū ſimiliter ſequeretur ꝙ ante incarnationem xp̄i nulli fuiſſēt veri domini niſi filij iſrael: immo ſequeretur ꝙ neſciremus quis eſſet rex ⁊ imperator. Immo de nobis metipſis neſciremus. An ſumus domini alicuius rei: nam neſcimus: an ſumus in gratia vel in peccato mortali: propterea multi talium hereticorū fuerunt combuſti ⁊ determinatum eſt per ſanctam matrē eccleſiam ꝙ nō requiritur grā ad hoc ꝙ aliq̄s dicat dñs alicui⁹ rei. Iſto notato rñdet ad formā replice negādo ſeq̄lā ⁊ ad p̄bationē dato añte: negꝰ ꝯña. rō ē: q2 nō q̄libꝫ exñs in peccato mortali eſt ſñaliter excomunicatus.

De ſpe quid ſit. Diſtinctio. XXVI.

Eſt autem ſpes virtꝰ qua ſpūalia ⁊ eterna bona ſperātur.i.cū fiducia expectant̄. Eſt eñ ſpes certa expectatio future beatitudinis veniens ex dei gr̄a ⁊ ex meritis precedentibus vel ipſam ſpem quam natura preit charitas vel rem ſperataȝ, id eſt beatitudinem eternaȝ. Sine meritis eñ aliquid ſperare nō ſpes ſed preſumptio dici poteſt.

De quibus ſit ſpes.

¶ Et ſicut fides. Ita ⁊ ſpes eſt de inuiſibilibus. Unde Auguſ. Fidem apellamus earum reꝝ q̄ non videntur. De ſpe quoqꝫ dicitur. ſpes q̄ videtur nō eſt ſpes. Quod eñ videt quis quid ſperat? quod attinet ad non videre vel que creduntur: vel que ſperātur fidei: ſpeiqꝫ cōmune eſt. Diſtinguitur tamē fides a ſpe ſicut vocabulo ita rationabili differētia. Eſt eñ fides malarū rerū ⁊ bonaruȝ. q: ⁊ bona creduntur ⁊ mala. ⁊ hoc fide bona non mala. Eſt etiam fides ⁊ preteritarū rerum ⁊ preſentiarū ⁊ futurarum. Credimus eñ morteȝ chriſti q̄ iam preterijt. credimus ſeſſioneȝ que nunc eſt. Credimus venturū ad iudicandum qđ futurū eſt Item fides ⁊ ſuarum rerum eſt ⁊ alienarū. Nam ⁊ ſe quiſqꝫ credit eſſe cepiſſe nec fuiſſe vtiqꝫ ſēpiternum. Et alia atqꝫ alia non modo de alijs hoībus multa q̄ ad religionem pertinent verum etiā de angelis credimus. Spes autē nō niſi bonarum rerum eſt. nec niſi futuraruȝ ⁊ ad eum pertinentium qui earum ſpem gerere perhibentur

Redit ad premiſſaȝ queſtionē. ſ. An fides ⁊ ſpes in chriſto fuerint.

¶ Poſt hoc ſupereſt inueſtigari vtrum fides ⁊ ſpes in chriſto fuerint vñ tractatꝰ iſte ſumpſit exordium? Quibuſdā non indocte videt̄ fidem virtutem ⁊ ſpem in eo nō fuiſſe. ſicut in ſanctis iaȝ btificatis. vel in angelis nō ſunt ⁊ tñ ſcti credunt ⁊ ſperant reſurrectioneȝ futurā. ⁊ angeli eandē credūt nec tamē in eis fides vel ſpes virtus eſt. q: ⁊ deo per ſpeciem contēplando fruunt̄. ⁊ i dei verbo reſurrectiōem futurā ſiue

iudicium:non p ſpeculū in enig
mate.ſed preclariſſime inſpiciūt
Si eñ qꝛ credūt reſurrectionez
futuram. Ideo verꝫ eſt eos fidē
habere,ergo ea conſumata poſt
iudiciū ſimiliter ꝛ fidē habere di
centꝫ qꝛ credēt eaꝫ preteritā· Sꝫ
ſicut tunc credēt.nec tñ fidē que
fideles facit habebūt.qꝛ non cre
dent abſqꝫ ſcientia. q̄ nō erit eni
gmatica ſed per ſpeciē. ita ꝛ mō
credunt ꝛ ſperāt reſurrectionez.
nec tamen fidē habēt qꝛ creden-
do cognoſcūt. Uenit eñ eis qꝺ
perfectū eſt ꝛ euacuatū eſt qꝺ ex
parte eſt. Uenit eñ cognitio et
euacuata ē fides. Uenit ſpecies
ꝛ deſijt ſpes. Ita ꝛ xp̄s in quo
fuerūt bona patrie credidit qui-
dem ꝛ ſperauit reſurrectionē ter
tia die futurā. pro q̄ ꝛ patrē ora-
uit.nec tamen fidē virtutem vel
ſpem habuit. qꝛ nō enigmaticā
ꝛ ſpecularē.ſꝫ clariſſimā de ea co
gnitionē habuit. qꝛ nō perfectꝰ
eā cognouit preteritā q̄ꝫ intelle-
xit futurā. Sperauit tñ xp̄s ſi-
cut in pſalmo ait. In te dñe ſpe
raui.nectamen fidē vel ſpem vir
tutem habuit qꝛ per ſpeciē vide
bat ea q̄ credebat. De antiquis
vero patribus qui apꝺ inferos
vſqꝫ ad paſſionē tenebātur non
incōgrue dici pōt qꝫ fidē ꝛ ſpem
virtutē habuerint.qꝛ credebāt ꝛ
ſperabāt ſe viſuros deū per ſpe-
ciez qualiter eū tunc nō videbāt
qꝛ non patuit eis cognitio dei p
ſpeciem ante paſſionē xp̄i. Qua
cōſummata. a fide traſierunt ad
ſpeciem.



Irca vigeſi-
māſextaꝫ di-
ſti. queritur
Primo vtrū
ſpes ſit vir-
tus theologi
ca diſticta a
fide ꝛ chari-
tate. Pro
huius.q. intelligētiaeſt notāduꝫ qꝫ
ſpes interdum capitur pro paſſione
appetitus ſenſitiui.ſ. pro quodā de
ſyderio rei abſentis ꝛ conuenientis
ipſi appetitui ſenſitiuo ꝛ iſto modo
capitur a ph̄o in ſcd̄o ethicoꝝ ꝛ boe
tio in primo de cōſolatione philoſo
phica vbi numerat quattuor paſſio
nes.ſ. gaudiū: dolor:ſpes:ꝛ timor.
Alio modo accipitur pro deſiderio
volūtatis ſiue fuerit reſpectu boni
tēporalis,ſiue ſpiritualis. ꝛ iſto mō
capitur a paulo p̄me ad corinth. 9.
ca. quādo dicit debet in ſpe q̄ arat:
arare : ꝛ qui triturat in ſpe fructus
percipiendi. Tertio mō pro re ſpe-
rata.ſ. pro glīa ęterna ꝛ iſto modo
capitur ab eodē apoſtolo ad titū.2.
cap. vbi dicit expectātes beatā ſpeꝫ
ꝛ iſtis notatis tribꝰ modis nō capit
in propoſito. Quarto mō accipitur
pro volūtatis deſyderio: quo deſy-
deratur bonum ęternū.ſ. dn̄s deus

⁊ iſto modo capitur in propoſito. et ſummitur adhuc bifariã. ſ. pro ſpe habituali vel pro ſpe actuali. Et iterum ſpes habitualis eſt duplex. ſcilicet infuſa ⁊ adquiſita. ⁊ ſicut eſt magna controuerſia inter doctores an ſit vnica fides adquiſita. ita etiam eſt magna difficultas an ſit ponenda ſpes adq̃ſita ⁊ an ſit vnica ſpes adquiſita vel plures. ſed quia proportionabiliter eſt dicendum ſicut de fide. Ideo breui loqui amore omittit diſcuſſio ambaꝝ difficultatũ.

¶ Ulterius eſt notandum q̃d aliqui antiqui doctores dixerũt ſpẽ eſſe quoddam aggregatum ex fide et charitate. Et ſecundũ iſtos ſpes non eſt vnus habitus. ſed duo omnino diſtincti. quorum vnus. ſcilicet fides eſt in intellectu ⁊ alter. ſcꝫ charitas eſt in voluntate. ſed iſta opinio eſt expreſſe contra diuum Paulum prime ad Corinthios.13. dicentem. Fides: Spes: Charitas. tria hec maior autem horum charitas. Alij vero doctores dixerũt quod actus ſpei eſt quidam actus fidei. ſcilicet habebo beatitudinẽ ex gratia ⁊ meritis Chriſti: ſꝫ iſta opinio etiã eſt contra diuum Paulum in loco allegato. Inſuper abſurdum eſt dicere quod ille aſſenſus. ſcilicet habebo beatitudinem ex gratia et meritis Chriſti ſit aſſenſus fidei. Nam talis aſſenſus in reprobo eſt falſus et impoſſibile eſt fidei ſubeſſe falſuꝫ ergo talis aſſenſus in reprobo non eſt aſſenſus fidei propter iſta Guilhelmus occhã in quodlibetis tenet quod ſpes eſt quidam actus qui neceſſario ſequitur ad actum fidei et charitatis. ita quod neceſſario preſupponit actus ſpei actum fidei: et actum charitatis. ſed etiam iſta opinio eſt contra diuum Paulum. Nã tunc ſuperfluum eſſet ponere habitum ſpei. Nam habitus fidei ⁊ habitus charitatis ſufficiẽter inclinãt ad actum ſpei. Immo ſecundũ iſtũ doctorem neceſſario ipſum cauſant mediantibus ſuis actibus. inſuper hec opinio videtur eſſe contra experientiam. Nam poſſibile eſt habere actum fidei ⁊ actum charitatis non habendo actum ſpei. Preterea ſequeretur quod nulla eſſet bonitas ĩ actu ſpei: ſed tota emanaret ab actu fidei: ⁊ actu charitatis. Diu⁹ etiam Bonauentura in preſenti diſtin. videtur etiam ponere duos act⁹. quorum vnus ſpectat ad intellectum: ⁊ alter ad voluntatem. ſed hec opinio etiaꝫ nõ eſt conformis doctrine pauli. Propterea omnes doctores ſequuntur diuum Thomam ⁊ doctorem ſubtilem aſſerentes quod act⁹ ſpei non eſt actus fidei: neqꝫ actus charitatis: ſed eſt quidam act⁹ partis concupiſcibilis ipſius voluntati

¶ Iſtis notatis reſpondetur p aliquas ꝯcluſiones. quaꝝ prima eſt iſta. ſpes eſt virtus. iſta ꝯcluſio probatur. ſpes ꝯſiſtit in medio duoꝝ vitioꝝ extremoꝝ. ſ. inter preſumptionẽ ⁊ deſperationẽ: ergo ſpes eſt virtus. Scḋa ꝯcluſio eſt iſta ſpes ẽ virtus theologa. iſta concluſio probaĩ habet dñm deũ pro principali obiecto. ergo eſt virt⁹ theologa. Tertia ꝯcluſio eſt iſta. ſpes eſt virt⁹ theolo

ga diſtincta a fide ⁊ charitate. Iſta
concluſio patet ex autoritate pauli
allegata in notabili.

¶ Cõtra iſtas cõcluſiões argr̃
q̃libꝫ actus ſpei eſt peccatũ morta-
le ergo nulla ſpes eſt ꝟtus: aña pro
batur quilibet actus ſpei eſt vſus
dei ergo quilibet actꝰ ſpei eſt pecca
tum mortale. pña tenet per aureliuꝫ
auguſtinũ in libro de doctrina xp̃ia
na dicẽtẽ ſũma peruerſitas eſt in re
bus frui vtẽdis ⁊ vti fruendis: ſed
deo eſt fruẽdũ ergo nullo mõ eſt vtẽ
dum. Jam probatur aña median-
te quolibet actu ſpei diligitur deus
propter aliud ergo q̃libet actꝰ ſpei
eſt vſus dei: pña tenet a diffinitiõe
ad diffinitũ. Hoc argumẽtũ eſt for
tiſſimũ cõtra Gregõ. d arimino: qui
non ponit actũ mediũ inter vſum ⁊
fruitionẽ. Nam manifeſte ſequitur
ꝙ quilibet actus ſpei eſt vſus: vel
oportet fingere nouas diffinitiões:
ſed cõtra alios doctores. ſ. Thomã
Bonauenturã ⁊ doctorẽ ſubtilem ⁊
alios dños nõiales non eſt magni
põderis vnde eſt aduertẽdũ ꝙ dñs
deus licite põt amari a creatura ra
tionali bifariã: vno mõ amore ami-
citię: ⁊ alio mõ amore cõcupiſcẽtię.
tũc enim deus amatur amore ami-
citię a creatura rõnali: qñ diligitur
tanꝙ ſummũ bonũ ⁊ infinitũ: tunc
vero diligit̃ a creatura rõnali amo-
re cõcupiſcẽtię: qñ diligit̃ dñs deus
a creatura rõnali tanꝙ bonũ ipſius
creaturę rõnalis. Jſto notato rñdet̃
ad formã argumenti negãdo aña ⁊
ad probationẽ negatur iterũ aña ⁊
ad probationem negatur pña ⁊ ad
probationẽ negatur ꝙ illa ſit diffi-
nitio vſus. Nã ad hoc ꝙ aliquis ac
tus ſit vſus requiritur ꝙ diligat̃ ali
quid ꝑpter aliud maius bonũ ⁊ tanꝙ
vltimꝰ finis mõ licet deus per actuꝫ
ſpei diligat̃ propter aliud: nõ tñ pro
pter aliud maius bonum ⁊ ſumme
amatum ⁊c.

¶ Scdo arguit̃ ſic ſi ſpes eſſet
virtus diſtincta a fide ⁊ charitate ſe
queretur ꝙ aliquis deſperãs actua
liter haberet actũ ſpei pñs eſt falſuꝫ
⁊ impoſſibile igit̃ cõcluſiones nullę
ſeq̃la probatur ſi quęrat̃ ab illo qui
actualr̃ deſperat ⁊ occidit ſeipm: an
vult eſſe beatus: rñdebit affirmati-
ue ⁊ tale deſyderiũ eſt actꝰ ſpei igit̃
ſeq̃la vera: iã ꝓbatur falſitas pñtis
actus ſpei ⁊ actus deſperãdi cõtra-
riãtur ergo nõ poſſunt eſſe in eodeꝫ
ſubiecto adequate. Ad hoc argumẽ
tũ rñdetur negãdo ſequelã ⁊ ad pro
bationẽ negat̃ minor rõ eſt: q2 ad ac
tum ſpei nõ ſufficit velle beatitudi-
nẽ ex meritis ⁊ gr̃a xp̃i ⁊c. ſed opor-
tet habere velle efficax reſpectu bea
titudinis ⁊c. mõ tale deſiderium in
deſperãte nõ eſt velle efficax. Nam
tũc nõ occideret ſeipꝫ ſed laboraret
ad merẽdũ: vt tãdẽ adipiſceret̃ glĩã
ęternã: ſed vocat̃ velleitas vt egre-
gie dicit doctor ſubtilis.

¶ Tertio arguitur ſic actꝰ quo
ego volo mihi beatitudinẽ ex meri-
tis ⁊ gr̃a xp̃i eſt actus ſpei ⁊ eſt actꝰ
charitatis ergo ſpes non diſtinguit̃
a charitate minor probatur mediã-
te illo actu diligo meipm ergo eſt ac
tus charitatis. Ad hoc argumentũ
rñdetur negãdo minorẽ: ⁊ ad proba

Digitized by Google

tionē negatur pña ꝛ rō eſt: qꝛ ad hoc ꝙ aliquis actus ſit charitatis requiritur ꝙ diligatur aliqd ꝓpter deum vel ipſemet deus ꝓpter ſeipm̄. ¶ Cōtra iſtā ſolutionē arguiẗ: talis actus pōt eſſe meritoꝛiꝰ ergo erit tūc actꝰ charitatis ꝛ nō deſinet eſſe actꝰ ſpei ergo tūc ſimul ꝛ ſemel erit actꝰ ſpei ꝛ actus charitatis. Ad hāc replicaꝫ rñdetur diſtinguēdo aña vel intrinſece ꝛ ſic negaẗ vel extriſece ꝛ ſic cōceditur illud ꝛ diſtinguitur pñs: vel elicitiue ꝛ ſic pña negatur vel imperatiue ꝛ ſic cōceditur pña cū pñte ꝛ cōcediẗ ꝙ talis actus eſt actus: ſpei elicitiue nec hoc incōuenit: imo quilibet actus virtutꝭ ſiue ꝟtuoſus pōt eſſe charitatis imperatiue.

¶ Quarto arguiẗ ſic actꝰ quo ego volo petro beatitudinē ex meritis et gr̃a xp̄i eſt actus ſpei ꝛ eſt actus charitatꝭ elicitiue ergo ſpes nō diſtinguitur a charitate. maioꝛ pꝛobatur ille actus eſt eiuſdē ſpeciei cū illo actu mediāte quo ego volo mihi beatitudinē. ex meritis ꝛ gr̃a xp̄i ꝛ iſte eſt actus ſpei ergo alius erit etiā actus ſpei. Ad hoc argumentū rñdet doctoꝛ Subtilis dicens ſolutionē querere. Quidā tū qui fecit quaſdā additiōes ſup ſcotum rñdet ꝙ li mihi ꝛ tibi variāt ſpeciē: ſed hec ſolutio nullius eſt valoꝛis. Nā deducā argumentū de iſtis duobꝰ actibꝰ ſcꝫ volo Joāni beatitudinē ex meritis ꝛ gr̃a xp̄i: volo petro beatitudinem ex meritis ꝛ gr̃a xp̄i ꝛ per Joānem intelligo meipm̄: qui vocoꝛ ioānes: tūc iſti duo actus ſunt eiuſdem ſpeciei vt notū eſt ꝛ primꝰ eſt actus ſpei igitur ꝛ ſecūdus. ꝓpterea aliter rñdetur cū diuo Thoma in. 5. articulo. 7. q. ſcḋꝫ ſcḋꝫ cōcedendo ꝙ talis actus eſt actꝰ ſpei. Nā ſicut mediāte charitate diligitur deus ꝛ pꝛoximus pꝛopter deū: ita etiā mediāte ſpe nō ſolū ſpero mihi beatitudinē: ſed etiam pꝛoximo negatur tū ꝙ talis actꝰ ſit charitatꝭ elicitiue Replicantur tū inſolubiliter pꝛobando ꝙ idem actus eſt actus ſpei ꝛ charitatis elicitiue capio vnū actum: quo ego deſidero beatitudinē pꝛoximo ex meritis ꝛ gr̃a xp̄i pꝛopter deum tūc talis actus eſt actus ſpei elicitiue: ꝛ eſt actꝰ charitatis elicitiue igiẗ idē actus eſt actus charitatis ꝛ ſpei elicitiue. Pꝛopter hoc neceſſario opoꝛtet cōcedere ꝙ idem actꝰ eſt actꝰ ſpei ꝛ charitatis elicitiue ꝛ tenendo opinionem doctoꝛis ſubtilis ꝛ nolalium cōcedendū eſt: ꝙ idem habitꝰ adquiſitus inclinat ad actus ſpei ꝛ charitatis: ꝛ ſic erit talis habitꝰ charitas adquiſita ꝛ ſpes adquiſita.

¶ Quarto arguitur ſic ſpes habet viſionem ꝛ fruitionem pꝛo obiecto ergo nō hꝫ deuꝫ ꝛ per pñs ſpes non erit virtus theologa antecedēs pꝛobatur mediāte actu ſpei ego deſydero beatitudinem: ꝛ beatitudo cōſiſtit in fruitione ꝛ viſione: ergo ſpes habet fruitionem ꝛ viſionem pꝛo obiecto. Pꝛo huius argumēti ſolutione eſt aduertendum ꝙ ſolus durādꝰ ponit obiectū ſpei eē quoddā creatū: ſꝫ oēs alij doctoꝛes tenēt oppoſitū ideo ſm̄ eos rñdeẗ ad formā argumēti negādo aña ꝛ ad ꝓbationē diſtinguiẗ ꝙ beatitudo cōſiſtit

in fruitione ⁊ viſiõe vł̄ obiectiue ⁊
ſic negatur illud: immo conſiſtit in
ipſo deo: vel formalr̄ ⁊ ſic cõceditur
illud ⁊ negatur ꝯña. Nã principalr̄
mediãte ſpei actu deſyderamꝰ ipm̄
deũ tanq̃ ſummũ bonũ nobis. Cõ-
tra iſtaꝫ ſolutionẽ arguitur ſeq̄retur
ꝙ charitas ſpes ⁊ fides non diſtin-
guerẽtur ꝯñs eſt cõtra cõcluſiones
igitur ſolutio nulla: ſeq̄la probatur
habent idẽ obiectuꝫ.ſ.dñm deũ er-
go nõ diſtinguũtur. Ad hãc replicã
rñdetur negãdo ſequelã ⁊ ad proba
tionem dicitur ꝙ non habẽt idẽ ob-
iectum ſub eadẽ rõne. Nã fides ha-
bet deũ pro obiecto prout eſt ſũma
veritas charitas habet deũ pro ob
iecto vt eſt quoddã bonũ in ſe ſpes
habet deũ pro obiecto inquãtuꝫ eſt
quoddã bonũ nobis. Cõtra iſtã ſo-
lutionẽ arguitur in ſymbolo magno
concilij Niceni habetur: expecto re-
ſurrectionẽ mortuoꝶ ⁊ vitam ventu
ri ſeculi: ergo eadeꝫ virtus eſt fides
⁊ ſpes: ꝯña tenet: q2 in ſymbolo ſo-
lum ponũtur articuli fidei. Ad hanc
replicam rñdetur ꝙ li expecto illic
tantũ valet quãtum credo. Contra
iſtaꝫ ſolutionẽ arguitur ſpes eſt cer
ta expectatio futurę beatitudĩs ve-
niens ex dei gratia ⁊ ex meritis ⁊c.
teſte magiſtro in pręſenti diſtin. ſed
certitudo ſpectat ad intellectũ ⁊ ma
xime ad fidem ergo ſpes eſt fides.
Ad hanc replicã rñdetur ꝙ li certa
in diffinitione magiſtri capitur cau
ſaliter itaq3 ꝙ ſpes preſupponit cer
titudinẽ fidei. Nã ad hoc ꝙ aliquis
ſperet gloriã eternã neceſſarium eſt
ꝙ certitudinalr̄ aſſẽtiat huic beatitu
do ẽ poſſibilis ex meritꝭ ⁊ gr̄a xp̄i.

Poſtremo arguit ſic impoſſi-
bile eſt habere actũ ſpei ergo cõclu-
ſiones nullę: añs pbatur ad hoc ꝙ
aliquis habeat actũ ſpei requiritur
ꝙ deſideret deuꝫ abſentẽ: ſed deus
eſt preſens cuilibet rei per eſſentiaꝫ
preſentiã ⁊ potentiã ergo impoſſibi
le eſt habere actũ ſpei. Ad hoc argu
mẽtũ rñdetur negãdo añs ⁊ ad pro
bationẽ diſtinguo ꝙ deꝰ ſit abſens
vel reali preſentia: ⁊ ſic negatur ꝙ
requiratur deſiderare deũ abſenteꝫ
reali preſentia vel preſentia beatifi-
ca ⁊ ſic conceditur ꝙ deus eſt nobis
abſens preſentia beatifica. Contra
iſtã ſolutionẽ arguitur mediãte ſpe
deſyderamꝰ multa alia bona ergo
non deſyderamus deũ abſentẽ pre
ſentia beatifica. Ad hãc replicã faci
le rñdetur diſtinguẽdo añs vel prin
cipaliter ⁊ ſic negatur illud vel mi-
nus principalr̄ ⁊ ſecũdario ⁊ ſic cõ-
ceditur illud ⁊ negatur ꝯña.

Queritur ſcdo circa eandem
diſtin. in qua potentia aię ſubiectał
ſpes. Pro huius .q. intelligẽtia eſt
notãdum: ꝙ licet ſit vnica aĩa rõna
lis in hoĩe: varias tamẽ habet potẽ
tias.ſ. memoriã: intellectũ: ⁊ volun
tatẽ: q̃ dr̄ appetitꝰ intellectꝰ: ⁊ ſicut
appetitus ſenſitiuꝰ diuiditur in ꝯcu
piſcibilẽ ⁊ iraſcibilem: ita etiam ap
petitus intellectiuus ſiue voluntas
diuiditur in cõcupiſcibilẽ ⁊ iraſcibi-
leꝫ. Sed eſt magna difficultas iter
diuũ Thomã ⁊ diuũ Bonauẽturaꝫ
⁊ Doctorẽ ſubtilem de obiecto cõcu
piſcibilis ⁊ iraſcibilis: quãuis Tho
mas nõ vult cõcedere volũtateꝫ di-
uidi in cõcupiſcibilẽ ⁊ iraſcibilẽ: niſi

large cōſentit tamen cū bonauentu
ra ꝙ obiectū parti iraſcibilis eſt bo
num arduum ⁊ obiectū cōcupiſcabi
lis potētię eſt bonū nō arduū: ⁊ ideo
iſti duo doctores collocant ſpem in
potentia iraſcibili. Nā ſpes habet
obiectū: arduū: imo ſumme arduū
Sed doctor ſubtilis collocat ſpem
in potentia cōcupiſcibili: vnde dicit
ꝙ duplex eſt obiectū volūtatis: quod
dā eſt obiectū: quod habet in ſe ra
tionem cōcupiſcibilitatis vel fugibi
litatis: ⁊ aliud eſt obiectū quod nō
habet in ſe talem rōnem: ſed ſolum
ꝓpter aliđ cuius eſt mediū ⁊ poſtꝙ̄
ſpes habet obiectū: quod ī ſe habet
rōnē cōcupiſcibilitatis: ideo dicit ꝙ
ſpes eſt collocāda in potentia cōcu
piſcibili ⁊ oēs iſti doctores bene di
cunt: ſed nō conueniūt in diffinitiōe
potētię ꝯcupiſcibilis ⁊ potētię iraſci
bilis: idcirco diſputatio ē ad nomē.

¶ Iſtis notatis rñdetur p ali
quas cōcluſiōes: quarū Prima eſt
hec ſpes non eſt collocāda in intelle
ctu: hec concluſio probatur ſpes eſt
quoddā deſyderiū: ſed nullū deſy
deriū ſpectat ad intellectū igitur cō
cluſio vera. Scđa concluſio eſt hec
ſpes collocāda eſt in voluntate: hec
cōcluſio probatur quodlibet deſide
rium ſpectat ad volūtatē: ſed ſpes
eſt quoddā deſyderiū igitur ꝯcluſio
vera. Tertia cōcluſio eſt iſta taliter
pōt diffiniri potētia cōcupiſcibilis
ꝙ ſpes in ea collocabiť ⁊ taliter pōt
diffiniri ꝙ nō collocabitur in ea ſed
in potētia iraſcibili. Iſta concluſio
patet ex notabilibus.

¶ Cōtra iſtas cōcluſiōes argr̄
ſic ſpes eſt ponēda in intellectu er
go nō in volūtate: añs ꝓbať ſi ſpes
nō poneretur in intellectu: ſed in vo
lūtate: tūc plures ꝟtutes theologas
haberet volūtas ꝙ̄ intellectus: ſed
hoc nō eſt dicendū igitur nō eſt col
locāda in volūtate minor probatur
nō eſt dabilis rō: quare volūtas ha
bebit duas ꝟtutes theologas ⁊ in
tellectus ſolū vnā: ergo ſicut volun
tas habet duas ꝟtutes theologas:
ita intellectꝰ habebit duas. Ad hoc
argumentū rñdetur negādo añs: ⁊
ad probationē negatur minor: ⁊ ad
probationē negatur añs ⁊ dico ꝙ rō
eſt: quia intellectus ſolū fertur in ſuū
obiectum ſub vnica rōne. ſ. ſub rōne
veri volūtas autem fertur in ſuum
obiectū ſub duplici rōne. ſ. ſub rōne
boni in ſe ⁊ ſub ratione boni reſpe
ctu alterius: nimirū ergo ſi volun
tas habet duas virtutes theologas
⁊ intellectus vnicā dumtaxat. Con
tra iſtam ſolutionē arguitur chari
tas ſufficienter perficit volūtatem:
ergo ſuperuacaneū eſt ponere ſpē
in voluntate: añs probatur. fides
ſufficienter perficit intellectū ergo
charitas ſufficiēter perficit volunta
tem: ꝯña tenet: quia charitas excel
lentior eſt fide. Ad hanc replicā reſ
pondetur diſtinguēdo añs vel quō
ad vnam rationē boni: ⁊ ſic cōcediť
illud ⁊ negať ꝯña: vel quo ad vtrāq
rationem boni ⁊ ſic negatur illud: ⁊
ad probationem negatur ꝯña: ⁊ ad
probationē data eſt iam ratio. ſ. ꝙ
intellectus ſolum fertur in ſuum ob
iectum ſub vna ratione veri: non
autem voluntas: ſed duabus ratio
nibus boni.

¶ Scđo arguit contra eaſdem cōcluſiones autoritate Gloſe ſuper illud prime ad corinth. primo cap. finis precepti charitas de corde bono ⁊ cōſcientia bona: gloſantis .i. de ſpe: ſed conſciētia pertinet ad intellectū ergo ponēda eſt ſpes in intellectu. Ad hoc argumētū rñdetur ꝙ ibi conſciētia capitur large in autoritate allegata, ꝓportionabiliter eſt dicendum ad aliquas autoritates ſanctorum q̄ videntur aſſerere: ꝙ ſpes pertinet ad intellectū. Nam multoties definiūt ſancti ſpem per fidē: ⁊ ediuerſo: vt patet legēti. Auguſtinum in libro de ciuitate dei.

¶ Queritur tertio circa eandē diſtin. an fides ⁊ ſpes fuerūt in xp̄o aut in angelis ⁊ primo parente cum primū fuerunt cōditi: ⁊ an nunc ſint in oībus angelis. Pro huius intelligentia eſt aduertēdum ꝙ de ratione fidei eſt obiectū nō viſū: ⁊ tamē aliqui dixerūt ꝙ angeli ⁊ prim⁹ parens non habuerūt fidem propter contēplationem diuinorum: ſed hec reſpōſio nequit defenſari: quia vel talis contēplatio diuinorū erat euidens vel enigmatica: ſi ſcđm tunc erat fides: ſi primū fuiſſēt beati ſaltem tranſitorie. Nam vidiſſent eſſētiam diuinam ⁊ hoc eſt omnino abſurdum. Nam demones nūq̄ viderunt eſſentiā diuinā: nec vnq̄ videbunt propterea ponūtur concluſiones ad .q. reſpōſiue: quarū Prima eſt hec: i xp̄o nō fuit fides: neq̄ ſpes prima pars probatur aīa chriſti oīa videbat clare ⁊ euidenter in verbo diuino ergo non habuit fidem. Nā fides importat notitiā obſcuram ⁊ enigmaticā. Scđa pars patet aīa chriſti in primo inſtanti ſue creationis fuit beata ergo nō habuit ſpem pña tenet: qꝛ ſpes eſt reſpectu obiecti abſentis modo dñs de⁹ erat preſens preſentia beatifica aīe chriſti. Scđa concluſio eſt iſta fides ⁊ ſpes fuerūt in oībus angelis ⁊ primo parente: iſta concluſio probatur: quia dñs deus dedit ipis notitiā clariorē quā habemus: nō tamē dedit eis notitiam euidētem: reſpectu ſuipius. Inſuper ſperauerūt beatitudinem ⁊ nondū habebāt tunc igitur cōcluſio vera. Tertia ꝯcluſio eſt iſta: mō nulla eſt fides aut ſpes in bonis angelis aut viris beatis. Iſta cōcluſio probatur fides ⁊ ſpes ſunt virtutes imperfecte: ergo quādo venit perfectum ſcilicet beatitudo: euacuantur vt inquit Apoſtolus prime ad corinthios .13. capitulo. Quarta cōcluſio eſt iſta in demonib⁹ eſt fides adquiſita: ſed nulla ē ſpes. Prima pars patet authoritate diui Iacobi in ſecūdo capitulo ſue canonice dicētis: demones credunt ⁊ contremiſcunt. Scđa pars patet demones euidentur aſſentiunt ꝙ ſunt damnati ⁊ firmiter aſſentiūt ꝙ ꝑpetuo cruciabūt ergo ipoſſibile eſt eos habere ſpē.

¶ Contra primā cōcluſionem arguitur in xp̄o fuerūt virtutes morales ergo i xp̄o fuerūt fides ⁊ ſpes pña probatur fides ⁊ ſpes ſunt nobiliores virtutibus moralibus: ergo ſi virtutes morales fuerunt in chriſto fides ⁊ ſpes etiam fuerunt in chriſto. Iam probatur primum

aſis xp̄s fuit tēptatus in cibo ⁊ potu ⁊ prudens in reſpōſis ⁊ fortis in aduerſis ⁊ in oībus ſuis operibus oſtēdit iuſtitiā que teſte pħo noſtro in .5. ethicoꝝ virtutes in ſe continet oēs: ergo in xp̄o fuere oēs virtutes morales poſſet etiā probari: idem aſis per multas autoritates ſacre pagine que breuiloquij amore omittunt. Ad hoc argumentū rñdetur negando ꝯñam: ⁊ ad probationē negatur ꝯña ratio eſt quia licet fides ⁊ ſpes ſint excellentiores oībus virtutibꝰ moralibus important tamen quendam defectū qui non poterat cōpetere xp̄o: ideo xp̄s non habuit tales virtutes theologas quales ſunt fides ⁊ ſpes: nec etiā beati eas habēt cū importēt imperfectionē ⁊ oīs imperfectio ꝺbet tolli ab illo ſtatu beatitudinis cū teſte Boetio ſit ſtatus oīm bonoꝝ aggregatione perfectꝰ. Contra iſtā ſolutionē arguitur xp̄s docuit fidē ⁊ ſpē: ergo habuit fidē et ſpem: ꝯña probatur autoritate diui Luce actuū primo ca. d. incepit Jeſus facere ⁊ docere. Ad hāc replicaꝫ rñdetur negando ꝯñam: ⁊ ad probationē dico ꝙ autoritas Luce intelligitur de oībus illis operibus q̄ docebat ⁊ poterant ipſi cōpetere: mō fides ⁊ ſpes non poterant competere xp̄o: propter defectū quē importāt. Contra iſtā ſolutionē arguitur autoritate pſalmiſte in perſona xp̄i. d. in multis pſalmis. Jn te dñe ſperaui: igitur xp̄s habuit ſpē. Ad hāc replicam rñdetur ꝙ pſalmiſta non capit ſpem proprie ſicut capitur in propoſito: ſed large ⁊ iſto mō bene concedimus ꝙ xp̄s ſperauit gloriā ſui corporis ⁊ victoriā contra luciferum ⁊ aſcenſionem ad celos.

¶ Scđo arguitur contra ſcđaꝫ concluſionē in primo parente ⁊ angelis ante lapſum nō fuit aliqua obſcuritas: ergo non fuerunt fides et ſpes in eis: ꝯña ptꝫ: qꝛ fides eſt aſſēſus enigmaticus ⁊ obſcurus: ſꝫ probatur aſis obſcuritas ē pena peccati: ſed ipſi nondū peccauerant tunc. ergo tunc non habuerunt fidē ⁊ ſpē. Ad hoc argumentū rñdetur diſtinguendo aſis vel intelligendo de obſcuritate naturali: ⁊ ſic negatur illđ nec probatur in tali ſenſu: vel intelligendo de obſcuritate q̄ eſt pena peccati: ⁊ ſic conceditur illud ⁊ negatur ꝯña: nec probatio procedit ꝯtra iſtū ſenſum. Contra iſtā ſolutionē arguitur teſte Paulo ad romanos. 10. fides eſt ex auditu: ſed ſolus erat primus parens quā primū fuit creatꝰ: ergo nō poterat audire ab alio hoīe ⁊ per ꝯñs non habuit fidē. Ad hanc replicā rñdetur: ꝙ lꝫ primus parēs non audiuit ab alio hoīe audiuit tñ ſpirationē diuinā: ⁊ ita dicenduꝫ eſt de angelis.

¶ Tertio arguitur cōtra tertiā concluſionē qui ſunt in celo ſperant nobis beatitudinē ſaltē predeſtinatis ⁊ electis ex merito ⁊ gratia xp̄i: ergo ſancti habent ſpeꝫ: aſis probatur rogāt ſancti dñm deū pro ſaluatione electoꝝ ⁊ predeſtinatoꝝ. ergo ꝯſiderant ſancti beatitudinē electis ⁊ p̄deſtinatis. ⁊ per ꝯñs ſperant ſancti electis ⁊ predeſtinatis beatitudinem ex meritis ⁊ gratia xp̄i. Ad hoc argumentū rñdetur negando ꝯñaꝫ:

rō eſt.qꝛ charitas excellens quā ha-
bent ſancti ſufficit producere in eis
tale deſideriū reſpectu electoꝝ ſiue
predeſtinatoꝝ nec requiritur ſpes.
immo non poſſunt habere ſpē pro-
pter eius imperfectionē.concedēdū
eſt tñ ſcdm ponentes habitus acqui
ſitos ꝙ beati habent ſpem acquiſitā
reſpectu viatoꝝ.nō tñ reſpectu ipſo
rum. Nam ex talibus actibus ſpei
frequentatis generatur habitꝰ ſpei
acquiſite.Cōtra iſtā ſolutionē argr
beati ſperant beatitudinē ipſoꝝ cor
poꝝ.ergo habēt ſpē reſpectu ipſoꝝ.
Ad hāc replicā facile rñdetur ꝙ bea
ti non ſperāt proprie.ſed large bea
titudinē ſuoꝝ corpoꝝ.

¶ Contra quartā concluſionē
arguit. Job quarto habetur de dia-
bolo ecce ſpes eius fruſtrabitur eū
ergo demones habent ſpē. Ad hoc
facile rñdetur.ꝙ ſpes in autoritate
allegata accipitur improprie pro de
ſiderio quo deſiderāt demones vin
cere electos ⁊ predeſtinatos: ⁊ non
capitur proprie pro deſiderio glorię
ęternę.Contra iſtā ſolutionē arguit
demones habent fidē dicente Jaco
bo in ſcdo ca.ſue canonice demōes
credunt ⁊ contremiſcūt.ergo demōes
habent ſpem.ꝯña patet: qꝛ non vr
potior rō de fide quaꝫ de ſpe poſtꝙ
vtrūqꝫ eſt donū dei. Ad hanc repli-
cam rñdet negando ꝯñam.⁊ ad pro
bationē dico ꝙ diſcrimē eſt. qꝛ ſpes
repugnat actui quē habēt demōes
ſcꝫ huic iudicio. ego ꝑpetuo crucia-
bor fides aūt nulli actui quē habent
demones repugnat.inſuper fides ē
tam reſpectu bonoꝝ ꝙꝫ maloꝝ ſpes
aūt ſoluꝫ eſt reſpectu bonoꝝ glorię
eterne.idcirco demones bene habēt
fidē.nō tñ ſpem.

¶ Queritur quarto circa ean-
dem diſtinctionē vtruꝫ in xp̄o fuerit
prophetia. Pro huiꝰ queſtionis in
telligentia eſt notādum ꝙ prophe-
tia pertinet ad cognitionē ſiue intel
lectū:nā in.9.cap.primi regū habet
qui eñ propheta dicitur hodie olim
vocabatur vidēs.⁊ viſio pertinet ad
potentiā cognitiuā ſiue intellectum
igitur prophetia pertinet ad intelle
ctum:vnde propheta dr̄.quaſi pro-
cul fans vel procul vidēs inquātum
ſcilicet cognoſcit ⁊ loquit ea q̄ pro-
cul ſunt oībus ſenſibꝰ ſicut auguſt.
dicit in.16. li.ꝯtra fauſtū ⁊ gentiles
vocabāt prophetas vates a vi mētis.
Eſt tñ aduertendū ꝙ non dicit ali-
quis propheta ex hoc ꝙ annūciat ea
que ſunt illis procul cū qbus ipſe nō
eſt. Nā ſi aliqs exñs in ſiria ſiue pa
leſtina annūciaret nobis per exemplū
ea que fiunt in paleſtina non eſt pro
pheta:ſed ſi eſſet nobiſcū ⁊ annūcia
ret ea q̄ fiunt in paleſtina tunc vide-
retur eſſe ꝓpheta.veluti helizeꝰ an-
nūciauit gezei ea q̄ fecerat cū namā
leproſo vt habet in.6.cap.4.regū.
Ultimo eſt aduertendū ꝙ nō eſt de
rōne prophetie ꝙ ſit cognitio enig-
matica.ſed aliqñ capit prophetia ꝑ
q̄dā cognitiōe enigmatica ⁊ obſcura.

¶ Iſtis notatis rñdet ꝑ aliqs
ꝯcluſiōes.quaꝝ pma eſt iſta.in xp̄o
fuit ꝓphetia.iſta cōcluſio pbat xp̄s
fuit ꝓpheta.g̃ i xp̄o fuit ꝓphia. añs
ptꝫ de ipſo dr̄ deuterono.18.cap.pro
phetā ſuſcitabit vobis deus de fra-

trib⁹ veſtris. Inſuper matthei.13. ⁊ ioā.4. xps dicit de ſeipo nō eſt ppheta ſine honore niſi i pria ſua igitur xpus fuit propheta. Scda cōcluſio eſt iſta in xpo non fuit prophetia capiendo pro enigmatica cognitiōe iſta cōcluſio pbatur aīa xpi oīa videbat clare i vbo ergo nō habuit notitiam enigmaticā ⁊ obſcurā. Contra primā cōcluſionē arguitur ſic fides ⁊ ſpes non fuerunt in xpo: ergo nec prophetia fuit in xpo pña pbatur ſicut fides ⁊ ſpes ſunt reſpectu rerum abſentium ita etiā prophetia ergo ſi fides ⁊ ſpes non fuerūt in xpo prophetia etiā non fuit in xpo. Ad hoc argumentū rñdetur negādo pñam ⁊ ad probationē negatur iterū pña ⁊ rō eſt: qꝛ fides ſpes importāt quēdā defectū qui non pōt conuenire xpo non aūt prophetia. Cōtra iſtā ſolutionem arguitur oīa erāt preſentia xpo ergo nulla erāt abſentia: ⁊ per pñs non habuit prophetiā. Ad hāc replicā rñdetur negādo pñam vltimā rō ē: qꝛ lꝫ oīa erāt preſentia aīe xpi multa erāt remota abſēſib⁹ exterioꝛib⁹ q̄ xps ſciebat ⁊ pphetiꝫabat Contra iſtam ſolutionē arguitur ſequeretur ꝙ xps fuiſſet minoꝛ minio angelo pñs eſt abſurdū igitur ſeqla probatur quilibet angel⁹ ſaltē beat⁹ eſt maioꝛ quocūqꝫ propheta huius patrie igitur eſt maioꝛ xpo aūs: ptꝫ expreſſa authoꝛitate ſaluatoꝛis. s. qui minoꝛ eſt in regno celoꝝ maioꝛ eſt illo. ſ. ioāne baptiſta. Ad hāc replicā rñdetur negando ſequelā ⁊ ad probationē diſtinguitur aūs vel intelligēdo de propheta qui ſolū eſt viatoꝛ ⁊ ſic illud eſt verū vel de propheta q̄ eſt viatoꝛ ⁊ cōprehēſoꝛ ⁊ ſic negatur: modo xps nō ſolū erat viatoꝛ. Sꝫ cōprehēſoꝛ ⁊ ſaluatoꝛ noſter ſolū loquebatur de propheta q̄ erat purus viatoꝛ qualis erat ioānes baptiſta ⁊ nō loquebatur de viatoꝛe ⁊ cōprehenſoꝛe qualis erat xps.

¶ Querit quinto circa eandeꝫ diſtin. vtrū prophetia ſit habit⁹ naturalis ſolū reſpectu futuroꝝ cōtingentiū. Pro huius queſtiōis intelligentia eſt notādum ꝙ cognitio futuroꝝ pōt bifariam haberi: vno mō ſcdm qd ſunt in ſeipis: alio mō ſcdꝫ qd ſunt in cauſis. Recognoſcere futura ſcdm qd ſunt in ſeipis eſt propriū diuini intellect⁹ cuius eternitati oīa ſunt pñtia: ⁊ talis cognitio futuroꝝ nequit eſſe ab aīa ſed ſolū ex reuelatione diuina. Precognoſcere futura naturaliter ſcdm quod ſunt in ſuis cauſis pōt fieri naturaliter: ſic medic⁹ precognoſcit moꝛtem infirmi ⁊ aſtrologus pluuias ⁊ ſerenitates.

¶ Iſto notato reſpōdetur per aliquas cōcluſiones quarū Prima eſt iſta prophetia nō eſt habit⁹: iſta cōcluſio probatur teſte pho in ſecūdo ethicoꝝ habitib⁹ vtimur cū volumus: ſed propheta nō pōt vti pphetia ſemp cum vult: vt patet de heliſeo quē cum ioſaphat de futuris requireret ⁊ prophetię ſpiritus ei deeſſet pſalteriū fecit applicari: vt prophetie ſpūs per laudeꝫ pſalmo deſcēderet in eum: atqꝫ eius animū de venturis repleret vt Gregoꝛius dicit ſuper ezechielem: igitur prophetia non eſt habitus.

Scđa ɔcluſio eſt iſta. prophetia nõ eſt naturalis. iſta ɔcluſio pȝ expreſſa autoritate diui Petri in pmo ca. ſue canonice. non em̃ volũtate hũana allata eſt prophetia aliqñ: ſȝ ſpũ ſctõ inſpirati loquuti ſunt ſancti dei hoīes. Tertia ɔcluſio eſt iſta. pphetia eſt quedã reuelatio a ſpũſctõ alicui facta. iſta ɔcluſio patet autoritate caſiodori diffinientis prophetiã per diuinã reuelationẽ. Quarta concluſio eſt iſta. prophetia non ſolũ eſt futurorũ contingentiũ. iſta concluſio pȝ expreſſa autoritate diui Gregorii ſuper Ezechielẽ. di. ꝙ prophetia quedã eſt de futuro: ſicut illa yſa. 7. Ecce virgo concipiet. ⁊c. quedã de preterito: ſicut illa Moyſi in principio creauit de⁹ celũ ⁊ terrã. ⁊c. quedam de pñti veluti qñ ſaluator reuelabat cogitationes phariſeorũ. ⁊ diuus Petrus reuelauit cogitationes Simonis magi. ⁊ glorioſus Uincẽtius conterraneus noſter reuelauit aductũ iudeorũ qui actualiter veniebant ad audiendã predicationẽ ei⁹. ſĩr reuelauit aduentũ illi⁹ infirmi ppe vrbẽ Illerdẽſẽ regi Aragonũ.

Contra primã concluſionẽ arguitur ſic. prophetia non eſt potẽtia. neqȝ paſſio. ergo eſt habit⁹: ɔña tenet. qȝ teſte pħo noſtro omne qđ eſt in aĩa eſt potentia paſſio vel habit⁹: ergo cũ prophetia ſit in aĩa cũ non ſit potentia neqȝ paſſio erit habitus quidã. iam probatur prima pars añtis. ſi prophetia eſſet potentia oĩbus hoĩb⁹ ineſſet: ſed pphetia non oĩbus hoĩb⁹ ineſt. ergo prophetia non eſt potẽtia. iã probatur ſcđa pars añtis: prophetia non eſt appetit⁹ ſenſitiui. ſed paſſio expectat ad appetitũ ſenſitiuũ. ergo prophetia non eſt paſſio. Ad hoc argumentum facile rñdetur ꝙ pħs procedit de his que naturaliter nobis in ſunt: ⁊ non de illis que in ſunt nobis ſuper naturaliter. modo prophetia ineſt hoĩbus ſuper naturaliter. Contra iſtã ſolutionẽ arguitur. ſi prophetia non eſſet habitus neqȝ potẽtia. ſequeretur ꝙ nõ ſemper denoĩaret ſuũ ſubiectũ. ɔñs eſt falſum: igitur falſitas ɔñtis probatur ſiue propheta dormiat. ſiue comedat: ſiue bibat. ſemper vocatur propheta: ergo prophetia ſemper denoĩat ſuũ ſubiectum. Ad hanc replicã rñdetur negãdo ſequelã: rõ eſt: qȝ pphetia quãuis non ſit habitus derelinquit: tñ quandã diſpoſitionẽ rõne cuius diſpoſitiõis noĩatur propheta lȝ actualiter non prophetizet. Et ſi inſurgas adhuc prophetia eſt gratia. ergo ẽ habit⁹: diſtinguitur añs vel gratia gratũ faciens: ⁊ ſic negatur illud vel grã gratis data. ⁊ ſic cõceditur illud: ⁊ negatur ɔña. nã multe ſunt gratie gratis date que non ſunt habitus.

Contra ſcđam cõcluſionẽ arguitur ſic autoritate Augu. in. 12. li. ſuper Geñ. d. ꝙ aĩe hũane ſcđm qđ a ſenſibus corporis extrahitur competit futura preuidere. Pariforma Gregori⁹ in. 4. dialogorũ: inquit qđ aĩa taliter ſe habet iterdũ ꝙ vis ei⁹ ſua ſubtilitate aliquid preuidet. inſuper hõ eſt pfectior brutis ſine cõparatiõe: ſed mĩta bruta cognoſcũt futura: vt patet de piſcibus ꝗ cogno

ſcunt tēpeſtates ⁊ procellas maris ergo a fortiori hoīes poſſunt precognoſcere futura. Inſuper aīe cognitio magis viget vigilando quā dormiendo: ſed dormiendo quidā preuidēt futura: ergo vigilādo a fortiori hoīes poterunt preuidere futura. Ad oīa iſta vnico verbo rñdetur ꝙ nulla taliū cognitionū ē prophetia rō eſt: qꝛ non preuident res in ſe ipſis: ſed in ſuis cauſis.

¶ Contra tertiā concluſionē arguitur ſic ſequeret ꝙ propheta oīa cognoſceret per diuinā reuelationē ꝯñs eſt falſuꝫ. Nā heliſeus propheta non cognouit amaritudinē ſunamitis. immo dixit ꝙ dñs celauerat igitur cōcluſio falſa. ſequela probaē amos tertio cap. habetur non faciet dñs deꝰ verbū niſi reuelauerit ſecretum ſuū ad ſeruos ſuos prophetas igitur oīa cognoſcit ꝓphete per diuinā reuelationē. Ad hoc argumētū rñdetur negando ſequelā. ⁊ ad probationē dico: ꝙ illa autoritas intelligitur ſolū de illis que ſūt neceſſaria ad ſalutē. ⁊ non intelligitur de oībꝰ. Contra iſtā ſolutionē arguitur deuteronomij. 32. habetur dei perfecta ſunt opera. ſed prophetia eſt diuia reuelatio. ergo prophetia eſt perfecta. ſed nō eſſet perfecta niſi oīa prophetabilia prophetis reuelarētur. Nā ꝑfectū teſte phō i tertio phiſicorum dicitur eſſe illud cui nihil deeſt igitur oīa reuelātur prophetis. Ad hanc replicam reſpondetur ꝙ nulla creatura eſt perfecta ſimpliciter: ſꝫ ſolum ſcđm quid ⁊ illud deuteronomij. intelligitur quod dei perfecta ſunt opera ſcđm quid in ſuis ſpeciebus. immo interdū prophetia iportat quandam imperfectioneꝫ: idcirco euacuabitur in patria. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur prophetia perfectior eſt ſcientia naturali ſiue naturaliter ⁊ humanitus acquiſita. ſed ſi aliquis habet talē ſcientiam cognoſcit omnia que pertinent ad talem ſcientiā: vt patet de gramatico: logico. ⁊ ſic de alijs. ergo pari iure ſi aliquis eſt propheta cognoſcit oīa que pertinent ad prophetiam. Ad hanc replicam reſpondetur negando conſequentiam. ⁊ ratio eſt. qꝛ logicꝰ vel gramaticus cognoſcit ſua principia euidenter. nimiꝝ: ergo ſi cognoſcat omnia illa que pertinent ad ſuā ſciētiam: ſed propheta nō cognoſcit pncipiuꝫ prophetie euidēter quod quidem principiū eſt dñs deus. ſed ſolum cognoſcit enigmatice ⁊ obſcure non mirandum igitur eſt ſi neſciat propheta omnia illa que expectant ad prophetiam.

¶ Secundo arguitur contra eandem concluſionem ſequeretur: ſi prophetia eſſet diuina reuelatio quod propheta ſemper cognoſceret quando loquitur ſecundum ſpiritū prophetie. conſequens eſt falſum: igitur ſequela probatur magna eſt differentia inter ſpiritum propheticum: ⁊ inter ſpiritum humanitus acquiſitum. ergo propheta ſemper poteſt diſcernere de ſeipſo. an loquitur ſecundum ſpiritum propheticum. Jam probatur falſitas conſequentis. Nathā propheta. vt habetur. 17. ca. ꝑmi paliꝑmenō dixit Regi

Dauid oia que in corde tuo ſunt fac dñs eñi tecū eſt: ⁊ credebat loqui ſʒ ſpm̄ propheticū: ⁊ non loquebatur. Nā dñs apparuit ipſi eadem nocte precipiens ꝙ diceret Dauid oppm̄ viʒ ꝙ non edificaret ſibi domum: qꝛ vir ſanguinis erat: ergo nō ſemper ꝓpheta diſcernit an loquiť ſcḋm ſpiritum propheticū. Ad hoc argumentum rñdetur negando ſequelā: ⁊ ad probationē negatur ꝯña. Nā lʒ ſit magna differentia inter tales ſpūs multotiens tñ nō cognoſcitur ab ipſo propheta. Contra iſtā ſolutionē arguitur ſequeretur ꝙ ꝓphetia non reuelaretur ab angelo ꝯñs eſt falſū igiť ſeq̄la ꝓbať ſi ꝓphetia reuelareť ꝑ angelos tūc deberet dici reuelatio angelica: ſʒ nō dr̄ āgelica. imo diuina: ergo non fit per angelos. iaʒ probatur falſitas ꝯñtꝭ autoritate diui dioniſij in quarto ca. celeſtis hierarchie d. diuinas viſiones glorioſi patres noſtri adepti ſunt per medias virtutes celeſtes: ⁊ apoſtolus ad Romanos. 13. Inquit que adeo ſunt ordinata ſunt. ordo aūt diuinitatis ſm̄ Dioniſiū in libro allegato eſt vt infima per media diſponat. angeli autē medij ſunt inter deū ⁊ hoīes: igiť diſponit hoīes per angelos deus: ⁊ per ꝯñs dñs deus per angelos reuelat hoībus prophetias. Ad hanc replicā rñdetur negando ſequelā: ⁊ ad probationē negať ꝙ debeat dici reuelatio angelica. rō eſt: qꝛ operatio debet attribui principali agenti ⁊ nō inſtrumēto: modo angeli ſunt inſtrumenta mediantibus quibus deꝰ reuelat: ideo non debet dici reuelatio angelica: ſed diuina. Contra iſtā ſolutionē arguitur. ſequeretur ꝙ nulla eſſet prophetia a demone ꝯñs eſt contra illud qḋ habetur in tertio libro regū de prophetis Baal. igitur ſolutio nulla. ſequela patet: qꝛ dñs mediantibꝰ angelis bonis reuelat: ⁊ non mediantibus malis. Ad hanc replicā rñdetur concedendo ſequelā loquendo de propheta abſolute ⁊ negando minorē. Nā in tertio libro nō vocantur abſolute prophete: ſed cū iſto addito Baal ꝙ eſt determinatio diminuens ⁊ diſtrahens. Et ſi replices tunc tales prophete Baal ſemper dicerent falſum. Naʒ demō mendax eſt ⁊ pať mendatij. Ad hoc rñdet Beda ꝙ nulla eſt falſa doctrina que non aliq̄ñ aliqua vera falſis intermiſceat. ⁊ ita facit demō alias nunquā crederetur ei.

¶ Contra quartā concluſionē arguitur ſic. ſi prophetia eſſet de futuro tunc poſſet eſſe falſa. Sed hoc eſt abſurdū. igitur prophetia nō eſt de futuro. maior ptʒ: qꝛ futuꝝ cōtingēs poteſt non euenire. Ad hoc facile rñdetur ꝙ iſta duo non ſtant ꝙ ſit prophetia ⁊ aliter eueniat. immo ſi aliter euenit iaʒ non eſt prophetia. Contra iſtā ſolutionē arguitur yſayas ꝓpheta ꝓphetiʒauit. d. rege eʒechie diſpone domui tue. qꝛ morieriſ tu ⁊ nō viues. vt habetur yſaye. 38. ⁊ in. 2. ca. 4. regū ⁊ aliter euenit: ergo ſolutio nulla. Ad hanc replicam rñdeť. vno mō ꝙ talia verba erāt cominatoria ⁊ itelligebātur cū niſi ageret penitētiā. Alio mō rñdetur ⁊ melius iudicio meo ꝙ yſayas ſolū intēdebat per illa verba ꝙ rex Eʒechias

non poterat naturalit̄ euadere mor-
tem. ⁊ hoc erat verꝝ. Nā dñs deꝰ mi
raculoſe ⁊ per medicinā ꝯtrariā cu-
rauit eum.

Queritur ſexto circa eādē. d.
Utrū ad ꝓphetiā requirat̄ diſpo-
ſitio naturalis ⁊ bonitas moꝝ. Ad
hanc difficultatē rñdetur per. 2. con
cluſiões. quaꝝ ṗma eſt iſta. Ad pro
phetiā non requiritur diſpoſitio na
turalis. iſta ꝯcluſio probatur autori
tate diui gregorij. d. in homel'. pen-
thecoſtes. ſpūſſanctꝰ implet citare-
dū pueꝝ ⁊ pſalmiſtā facit. īplet pa-
ſtorē armentoꝝ ciclho moros vellicā
tem: ⁊ ꝓphetā facit. probatur etiā
rōne dñs deus in agendo nō pre exi
git materiā neqꝫ aliquā materie diſ
poſitionē: ſꝫ oīa ſimul pōt produce-
re: ergo non requiritur aliqua natu-
ralis diſpoſitio ad ꝓphetiaꝫ. Scđa
ꝯcluſio eſt iſta ad ꝓphetiā non re-
q̄ritur bonitas moꝝ. iſta ꝯcluſio ptꝫ
habetur Mat. 7. ca. ꝙ ſaluator nr̄ re
ſpondebit in die iudicij illis q̄ dicūt
Dñe nōne in noīe tuo ꝓphetauimꝰ.
nunqꝫ noui vos. ſed dñs cognoſcit
oēs oues ſuas. ⁊ oues ſue ſunt bone
⁊ ſolū tales. ergo multi ſunt ꝓphe
te qui nō ſunt boni. ⁊ per ꝯñs boni-
tas moꝝ nō req̄ritur ad ꝓphetiā.
ptꝫ etiā exēplī de rege Saule ⁊ Ba
laā ⁊ multis alijs malis ꝓphetis.

Cōtra primā ꝯcluſionē argr̄
ſic: ſi aliqs careret lingua ⁊ vſu rō-
nis propter irā vel vehemētē ꝯcupi
ſcentiā talis nō poſſet ꝓphetiꝫare
ergo requiritur naturalis diſpoſitio
añs probatur talis ira vel concupi-
ſcentia vehemēs ſiue defectꝰ rōnis
impedit ne ꝓpheta ꝓphetizet: er-
go hō hñs aliquē iſtoꝝ defectuū ne-
quit ꝓphetiꝫare. Ad hoc argumē-
tum rñdetur negando añs: ⁊ ad pro
bationē dicitur. ꝙ quāuis illud īpe-
diet reſpectu operatiōis procedētis
ab agente naturali. non tñ reſpectu
operationis emananti a dño deo: q̄
oīa pōt ſimul reparare ⁊ infundere.

Scđo arguitur contra ſcđaꝫ
concluſionē ſecreta non reuelantur:
niſi amicis dei: ſed mali hoīes ſunt
inimici dei. ergo impoſſibile eſt ali-
quē malū hoīem eſſe ꝓphetā veꝝ
mai. probatur ſaluator nr̄ Joan. 15.
inquit: vos aūt dixi amicos: q2 oīa
quecunqꝫ audiui a patre meo nota
feci vobis: ergo ſecreta nō reuelant̄
niſi amici dei. Ad hoc argumētū rñ
detur negando maiorē: ⁊ ad ꝓbatio
nem negatur ꝯñā: rō eſt. Nā non in
conuenit ꝙ aliqua pauca reuelentur
malis ꝓphetis. Cōtra iſtā ſolutio
nem arguitur phs ait in lib. de ſom-
no ⁊ vigilia: ꝙ ſi diuinatio ſomnioꝝ
eſt a dño deo incōueniens eſt eā im-
mittere qbus lꝫ ⁊ nō optimis viris
ergo ſolū boni viri ſūt ꝓphete. im
mo optimi. Ad hāc replicā rñdet̄ ꝙ
autoritas phi eſt intelligenda nō de
optimis viris ſimpliciter: ſꝫ de op-
timis vel optime diſpoſitis. quo ad
hoc ꝙ in eis cōicetur. ꝓphetia.

Queritur ſeptimo circa eā-
dem diſtinctionē. An viſio ꝓphe-
tica ſemper fiat cuꝫ abſtractione a
ſenſibus. Pro huius queſtionis de
claratiōe eſt notādū ꝙ quadrifariā
ꝓphetica reuelatio accipitur. vno
modo ſcđm influxū intelligibilis lu

minis per qđ lumen poteſt prophe ta diſcernere ⁊ iudicare de rebus q̄d ſignificent ⁊ quis ſit ſenſus eaꝝ. et iſtud lumen habuit caſtiſſimus Ioſeph. q̄ñ interpretatꝰ eſt ſomnia regis Pharaonis vƺ ſomniũ.7.boũ pinguiũ: ⁊.7.macroꝝ: ⁊ ſõniũ.7.ſpicaꝝ pulcherrimaꝝ: ⁊.7.ſteriliũ. Secundo modo poteſt accidere per immiſſionẽ ſpecieꝝ intelligibiliũ: ſicut habuit eggregius propheta: vt ipſemet teſtatur in.27.capi.2.regum. Tertio modo ſcd̃m impreſſionẽ formaꝝ imaginabiliũ. vt patet de Nabuchodonoſor qui vidit ſtatuã: cuiꝰ caput erat aureum. ⁊ Pectus: ⁊ brachia argentea vẽter ⁊ femora ex ere pedum quedã pars ferrea: q̄dã autẽ terrea: vt habet̃ Danie.2.ca. Quarto modo ſcd̃m expreſſionẽ formarũ ſenſibiliũ vt patet de rubo quẽ vidit Moyſes vt habetur. exodi.3.capite Iſto notato reſpondetur per concluſiões quaꝝ prima eſt iſta. Prophetica reuelatio que fit per ſpẽs intelligibiles fit ſine abſtractione a ſenſibus. iſta cõcluſio patet de regio propheta: ⁊ de Moyſe qui habebãt prophetias ſcd̃o modo ⁊ non erãt alienati a ſuis ſenſibus. Scd̃a cõcluſio eſt iſta prophetia ſcd̃m impreſſionẽ formaꝝ imaginabiliũ fit cũ abſtractione a ſenſibus. iſta concluſio patƺ de yſaya: Hieremia: ⁊ Ezechiele ꝑphetis. Tertia concluſio eſt iſta prophetia: ſcd̃m impreſſionem formaꝝ imaginabiliũ fit ſine abſtractione a ſenſibus. iſta concluſio patet tũc ſenſus operantur: ergo talis prophetia non fit cũ alienatione a ſenſibꝰ. Quarta concluſio eſt iſta prophetia que fit per lumen intelligibile fit ſine abſtractione. iſta cõcluſio ptƺ de Daniele propheta q̄d declarauit regi Nabuchodonoſori quid ſignificabat illa ſtatua quã vidit in ſomnis. Similiter declarauit ⁊ legit illã ſcripturam. ſcilicet mane tacel phares regi Baltaſari.

Contra iſtas cõcluſiones arguitur ſic habetur numeri.12.capite. Si quis fuerit inter vos ꝓpheta dñi in viſione: apparebo ei vel per ſomniũ loquar ad illũ. ſed talis viſio vł loquutio per ſomniũ eſt alienatio a ſenſibus: igitur ſemper ꝓphetia fit cum abſtructione a ſenſibꝰ. Ad hoc argumentũ r̄ſidetur q̇ dñs ibi loquebatur de prophetis ꝯmunibus ⁊ nõ de maioribus: ⁊ regulariter tales ꝓphete alienant̃ a ſenſibus. Contra iſtã ſolutionẽ arguitur maiores prophete ſemper alienantur. ergo ſolutio nulla. añs probatur q̄ñ vna potẽtia aduertit circa ſuũ obiectum alia abſtrahitur a ſuo obiecto: ſƺ in viſione prophetica intellectꝰ maioris ꝓphete multũ aduertit circa viſioneƺ ſiue reuelationẽ: ergo alia potentia ſcƺ ſẽſitiua abſtrahitur a ſuo obiecto Ad hanc replicaƺ r̄ſidetur negando añs ⁊ ad probationẽ negatur maior ⁊ ſi probes per pℏm. d. pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus: hoc habet veruƺ q̄ñ talis potentia mouetur a ſuo obiecto ⁊ a ſeipſa ſecus eſt ſi moueatur a p̄ma cauſa cõfortante ipſam potentiã. Cõtra iſtã ſolutionẽ arguitur: impoſſibile eſt ſimul idem ad oppoſita ꝯuerti: ſƺ in reuelatione prophetica mens con-

uertitur ad ſuperiora: ergo non poteſt ſimul conuerti ad ſenſibilia: et per conſequens ſemper abſtrahitur a ſenſibus. Ad hanc replicam reſpondetur quod maior haberet verum ſi moueretur potentia a ſe ipſa ſecꝰ qñ mouetur a dño deo ꝛ mediātibus rebus ſenſibilibus. Nam tūc per ſenſibilia ꝛ viſibilia huius mundi intelligit inuiſibilia alterius mūdi: vt inquit apoſtolus ad romanos primo capitulo.

¶ Queritur octauo circa eādē diſtinctionē que prophetia eſt nobilior ꝛ altior illa que fit per viſionem intellectualē: vel illa que fit per imaginariā vel illa que fit per viſionem intellectualē tm̄. Pro huiꝰ queſtionis intelligentia eſt notandū ꝙ nobilitas medioꝝ ordinatorum ad aliquem finē maxime attēditur ex iſto fine. finis aūt prophetie eſt manifeſtatio veritatis ſupra hoīeȝ exiſtis. vnde quāto talis manifeſtatio ē melior ꝛ maior tanto prophetia eſt nobilior ꝛ excellentior. modo notū eſt ꝙ manifeſtatio diuīe veritatis que fit per nudā contēplationē ipſiꝰ veritatis nobilior eſt illa que fit per ſimilitudinē reꝝ corporaliū. Iſto notato ponitur concluſio reſponſiua. Prophetia que fit ſolū per intellectualē viſionē nobilior ꝛ maior eſt alia prophetia. iſta concluſio patet talis prophetia magis apropiquat ad viſionem patrie ſecundum quā in verbo diuino veritas cōtemplatur: igitur concluſio vera. Inſuper Regius propheta laudat ſeipſum: ideo quia habuit prophetiam que ſolum fit per intellectualem viſionem. di. enim in. 23. capitu. ſecūdi. regum dixit vir cui conſtitutū eſt de xp̄o dei Jacob egregiꝰ pſaltes in iſrael ſpiritus dñi loquutus eſt ꝑ me ꝛ ſermo eius per linguā meam dixit Deus Iſrael mihi loquutus eſt fortis Iſrael dominator hoīum: ſicut lux auroꝛe Oriente ſole mane abſq; nubibus rutilat: igitur concluſio vera.

¶ Contra iſtam concluſionem arguitur ſic autoritate Auguſtini. di. in. 12. libro ſuper Geneſim minor eſt propheta qui rerum ſignatarum ſolo ſpiritu videt imagines: ꝛ maior ē qui ſolo intellectu earum eſt preditꝰ ſed maxime propheta eſt qui ī vtroq; precellit: ꝛ hec eadem autoritas habetur in glo ſuper illud. 14. capi. prime ad corinthios. ſcilicet ſpiritꝰ loquitur miſteria: igitur cōcluſio falſa. Ad hoc argumentū reſpondetur ꝙ Auguſtinus intelligit de prophetia que fit per ſimilitudines nō aūt de illa que fit per ſpecies intelligibiles. Contra iſtam ſolutionem argr̄ Hieronymꝰ in prologo galeato diſtinguit prophetas contra agiographos et inter vltios ponit Dauid: igitur concluſio falſa. conſequentia tenet. qꝛ ſi prophetia que fit ſolum per viſionem intellectualeȝ eſſet nobilior altera prophetia non enumeraſſet diuus hieronymus inter agiographos Dauid. ſed inter prophetas. Ad hanc replicam reſpondetur quod diuus hieronymus capit prophetam ſtricte. ſcilicet ꝑ illo qui hȝ viſionem imaginariam ꝛ non habet

viſionem intellectualē: ꝛ ideo non
enumeratur dauid īter prophetas.

¶ Contra iſtā ſolutionē arguit
dioniſiꝰ in pꝛimo cap. celeſtis ierar
chie inquit īpoſſibile eſt nobis ſup
lucere diuinū radium niſi varietate
ſacroꝝ velaminū circūuelatū3: ſed
ꝓphetica reuelatio fit ꝑ imiſſionē di
uini radij. ğ neqt eē ſine phātaſma
te: ſiue ymaginaria viſione ipa pro
phetia: ꝛ per ꝯñs nulla eſt prophe
tia que ficit ſolum per intellectualē
viſionem. Ad hanc replicā rñdetur
negādo ꝯñam: ꝛ rō eſt: qꝛ l3 prophe
tia que ſolū fit ꝑ intellectualē viſio
nem ſit enigmatica ꝛ obſcura reſpe
ctu viſiōis patrie: ē tñ clarioꝛ ꝙ ſit
illa q̄ fit per ymaginariā viſionem:
ſiue ꝑ ſimilitudinē fantaſmatum.

¶ Queritur nono circa eande3
diſtin. qualiter diuiditur prophetia
Pro huius queſtionis intelligētia
preſupponendū eſt illud qđ. d. phi
loſophus noſter in ſcđo ethicoꝝ. ſ.
ꝙ habitus diſtinguūtur per actus ꝛ
actus ꝑ obiecta: ꝛ ideo ſpecies pro
phetie debent ſūmi penes obiecta:
vnde duplex eſt obiectu3 prophetie
ſc3 abſolutū: ꝛ conditionatū: videl3
niſi cōuertātur vel perſeuerēt. Iſto
notato rñdetur ad queſtionē ꝑ vna3
cōcluſione3 q̄ talis eſt due ſunt ſpēs
prophetie. ſ. prophetia preſciētie ꝛ
prophetia cōminationis: iſta cōclu
ſio ꝓbatur ſolū ſunt duo obiecta. ſ.
obiectū abſolutū ꝛ obiectū cōditio
natum: ergo ſolum ſunt due ſpecies
prophetie. Cōtra iſtā ſolutione3 ar
guitur: in gloſa ſup mattheū ponit
triplex ꝓphetia. ſ. ꝑdeſtinatiōis pro
phetia preſcientie ꝛ prophetia cō
minationis: ergo plures ſunt ponē
de ſpecies ꝙ due. Ad hoc argumen
tum rñdetur ꝙ prophetia predeſti
nationis cōprehēditur in prophetia
preſciētie. Nā preſcientia eſt ta3 re
ſpectu predeſtinatoꝝ ꝙ reproboꝛu3
quāuis preſcitꝰ ſumat in malā par
tem. ſ. pro reprobo. Cōtra iſtā ſolu
tionem arguitur ſicut aliqđ prophe
tizatur ꝑ cōminatione3: ita etiā per
ꝓmiſſionē: ergo ſicut ponit vna ſpe
cies prophetie que dicitur cōmina
tiōis ita deb3 poni vna ſpecies pro
phetie q̄ dicatur ꝓphetia promiſſio
nis. Ad hāc replicā rñdetur ꝙ pro
phetia promiſſionis cōprehenditur
ſub prophetia comminationis: na3
prophetie promiſſionis obiectū eſt
cōditionatū. Cōtra iſtā ſolutionē ar
guit autoꝛitate yſidoꝛi in li. ethimo
logiaru3 ponentis. 7. ſpecies: igitur
plures ſpēs ſunt ponende quā due.
Ad hāc replicā facile eſt rñdere ꝙ di
uꝰ yſidoꝛꝰ diſtīguit ꝓphetiā ꝑ varios
modos prophetandi: ꝛ non penes
obiectum.

¶ Queritur decimo circa ean
dem diſtin. vtru3 moyſes fuerit exi
mius prophetarū. Pro huius que
ſtionis intelligētia eſt aduertendu3
ꝙ multi ſunt gradꝰ ꝓphetie. ¶ Pri
mus ꝛ infimus eſt qñ aliquis ꝑ lu
men intelligibile dirigit ad ea agē
da que pertinent ad humanam con
uerſationem: ꝛ iſtū gradu3 habuit
ſanſon habet eīm iudicum. 15. irruit
ſpūs dñi in eum: ꝛ ſicut ſolent ad ar
doꝛe3 ignis ligna cōſumi: ita ꝛ vin
cula quibus ligatus erat deſſipata
ſunt ꝛ diſſoluta. Scđus gradus eſt

qñ aliquis per lumen intelligibile illuſtratur ad cognoſcẽdũ aliqua que non excedunt limites naturalis cognitionis: ⁊ iſtũ gradum habuit rex Salomon: habetur enĩ in .4. cap. 3. regũ ꝙ loquutus eſt Salomõ parabolas ⁊ diſputauit ſuper lignis a cedro qui eſt in libano vſqꝫ ad hyſopũ qui egreditur a pariete ⁊ diſſeruit de iumentis ⁊ volucribus ⁊ reptilibꝰ: ⁊ piſcibꝰ. ⁊ hoc habuit ex diuina inſpiratione. Tertius gradus eſt qñ ꝑ lumen intelligibile manifeſtatur aliqua veritas ſupernaturalis per imaginariã viſionẽ in ſomno vel in vigilia. ⁊ iſtũ gradũ habuit Joſeph qñ ſomniauit ꝙ Sol ⁊ Luna: ⁊ .12. ſtelle adoꝛabant ipſum. Similiter Hieremias qñ vidit ollã ſuccenſam per quã ſignificabatur cõbuſtio Hierl'm futura. ⁊ iſte gradus adhuc diuerſificatur ſcd'm diuerſitatẽ ſignoꝝ imaginabiliũ. Nã ſigna maxime expꝛeſſiua intelligibilis veritatis ſunt verba. ideo altioꝛ gradus pꝛophetie eſt qñ pꝛopheta audit verba expꝛimentia intelligibilẽ veritatẽ quã videndo imagines repñſentatiuas aliquarum reꝝ. Pariformã diuerſificatur iſte gradus ex parte loquentis. Nã altioꝛ eſt gradꝰ ſi videtur loquẽs in ſpẽ angeli: quã in ſpẽ hoĩs. ⁊ altioꝛ ẽ gradus ſi videatur loquens in ſpẽ dei. ſicut vidit yſayas vt habetꝛ yſaye. 6. ca. quã in ſpẽ hoĩs vel angeli. Quartus gradus eſt qñ manifeſtatꝛ veritas ſupnaturalis abſqꝫ imaginaria viſione: ⁊ ſi talis manifeſtatio fiat immediate in ipſa eſſentia diuina que manifeſtatur ipſi creature rõnali eſt altiſſimꝰ gradꝰ inter oẽs gradus pꝛophetie. Et ſi arguas cõtra iſtos gradus: vnus ⁊ idẽ pꝛopheta habet .2. ⁊ .3. gradꝰ pꝛophetie: vt patet de Salomone. ergo tales gradus non diſtinguuntur: negatur ↄña: ⁊ rõ eſt: qꝛ lꝫ iſti gradus diſtinganꝛ ſpẽ non tñ cõtrariantur quin poſſint cõpetere vni ⁊ eidẽ pꝛophete.

Iſtis notatis reſpondetur affirmatiue ad queſtionem. Jſta cõcluſio pꝛobatur autoꝛitate ſacre pagine habetur enim deuteronomij vltimo capitulo. Non ſurrexit vltra pꝛopheta in iſrael. ſicut Moyſes et rõne pꝛobatur ſolꝰ Moyſes cognouit veritates ſpirituales immediate in ipſa eſſentia teſte Auguſt. in lib. de videndo deũ ad paulinũ: ⁊ in .12. ſuper Geneſim. ergo ſolꝰ Moyſes habuit altiſſimũ gradũ pꝛophetie: ⁊ per ↄñs Moyſes eſt eximius ꝓpheta꜌. iſuper habuit imaginariã viſionem ad nutũ ſuũ ⁊ videbat loquentem vigilando in ſpẽ dei. Nã exodi 23. habetur ꝙ loquebatur ei dñs facie ad faciẽ ſicut ſolet loq̃ hõ ad amicum ſuũ. igitur ↄcluſio vera.

Cõtra iſtã concluſionẽ argꝛ autoꝛitate glo. ſuper pſalteriũ. d. ꝙ Dauid dicitur pꝛopheta per excellẽtiam. ⁊ qñ audimus pꝛopheta dicit hoc intelligimus dauidẽ ⁊ nõ Moyſen. igitur Dauid eſt maioꝛ pꝛopheta ꝙ̃ Moyſes. Ad hoc argumentuꝫ rñdetur negando ↄñam ⁊ rõ eſt: qꝛ Dauid habuit vnã excellentiã. ſ. q̃ꝫ clarius ⁊ copioſiꝰ cognouit ⁊ expreſſit miſteria incarnatiõis: ⁊ paſſiõis: ⁊ reſurrectionis: ⁊ aſſenſionis xp̃i: ⁊ miſſiõis ſpũſſancti: quã aliqs alius

pphета: idcircō apud nos xpicolas
ppt illā excelētiā: quō. d2 ppheta. d.
hoc intelligimus regiū prophetaꝫ
ſed i rei veritate moyſes fuit maioꝛ
vt probatū eſt in cōcluſione. Scdo
arguitur ſic ioānes baptiſta fuit ma
ioꝛ ꝙ moyſes igitur cōcluſio falſa:
aſis patet autoritate ſaluatoris. d.
matthei. 7. inter natos mulierū nō
ſurrexit maioꝛ ioanne baptiſta. Ad
hoc argumentū facile rñdetur: ꝙ cō
cluſio intelligitur de prophetis anti
que legis: modo ioānes baptiſta ex
pectat ad nouū teſtamentum.

¶ Tertio arguit̃ ſic: ſi Moyſes
eſſet propheta eximius ideo qꝛ cog
nouit multas veritates ſupnales vi
dendo eſſentiā diuinā ſequeretur ꝙ
oēs angeli ꝛ oēs beati eſſent pphe-
te: ꝯñs eſt falſum igitur: ſeqla pro-
batur oēs angeli ꝛ oēs beati cognoſ
cūt multas veritates ſupernales vi
dendo eſſentiā diuinā: ergo oēs an-
geli ꝛ oēs beati ſunt prophete: iam
probatur falſitas ꝯñtis teſte apoſto
lo pme ad corīthios prophetie eua-
cuabuntur in patria: ergo angeli ꝛ
beati nō ſunt prophete. Ad hoc ar-
gumentū rñdetur ꝙ difficultas ſo-
lum eſt ad nomē: nā ſi ad prophetā
reqratur ꝙ ſit viatoꝛ tūc nullus an-
gelꝰ erit propheta: ſi vero ſufficiat
ꝙ cognoſcāt veritates ex reuelatiōe
diuia tūc oēs angeli ꝛ beati ſunt pro
phete: ꝛ maxie: qꝛ de ſaluatore nro
ſimpliciter cōcedimꝰ ꝙ fuit prophe
ta attñ aia eius in primo inſtāti ſue
creationis fuit beata.

¶ Undecimo queritur circa eā
dem diſtin. vtrū deſperatio ſit gra-
uioꝛ preſumptione. Pro huiꝰ diffi-
cultatis intelligētia eſt aduertendū
ꝙ teſte philoſpho nro oppoſita ha-
bent fieri circa idem ſubiectū ꝛ pre-
ſumptio: ꝛ deſperatio opponuntur
ſpei q̄ ſubiectatur in volūtate: ideo
deſperatio ꝛ preſumptio in volūta-
te debent collocari.

¶ Cōtra hoc notabile arguitur
deſperatio eſt collocāda in potētia
intellectiua: igitur notabile falſum:
añs probatur ille q̄ deſperat negat
infinitatē dei: ꝛ oipotētiā: iuxta illō
geneſis. 4. cap. maioꝛ eſt iniquitas
mea ꝙ vt veniā merear: ergo deſpe
ratio eſt collocanda in intellectu.
Ad hoc argumentū rñdetur ꝙ deſ-
perās nō negat niſi in particulari. ſ.
reſpectu ſui ipſius ꝛ nō reſpectu oiū.
Cōtra iſtā ſolutionē arguit̃: deſpe-
rans incidit in hereſim nouitianorū
qui dicūt peccata nō remitti poſt ba
ptiſma: ergo deſperatio pertīet ad
intellectū. Ad hanc replicā rñdetur
negādo ꝯñam. Inſup proprie non
incidūt deſperātes in hereſiꝫ noui-
tianoꝝ: nā nouitiāi dicūt nulla pec-
cata remitti poſt baptiſma: ſed deſ-
perās ſolū credit de pctis ſuis ꝙ nō
poſſit remitti propter eoꝝ grauitateꝫ
ꝛ multitudinē: ſed bñ credit ꝺ pctis
alioꝝ ꝙ remittuntur. Iſtis notatis
rñdet̃ per talē cōcluſionē. ſ. deſpera
tio eſt grauioꝛ preſumptiōe: iſta cō-
cluſio pbatur maioꝛ iniuria fit deo
per deſperationē ꝙ per preſumtio-
nem igitur deſperatio eſt grauioꝛ:
Inſup oēs doctores dicūt ꝙ male-
dictꝰ iudas grauiꝰ peccauit deſperā
do ꝙ pdēdo xpm igit̃ ꝯcluſio ꝟa.

¶ Cõtra iſtã cõcluſionem arguitur ſic deſperatio non eſt peccatum: ergo non eſt grauius peccatum quã preſumptio: ꝛ per ꝯñs cõcluſio falſa: añs probat illud qḋ emanat ex bona radice non eſt peccatũ: ſed deſperatio emanat a bona radice: ergo deſperatio nõ eſt peccatũ: minor probatur deſperatio emanat ex horore ꝛ multitudine peccatoꝝ ergo emanat a bona radice. Ad hanc replicam rñdetur negãdo añs ꝛ ad probationem diſtinguitur maior vel directe ꝛ ſic cõceditur illa ꝛ negatur mior vel indirecte ꝛ ſic negatur illa maior nõ enim incõuenit ꝙ ex virtutibus oriatur indirecte peccatũ: imo multoties oritur ſupbia indirecte: ꝓportionabilr eſt intelligẽda illa autoritas ſaluatoris. Matth.7.d.ſ.nõ põt bona arbor malos fructus facere.ſ.directe: ſed indirecte ꝛ occaſionaliter bene põt. Cõtra iſtã ſolutionem arguitur omne pc̃m eſt cõuerſio creature ad cõmutabile bonum: ſed deſperatio nõ eſt cõuerſio creature ad cõmutabile bonũ ergo deſperatio nõ eſt peccatũ: minor patet quia deſperãs tendit ad ſui a nihilationem. Ad hãc replicã rñdetur diſtinguẽdo minorem vel intelligẽdo de vero bono cõmutabili ꝛ ſic cõceditur illa ꝛ negatur ꝯña vel intelligendo de bono apparẽti ꝛ ſic negat illa. Contra iſtã ſolutionem arguit deſperatio in damnatis nõ eſt peccatum: ergo nulla deſperatio eſt peccatũ ꝯña tenet: quia nõ videtur potior ratio de vno quam de alio. Ad hanc replicam reſpondetur diſtinguendo añs vel intelligẽdo de peccato non imputabili ꝛ ſic negat illḋ vel de peccato imputabili ad nouam penã ꝛ ſic cõceditur illud: ꝛ negatur ꝯña: ꝛ ad probationem nego: ꝙ non ſit potior ratio: imo diſcrimen eſt latum: quia dãpnati ſunt extra ſtatum merẽdi ꝛ demerẽdi nõ aũt viatores

¶ Secũdo arguitur ſic nullus poteſt deſperare: ergo cõcluſio preſupponit falſum: añs patet nullus poteſt nolle beatitudinem: ergo nullus poteſt deſperare: ꝯña tenet qr nihil aliḋ eſt deſperare ꝙ̃ nolle beatitudinem. Iam probatur añs teſte philoſopho in pmo cap. primi ethicorũ omnia bona appetunt: ſed beatitudo eſt ſupremũ bonũ: ergo ſumme appetitur ꝛ deſideratur ꝛ ꝑ ꝯñs nemo põt nolle beatitudinem. Hoc argumentum petit vnam difficultatem. ſ. an volũtas poteſt nolle obiectum preſentatũ ſub omoda ratione boni: ꝛ ſunt due opiniones circa iſtã difficultatẽ de quibus late videbitur in ſcḋo ſententiarũ: ſcḋm opinionem antiquorũ oportet dicere ad argumẽtum: ꝙ ad hoc ꝙ aliquis deſperet ſufficit ꝙ iudicet ꝙ beatitudo ſit ſibi ipoſſibilis vel ꝙ iudicet ꝙ dãpnabitur. Scḋm opinionẽ inuincibilis doctoris facile eſt reſpõdere ad argumentũ. ſ. ꝙ volũtas poteſt nolle beatitudinẽ: ꝛ ad pḃm reſpondetur ꝙ ipſe procedit de appetitu naturali ꝛ non de libero.

¶ Tertio argr̃ ſic pſumptio nõ eſt pctm̃ igit ꝯcluſio falſa: añs pbat per preſumptionẽ nullus exaudit: ſed iudith fuit exaudita ꝑ preſumptionẽ igit preſumptio nõ eſt pctm̃

mi. ptꝫ habetur Judith. 6. cap. exaudi me miſerã deprecantem: ⁊ de tua mĩa preſumentẽ. ⁊ fuit exaudita: vt habet in eodẽ ca. igit. Ad hoc argumẽtũ rñdet negãdo aññs. ⁊ ad probationẽ negatur minor: ⁊ ad probationẽ dicitur ꝙ li preſumentẽ illic tãtum vꝫ ſicut ſperantẽ. Nã deſideriũ humanũ ſi conſideretur non habito reſpectu ad miam ⁊ bonitatẽ dei vr̃ preſumptio quantuncũꝙ ſit rectũ. Contra iſtã ſolutionẽ arguitur illud quod diminuit peccatũ non eſt peccatuꝫ: ſed preſumptio diminuit peccatũ. igitur non eſt peccatũ preſumptio minor ptꝫ autoritate magiſtri in. 22. d. 2. ſñiaꝝ dicentis ꝙ Adã minus peccauit. q2 ſub ſpe venie peccauit. Ad hanc replicã rñdetur negando maiorẽ: ptꝫ inſtantia de ignorantia craſſa que eſt peccatũ ⁊ diminuit peccatum. nam excuſat a tanto: ſed nõ a toto.

Duodecimo ⁊ vltimo queritur circa eandẽ diſt. Utrũ dñs deus poteſt alicui viatori reuelare ſuã dãnationẽ. Pro huius queſtionis enodatione eſt notandũ: ꝙ duplex ẽ reuelatio. ſ. exterior ⁊ interior. Reuelatio exterior eſt illa que fit per verba vel per aliq̃ ſigna exteriora. Reuelatio iterior eſt qñ cauſatur a dño deo aſſenſus alicuius ꝓpoñis ſiue veritatis in aĩa viatoris. Iſtis notatis rñdetur ad q̃ſtionẽ per. 2. ꝯcluſiones: quaꝝ prima eſt iſta dñs de⁹ ſm legẽ ſuã poteſt reuelare reuelatiõe exteriori alicui viatori ſuã dãpnatiõnem. iſta concluſio probatur. Jam ꝓñs deus reuelauit: ergo a fortiori poteſt reuelare: aññs patet Joan. 8. ſaluator noſter reuelauit phariſeis ſuã dãpnationẽ. dicẽs in pctis vr̃is moriemini. Silr Mathei. 26. reuelauit maledicto iude. d. ve aũt hoĩ illi per quẽ filius hoĩs tradetur bonum erat ei. ſi hõ ille natus non fuiſſet. Scða ꝯcluſio eſt iſta dñs de⁹ nõ põt alicui viatori reuelare reuelatione interiori ſuã dãpnationẽ ſcðm legem ordinatã. bene tñ põt de potẽtia abſoluta. Prima pars huius cõcluſionis patet ſequeretur dato oppoſito ꝙ dñs deus obligaret viatorem ad impoſſibile: ꝯñs eſt contra illud Hierony. anathema ſit. quicũꝙ dixerit deũ obligare creaturã ad impoſſibile. igitur prima pars vera ſequela probatur dato tali viatore q̃ habet aſſenſum firmũ reſpectu ſue dampnationis talis tenetur ſcðꝫ legem dei ſperare beatitudinẽ. ⁊ non poteſt ſperare beatitudinẽ ſtante tali iudicio reſpectu ſue dampnatiõis ergo obligatur ad impoſſibile. Secunda pars patet quicquid non iplicat contradictionẽ deus põt facere de potentia abſoluta. ſed nullã iplicat contradictionẽ deũ reuelare alicui ſuã dãpnationẽ reuelatione interiori ſecluſa lege. ergo ſcða pars cõcluſionis vera.

Contra ambas concluſiões arguitur ſic. non eſt potior. rõ ꝙ de⁹ reuelet reuelatione exteriori quam interiori alicui ſuã dampnationem de potentia ordinata. ergo ſi vnum poteſt de⁹ ⁊ aliud. Ad hoc argumẽtum rñdetur negando aññs. ⁊ rõ eſt: q2 reuelatiões exteriores intelligũ-

tur conditionaliter: ⁊ aſſenſus circa
tales cōditionales nō repugnāt ac-
tui ſpei: reuelatiōes aūt interiores
ſunt cathegorice: ⁊ abſolute ⁊ repu
gnāt actui ſpei. ¶ Cōtra iſtā ſolutionē
arguitur iudas tenebatur aſſentire
illi. ſ. bonū erat ei ſi nat⁹ non fuiſſet
⁊ tale iuditiū repugnabat actui ſpei
igitur ſolutio nulla: maior patet iu-
das ſciebat xp̄m dixiſſe illā verita-
tez: ergo tenebatur aſſentire illi. Ad
hanc replicā reſpōdetur q̄ iudas nō
tenebatur aſſentire illi niſi ſub hac
conditione. ſ. ſi non ageret peniten-
tiam de ſuis peccatis: nā ſemper ta
les reuelationes ſiue comminatio-
nes exteriores debent intelligi cōdi
tionaliter vt clare elicitur ex. 35. ca.
ezechielis ⁊ ideo: nulli tali reuela-
tioni debet xp̄icola aſſentire cathe-
gorice: ſed ſubintelligēda ē cōditio.

¶ Scđo arguitur cōtra ſcđam
cōcluſionem ſeq̄retur q̄ poſito tali
iuditio in forte reſpectu ſue dāpna-
tionis nō poſſet ſperare: ɔn̄s eſt fal
ſum: igitur falſitas ɔſītis probatur
poteſt adhuc velle beatitudinē: er-
go poteſt ſperare. Si dicas q̄ non
pōt velle efficaciter: ſed bene ineffi
caciter. ¶ Cōtra hoc arguit̄ q̄uis for-
tes habeat iuditiū ī itellectu ſuo q̄
nō curret: adhuc pōt velle efficacit̄
currere: ergo poſito iuditio reſpectu
ſue dāpnationis pōt velle efficacit̄
beatitudinē. Ad hanc vltimā repli-
cam reſpondetur negando ɔñam: ⁊
ratio eſt: q2 media currēdi non ſunt
in poteſtate fortis media autez bea
titudinis ſunt in poteſtate volunta-
tis fortis.

De charitate qua diligitur
deus ⁊ proxim⁹ que in xp̄o
⁊ in nobis eſt.

Diſtinctio. XXVII.



Um autez
xp̄s fidem
⁊ ſpē nō ha
buerit dile-
ctionem tñ
habuit in-
quātuz hō
tantā. qua
maior eſſe non valet. qui ex cha
ritate eximia aīam poſuit pro a-
micis ⁊ inimicis. Habuit enim
in corde charitatē quā opere no
bis exhibuit. vt exhibitiōis for-
ma nos ad diligendū inſtrueret
Hic aliquid dicendū eſt de cha
ritate. ⁊ modo ⁊ ordine diligen-
di deum ⁊ proximum.

Quid ſit charitas.

¶ Charitas eſt dilectio qua di
ligitur deus propter ſe. ⁊ proxi-
m⁹ propter deū vel in deo. Hec
habet duo mandata vnū perti-
nēs ad dilectionē dei. qđ eſt ma
ximū in lege mandatū. ⁊ alteruz
pertinens ad diligēdum proxi-
mum illi ſimile. Primū eſt. dili-
ges deum ex toto corde. ex tota
mente. ex tota aīa. Quod ſcri-
ptū eſt in Deut. Scđm eſt dili

ges proximū tuum ſicut teipm. In his duobus preceptis tota lex pēdet ⁊ prophete. Finis eñ precepti ē dilectio. ⁊ ea gemina id eſt dei ⁊ proximi eſt.

Si eadē charitate diligitur deus ⁊ proximus.

¶ Hic queritur ſi ex ea ipſa dilectione diligitur deus qua diligitur proximus. An alia ſit dilectio dei. ⁊ alia proximi. Eadem ſane dilectio eſt. Qua diligitur deus ⁊ proxim⁹ q̄ ſpūſſanct⁹ eſt, vt ſupra dictū eſt. quia de⁹ charitas eſt. Uñ aug⁹. Joānes ait Nō poteſt deū diligere quē non videt. qui fratrē quē videt nō diligit. Sed ſi euȝ quē videt hūano viſu ſpūali charitate diligeret videret deū qui eſt ipa charitas viſu interiori quo videri poteſt. Qui ergo fratrē quē videt nō diligit. deū qui eſt dilectio qua caret qui fratrē nō diligit quō pōt diligere. Ex vna eñ eadē q̄ charitate deū proximū q̄ diligim⁹. ſed deū propter deū. nos vero ⁊ proximū propter deū. Si vero eademq̄ charitas eſt dei ⁊ ꝓximi: quare dicitur gemina? Propter duo dilecta. i. deū ⁊ proximū. Et ſi vna ſit charitas. duo tamē diuerſa ea diligūtur. ſ. de⁹ ⁊ hō. vel angel⁹. Pro quo etiā duo ſunt mādata. q2 cum eadeȝ charitas vtroq̄ cōmendetur: diuerſa tñ diligi precipiūtur. Uñ Aug⁹. arbitror ideo ſpm̄ſanctū bis datū. ſemel in terra. ⁊ iterum de celo. vt cōmendarētur nobis duo precepta charitatis. ſ. dei ⁊ proximi. Una ē charitas ⁊ duo precepta vnus ſpūs ⁊ duo data q2 alia charitas nō diligit proximū niſi illa q̄ diligit deum. Qua ergo charitate proximū diligimus ipa deū diligim⁹. Sed q2 aliud eſt de⁹. aliud eſt proxim⁹. ⁊ ſi vna charitate diligūtur. ideo forte duo precepta dicūtur ⁊ alterū maius ⁊ alterū minus. vel propter duos motus qui in mēte gerūtur. dum de⁹ diligitur et proximus. Mouetur eñ mēs ad diligēduȝ deū. mouetur ⁊ ad diligēdū proximū. ⁊ multo magis erga deū quā erga ꝓximū.

De modo diligendi.

¶ Conſequēter modū vtriuſq̄ dilectiōis aduertam⁹. Hec regula vt ait Auguſ. dilectionis diuinit⁹ conſtituta eſt. vt deū ꝓpter ſe ex toto corde et ꝓximum diligas ſicut teipm. i. ad qd̄ ⁊ ꝓpter qd̄ teipm diligere debes. In bono ergo et ꝓpter deum teipm di

ligere debes. In bono ergo diligendus eſt proximus nō in malo ⁊ propter deū. Proximū vero omnem hoiem oportet intelligi. qꝛ nemo eſt cū quo ſit operādu; male. Qui ergo amat homines vel qꝛ iuſti ſunt. vel vt iuſti ſint amare dꝫ. hoc eſt ī deo vt propter deū. Sic eti ⁊ ſeipſum amare debet. ſ. in deo vel propter deum. i. qꝛ iuſtus eſt vel vt iuſtus ſit. Qui enim aliter ſe diligit. iniuſte ſe diligit. qꝛ ad hoc ſe diligit vt ſit iniuſtꝰ. Ad hoc ergo vt ſit malus: nō ergo iam ſe diligit. Qui eīm diligit iniquitatem odit animā ſuam. Modus ergo diligendi precipiēdꝰ eſt homini. i. quomō ſe diligat: ⁊ proſit ſibi Qui aūt ſe diligat. ⁊ ꝓdeſſe ſibi velit: dubitare de mentis eſt. Modus autē precipitur cū ait. ſicut te ipm vt proximū diligas ad quod te ipm. Si ergo te non ꝓpter te diligere debes: ſed ꝓpter illum vbi dilectionis tue rectiſſime finis eſt: non ſuccenſeat alius aliquis homo: ſi ⁊ ipſu; ꝓpter deū diligis. Huiꝰ dictionis modum veritas inſinuat dicens. Mandatu; nouū do vobis vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. i. ad qđ dilexi vos ſcꝫ vt filij ſitis ⁊ vitam habeatis.

De modo diligendi deum.

¶ Dilectionis aūt dei modus inſinuat cū dicit: ex toto corde: id eſt ex toto intellectu: ex tota anima. i. ex tota voluntate: ex tota mente. i. memoria. Ut oēs cogitatiōes ⁊ oēm vitam ⁊ oēm intellectum in illum conferas a quo habes ea que confers. Hec dicens nullam partē vite noſtre reliquit q̄ vacare debeat: ſꝫ quicqđ venerit in aīm: illuc rapiatur quo dilectiōis ipetꝰ currit: ⁊ diligere deū ꝓpter ſe modꝰ eſt diligēdi ꝓpt deū: ⁊ ſunt iſti duo modi diligēdi deū vt qbuſdā placet.

De impletōne illiꝰ mādati

¶ Illud aūt preceptum nō penitus implet ab hoie in hac mortali vita: ſꝫ ex parte non ex toto. qꝛ ex parte diligimus ſicut ex parte cognoſcimus. In futuro aūt implebit ex toto. Unde Auguſ. Cum ad huc eſt aliquid carnalis cōcupiſcentie: nō omni modo ex tota aīa diligitur deus. Caro aūt nō dicitur concupiſcere niſi qꝛ aīa carnaliter cōcupiſcit. Cū aūt venerit qđ perfectū eſt vt deſtruat qđ ex parte eſt. i. vt iā nō ex parte ſit ſed ex toto: charitas nō auferet ſed augebit ⁊ implebitur. In qua plenitudine illud

preceptem charitatis implebit. Diliges dñm deũ tuum ex toto corde ⁊c. Tunc erit iuſtus ſine peccato: qꝛ nulla erit lex repugnãs menti. Tunc prorſus toto corde: tota aĩa: tota mẽte. Diliges deũ. qđ eſt ſummũ p̃ceptũ.

Que de precepti ratione.

¶ Sed cur precipitur hoĩ iſta perfectio cũ in hac vita eã nemo habeat? Quia nõ recte curritur ſi quo currẽdũ eſt neſciat. Quõ autẽ ſciretur ſi nullis preceptis oſtenderetur. Ecce habes cur illud preceptũ eſt qđ hic penit⁹ impleri nõ poteſt. Impletur tñ ex parte. ſ. ſcđm ꝑfectionẽ vie. Alia eſt eñ ꝑfectio currentis. alia peruenientis. Facit hoc mandatuꝫ vt curſor: qui deũ ante oĩa ⁊ pre oĩbus diligit. nec tñ oĩno ꝑficit.

Quod alterum mandatuꝫ in altero eſt.

¶ Cũ autẽ duo ſunt precepta charitatis. pro vtroq; ſepe vnũ ponitur. nec immerito: qꝛ nec de⁹ ſine proximo nec proximus ſine deo diligi põt. Uñ apoſtol⁹ oẽ mãdatũ legis dicit inſtaurari. i. cõtineri ⁊ impleri in hoc verbo. Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum. Et xp̃s dilectionẽ proximi ſpeciali⁹ ꝯmemorat dicẽs. Mãdatum nouũ do vobis vt diligãtis inuicẽ ſicut dilexi vos. vbi illud maius mandatũ dilectiõis dei videtur pretermiſſum. ſꝫ bñ intelligẽtibus vtrũq; inuenitur in ſingulis. qꝛ qui diligit deũ nõ poteſt eũ contẽnere quẽ de⁹ precipit diligi. ⁊ qui diligit proximũ quid in eo diligunt niſi deũ. Ipſa eſt dilectio ab omni mundana dilectione diſcreta. Quã diſtinguens dñs ait: ſicut dilexi vos. Quid eñ niſi deũ dilexit in nobis: non quẽ habebamus ſed vt haberemus: ſicut medicus egrotos ⁊ quid in eis diligit niſi ſalutẽ: quã cupit reuocare. nõ morbum quẽ venit expellere. Sic et nos inuicẽ diligamus: vt quantum poſſum⁹ inuicẽ ad hñdũ i nobis deũ ex dilectiõe attrahãm⁹

Que caritate diligẽda ſint.

¶ Sed que hac dilectione diligenda ſint. iã inquiramus. Nõ eñ oĩa vt ait Aug. quibus vtẽdum eſt diligenda ſunt ſed ea ſola que vel nobiſcũ ſocietate quadam referuntur in deũ ſicut ẽ hõ vel angelus: vel ad nos relata: beneficio dei per nos indigẽt. vt corpus. quod ita precipiẽdũ eſt diligi: vt ei ordinate prudẽterq; conſulatur.


Irca vigeſimā ſeptimā diſtin. queritur Primo: vtrum charitas ſit vna virtus excellē tiſſima collocanda in volūtate. Pro huiꝰ queſtionis intelligentia eſt notādū ꝙ charitas diffinitur a magiſtro in preſenti diſtin. ſic. Charitas eſt dilectio qua diligit deus propter ſe ꝛ proximꝰ propter deū: ꝛ eſt duplex charitas. ſ. actualis ꝛ habitualis: ſicut fides ꝛ ſpes ꝛ ſicut eſt difficultas inter diuū Thomā ꝛ alios doctores an ſit ponenda fides acquiſita: ꝛ ſpes acquiſita: ita etiā eſt difficultas: an ſit ponenda charitas acquiſita. Nā diuus tho. negat charitatē acquiſitā. Sꝫ doc. ſub. ꝛ noīles oēs ponūt charitatem acquiſitā ꝛ rōnabiliꝰ iuditio meo: nā dabilis ē aliq̄s xpianꝰ: q̄ ferme oīa precepta adīplet preter illud. ſ. non fornicaberis: talis xpianus dās elemoſinā pauperi propter deū ꝛ exercens alia opera pietatis ꝓpter deū diligit deū ꝛ ex talibꝰ frequētatis actibus generatur habitus dilectiōis dei qui eſt charitas acquiſita: ꝙuis non diligat deū ſuper oīa: igitur ponenda eſt charitas acquiſita. Ulterius eſt notādū ꝙ preſupponendū eſt illud qđ dictum eſt ſuperiꝰ ꝙ eſt duplex appetitus. ſ. ſenſitiuus ꝛ intellectiuꝰ: qui dicitur volūtas: ꝛ vtriuſq; obiectū eſt bonum: ſed diuerſimode. Nā obiectū appetitus ſenſitiui eſt bonum per ſenſum aprehenſum. Charitatis autē obiectū nō eſt aliquod bonum ſenſibile: ſed bonū quod ſolo intellectu eſt aprehēſibile. Iſtis notatis rñdetur ad queſtionē per quattuor cōcluſiones, quarum Prima eſt iſta. Charitas eſt virtus: iſta cōcluſio probatur autoritate aurelij auguſtini in libro de moribus eccleſie. d. charitas eſt virtꝰ que cū nr̄a affectione rectiſſima coniungit nos deo qua deū diligimꝰ. Probat etiā rōne charitas habētem pficit ꝛ opus eius bonū reddit: ergo eſt virtus ꝯña tenet a diffinitione phi ad diffinitum. Scđa concluſio eſt iſta: charitas eſt virtus vna ꝛ ſpecialis: iſta cōcluſio patet qꝛ cōnumeratur fidei ꝛ ſpei ab apoſtolo prime ad corin. 13. Probatur etiā rōne charitas habet obiectū diſtinctū ab alijs virtutibus: ergo eſt virtꝰ vna ꝛ ſpecialis. Tertia cōcluſio eſt iſta charitas eſt excellentiſſima oīm virtutū: iſta cōcluſio ptꝫ expreſſa autoritate pauli. d. loco allegato tria hec maior autē horū charitas. Quarta cōcluſio eſt iſta charitas collocāda eſt in voluntate: iſta cōcluſio probatur charitatis obiectū eſt bonū per intellectū apprehēſibile ꝛ non poteſt collocari in appetitu ſenſitiuo quia nō poteſt apprehēdi a ſenſu: nec pōt collocari in intellectu qꝛ obiectū intellectus eſt verū vel falſum ꝛ nō bonū: ergo charitas collocāda eſt in volūtate.

¶ Cōtra primā cōcluſionem arguitur ſic: nulla amicitia eſt virtus oīs charitas eſt amicitia: ergo nulla charitas eſt virtꝰ: ꝯña eſt inclarēt ꝛ maior eſt phi l. 8. ethicoꝝ. Ad hoc

argumētū rñdetur a diuo Thoma ꝙ philoſophus nō negat amicitiam eſſe virtutē: ſed oppoſitū huius cōſtat legenti .8. librum ethicoꝝ: nam expreſſe .d. ꝙ amicitia nō eſt virtus Propterea aliter rñdeo ꝙ philoſoph⁹ loquitur de amicitia humana ⁊ non de amicitia ſupnaturali q̄ eſt hoīs ad deū: qualis eſt charitas. Cōtra iſtam ſolutionē arguitur: oīs virtus eſt habit⁹ accidētalis: ſed charitas nō eſt habit⁹ accidētalis ergo charitas non eſt virtus: minor probatur nullum accidēs eſt perfecti⁹ aīa rationali: ergo charitas nō eſt habit⁹ accidētalis. Ad hanc replicā rñdet a diuo Thoma diſtinguēdo de charitate vel ſcd̄m ſe vel inquātum procedit a ſpū ſancto: ſed mirādum eſt de tali diſtinctiōe. Nā aīa noſtra rōnalis in mediate pcedit a ſpū ſancto Propterea negatur minor ⁊ ad probationē negatur ꝙ charitas ſit ſimpliciter perfectior anima. Immo nulla eſt comparatio inter charitatem ⁊ ipſam aīam rōnalem cū charitas ſit quoddam accidens ⁊ anima ſit ſubſtantia facta ad ymaginē et ſiſitudinē ſctiſſime trinitatis.

¶ Cōtra ſcd̄a3 cōcluſionē argr ſic autoritate diui Hieronimi .d. vt breuiter oīm virtutū diffinitionem cōplectar virtus eſt charitas qua diligitur deus ⁊ proximus: ergo charitas nō eſt virtus ſpecialis. Ad hoc argumentū rñdetur: ꝙ diu⁹ Hieronimus deſcribit virtutē per charitatem. Ideo quia loquitur de virtute perfecta q̄ per charitatem ordinat ad vltimū finem. Contra iſtā ſolutionem arguitur charitas ſe extēdit ad opera oīum virtutum: ergo charitas non eſt virtus ſpecialis: aīs probatur expreſſa autoritate pauli prime ad corin. 13. charitas patiēs benigna. Ad hanc replica3 rñdetur diſtinguendo: aīs vel elicitiue ⁊ ſic negatur illud: nec probatur in tali ſenſu vel imperatiue ⁊ ſic conceditur illud: et ita intelligit Diuus paul⁹ in loco allegato ⁊ negat pña.

¶ Tertio argr ſic contra eandē cōcluſione3 charitas habet duo obiecta diſticta ſpecie: ergo nō eſt vna virtus ſpecialis pña tenet: qꝛ teſte philoſopho in ſcd̄o libro ethicorum habitus diſtinguitur per actus ⁊ actus per obiecta: ⁊ aīs probatur charitas habet deū ⁊ proximū pro obiectis ⁊ deus ⁊ proxim⁹ diſtingunt ſpecie: ergo habet diſtincta obiecta ſpecie. Ad hoc argumentū rñdetur diſtinguendo aīs: vel eque principaliter: ⁊ ſic negatur illud nec probatur in tali ſenſu vel vnu3 principaliter ⁊ aliud ſcd̄ariū ⁊ ſic cōcedit illō ⁊ negatur pña: ⁊ ad probatione3 dico ꝙ philoſophus intelligit de obiectis principalibus ⁊ nō de vno obiecto primario ⁊ alio ſcd̄ario. Cōtra iſta3 ſolutionē arguitur quāuis de⁹ ſit obiectū primarium ⁊ principale charitatis: ⁊ proxim⁹ obiectum ſcd̄3: nihilominus multe ſunt rōnes diligendi deum: ergo charitas non eſt vna virtus: aīs patet vna ratio diligendi deū eſt: qꝛ creauit nos ⁊ alia: qꝛ redemit alia eſt: qꝛ in dies cōfert nobis multa bona igitur varie ſunt rationes diligendi deum. Ad hanc

replicam reſpõdetur ꝙ vnica eſt ratio principalis diligendi deum. ſ. quia eſt ſumme bonus: alie vero rationes ſunt ſecũde ⁊ ſufficit ad hoc ꝙ charitas ſit vna virtus ſpecialis ꝙ ſit vnica ratio principalis diligẽdi deum. Contra tertiam concluſionem arguitur altioris potentie eſt altior virtus: ſed intellectus eſt potentia nobilior voluntate: ergo fides quę ponitur in intellectu eſt nobilior quã charitas quę ponitur in voluntate. Hoc argumentum eſt forte contra diuum Thomam qui tenet intellectum eſſe potentiã nobiliorem voluntate. Sed contra doctores ſubtilem: ⁊ nominales nullo modo militat. Nam doctores ⁊ nominales tenent voluntatem eſſe potentiam nobiliorem intellectu. Sed reſpondendum eſt ſecundum Thomam ꝙ maior intelligitur de virtutibus acquiſitis ⁊ non de infuſis. Secundum vero doctores ſubtiles: ⁊ nominales concedenda eſt maior ſimpliciter: ⁊ neganda eſt minor. Contra iſtam ſolutionem arguitur fides operatur per charitatem: ergo fides eſt nobilior charitate: conſequentia tenet: quia miniſter per quem dominus operatur inferior eſt ipſo domino: ⁊ antecedens patet expreſſa autoritate pauli ad Galatas quinto illud aſſerentis. Ad hanc replicam reſpondetur diſtinguendo antecedens ſcilicet ꝙ fides operetur per charitatem vel tanq̃ per inſtrumentum: ⁊ ſic negatur illud: nec ita capit diuus Paulus vel per aliquid quo ad iuuans ipſam fidem: ⁊ ſic conceditur illud ⁊ negatur conſequentia. Immo charitas omnes virtutes iuuat et dirigit ad vltimũ finẽ.

¶ Queritur ſecundo circa eandem diſtinctionem An charitas ſit forma virtutum. Pro huius queſtionis intelligentia eſt aduertendum ꝙ in moralibus forma actus principaliter attenditur ex parte finis cuius cauſa eſt quia moralium actuum principium eſt voluntas: cuius obiectum eſt quaſi forma ⁊ finis ſemper autem forma actus: ſequitur formã agentis. Quare neceſſariũ eſt in moralibus ꝙ id quod dat actui ordinem ad finem: det ei formam: ⁊ liquet quod per charitatem referuntur ⁊ ordinantur actus aliarum virtutum ad vltimũ finem. ideo charitatis dat formã actibus omnium aliarum virtutũ. Iſto notato reſpondetur affirmatiue ad queſtionem. Iſta concluſio probatur charitas ordinat omnes actus aliarum virtutum ad vltimum finem: ergo charitas eſt forma omnium virtutum.

¶ Contra iſtam concluſionem arguitur ſi charitas eſſet forma omnium aliarum virtutum vel eſſet exemplaris vel eſſentialis: nullum iſtorum poteſt dari: igitur non eſt forma: ꝙ non poſſit dari: primum probatur ſequeretur ꝙ charitas eſſet eiuſdem ſpeciei cum alijs omnibus virtutibus: conſequens eſt falſum: igitur ſequela patet omnes alie ſunt ad exemplar ipſius: ergo eſt eiuſdem ſpeciei cum omnibus:

q non poſſit dari ſcdm probatur ſe queretur q charitas a nulla virtute diſtingueretur: immo eſſet pars cuius ꝫ virtutis: ↄñs eſt abſurdū igit. Ad hoc argumentū rñdetur negando maiorē: ſed ſolū eſt forma effectiue. Nā dat formā actibus oim aliarū virtutū ordinādo eos ad vltimū finē. Contra iſtā ſolutionē arguit. charitas habet rōneꝫ materie reſpectu oim virtutū: ergo nō habet rōnē forme. añs probatur: charitas eſt radix ꝛ fundamentū oim aliaꝝ virtutū iuxta illō apoſtoli ad epheſeos. 3 in charitate radicati ꝛ fundati: ergo charitas habet rōnem materie. Ad hanc replicā rñdetur negando ↄñaꝫ naꝫ dicit charitas eſſe fundamētū. ideo qꝛ fouet: nutrit: ꝛ auget omnes alias virtutes. Et ſi arguas charitas eſt finis: ergo non eſt forma: negatur ↄñа ſemper procedēdo de forma effectiua.

Scdo arguitur ſic charitas non eſt forma fidei ꝛ ſpei: ergo non eſt forma oim virtutum: añs probatur cōdiuiditur charitas fidei ꝛ ſpei ergo non eſt forma fidei ꝛ ſpei. Ad hoc argumentuꝫ rñdetur negando añs: ꝛ ad probationē negatur ↄñа. ꝛ ſi ꝓbes fides eſt in intellectu: ergo charitas que eſt in voluntate nō eſt forma fidei. negatur ↄñа ſemp ꝓcedendo de forma effectiue. nam de forma eſſentiali bene valeret.

Tertio arguitur ſic ſi charitas eſſet forma omnium virtutum ſequeretur q ſine charitate nulla eſſet vera virtus: ↄñs eſt falſum igit: ſequela probat nulla res poteſt ſubſiſtere ſine ſua forma: ergo nulla vera virtus poteſt ſubſiſtere ſine charitate: patet etiam autoritate apoſtoli prime ad corinthios. 13. capit. d. ſi linguis hominum loquar ꝛ angelorum charitatem autem non habeaꝫ factus ſum velut es ſonans aut timpanum tiniens: ꝛ ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: ꝛ ſi tradidero corpus meum: vt ardeam charitatem autem nō habeam nihil mihi prodeſt. Jam probatur falſitas conſequētis romani ante aduentum Chriſti habuerunt veras virtutes ꝛ non habuerūt charitatem: igitur vera virtus poteſt eē ſine charitate. Ad hoc argumentuꝫ reſpondet diuus Thomas q Romani non habuerūt veras virtutes ideo qꝛ non ordinauerunt eas ad vltimum finem. Sed contra hanc ſolutioneꝫ eſt replica de malo chriſtiano qui adimplet omnia opera pietatis propter deū: ꝛ nihilomin⁹ fornicatur: tūc videtur qō talis malus chriſtianus habeat veras virtutes poſtq̄ ordinat eas ad vltimum finē ꝛ nōn habet charitatem: igitur dabilis eſt vera virtus ſine charitate. Propterea dicendum eſt quod ad veram virtutē requiritur quod proſit ad vitam eternam: ꝛ iſta eſt intētio Pauli in loco allegato: ꝛ certum eſt quod nulla eſt iſto modo virt⁹ ſine charitate. Contra iſtam ſolutionem arguitur ſcientie: ꝛ artes ſunt vere virtutes ſine charitate: ergo ſolutiō nulla. antecedens probatur charitas non requiritur ad ſciētias. ꝛ artes eſſe veras virtutes: igit ſciētie ꝛ artes ſunt vere ꝟtutes ſine cha

ritate. Ad hanc replicam reſpondet Tho. negando conſequentiam: & rationem aſſignat: q2 ſcientie & artes ordinātur ad itellectuale bonū: & non ad finē humane vite: ſed hec reſpōſio non videtur ſufficiēs: quia pariformia ſcientie & artes poſſunt ordinari ad finē humane vite. Propterea dicendum eſt q neqꝫ ſcientie neqꝫ artes ſunt vere virtutes: niſi referantur ad finem hūane vite.

¶ Queritur tertio circa eandeꝫ diſtinctionem. An preceptum de dilectione dei poſſit adimpleri in hac vita: & pro quo tēpore obligat. Pro huius queſtionis enodatione eſt aduertendū q de vtero nominu. l.6.ca. habetur. Audi Iſrael dominus deus tuus vnus eſt diliges dominū deū tuum ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex tota fortitudine tua: et Matthei.22. habetur. Diliges dominum deum tuuꝫ ex toto corde tuo & ex tota anima tua: & ex tota mente tua: & Marci.12. additur huic precepto ex tota vtute tua: & Luce.10. habetur. Diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo: & ex tota aīa tua & ex omnibus viribus tuis: & ex omni mente tua. Sed queres quid intelligatur per iſtos terminos ex toto corde: ex tota anima. &c. Ad hoc reſpondetur a doctoribus vario modo: immo tot quot ſunt doctores tot ſunt reſponſiones diſtincte: ſed illis omiſſis rationabilior expoſitio iudicio meo eſt iſta: ſcilicet q per ly corde toto intelligatur intellectus. iuxta illud ſaluatoris. Matthei.7.ca. De corde hominum male cogitationes procedunt. Nam cogitatio expectat ad intellectum: & iſto modo etiam exponit Aurelius auguſtin⁹ in primo de doctrina xpiana. Per ly tota anima intelligitur voluntas per ly tota mēte intelligitur memoria: per alias tres particulas q̄ pro eodem accipiuntur intelligunt omnes vires inferiores: ſcilicet pars ſēſitiua & pars vegetatiua. Secundo eſt notandum quod quadrifariam poteſt intelligi ſuper omnia vnomō actu maiori: & iſta maioritas pōt.2. modis intelligi: vno mō penes intētionē: & alio modo penes perfectionem eſſentialem. Secundo modo: quia mai⁹ bonum deſideratur deo quam alicui creature. Tertio modo quia firmius & naturalius diligitur deus quam aliqua creatura. Quarto modo intelligitur appreciatiue. ſcilicet quod potius eſt relinquēda dilectio cuiuſcunqꝫ creature quam dilectio dei. Tercio eſt notandū quod 2. modis poteſt adimpleri aliquod preceptum: vno modo perfecte. ſcilicet quod creatura quo ad omnes ſuas potentias inſeparabiliter vniatur deo per charitatem: & alio modo poteſt adimpleri preceptum imperfecte ſic taliter quod non reputetur tranſgreſſor ipſe viator per talē impletionem.

¶ Iſtis notatis reſpōdetur ad queſtionem per concluſiones. quaruꝫ prima eſt iſta. Nequit adimpleri perfecte preceptū dilectionis dei ſuper omīa in hac vita a nobis. iſta concluſio patet. Nam dum ſumm⁹ viatores non vnimur deo inſepara

biliter ad ſenſũ tertij notabilis: igitur concluſio vera. Secunda concluſio eſt iſta preceptum dilectiõis dei ſuper omnia poteſt adimpleri imperfecte a nobis in hac via: iſta concluſio probatur: ſi nõ poſſit a nobis adimpleri imperfecte tunc non obligaret nos: ⁊ ex conſequenti nõ eſſet preceptum igitur poteſt a nobis ſaltem imperfecte adimpleri. Tertia concluſio eſt iſta. preceptum dilectionis dei ſuper omnia poteſt adimpleri a nobis in hac via quo ad illas particulas ex toto corde ex tota anima. ⁊c. pro aliquo paruo tempore: licet non pro magno tempore. prima pars huius concluſionis patet: quia poſſibile eſt in hac via quod aliquis pro aliquo paruo tempore ita ſit raptus in amorem dei quod non conſurgent in eo alique concupiſcẽtie. igitur prima pars concluſionis vera. Secunda pars patet: quia in magno tempore ſemper inſurgunt alique cõcupiſcentie iuxta illud Auguſtini. impoſſibile eſt quin viſiis tãgamur: igitur ſecunda pars concluſionis vera. Quarta cõcluſio eſt iſta creatura rationalis obligatur diligere deum ſuper omnia ſecundo et quarto modis. Iſta concluſio probatur: quelibet creatura rationalis tenetur velle maius bonum domino deo quã alicui alteri. Similiter obligatur preferre amorem dei cuicunque alteri amori: igitur concluſio vera. Quinta cõcluſio eſt iſta: creatura rationalis non obligatur diligere deũ ſuper omnia primo ⁊ tertio modis. Iſta concluſio probatur dominus deus ad nullam intenſionem gradualem nos obligauit ſecũdum omnes doctores. immo ſi diligamus deum actu intenſo vt vnum ſatiſfacimꝰ: ⁊ ſi diligamus actu intẽſo: vt ſemis ſatiſfacimus: et ſi vt quarta pars gradus: ſatiſfacimus ⁊ ſic conſeq̃nter: igitur nõ tenemur diligere deum actu intenſiori. Pariformi non tenemur diligere deũ actu perfectiori eſſentialiter quam ſit dilectio creature. Nam idem actus nũero eſt dilectio dei ſuper omnia ⁊ creature propter deum. Inſuper naturalius diligimus nos ipſos: igitur concluſio vera. Sexta cõcluſio eſt iſta preceptum dilectionis dei ſuper omnia obligat quemlibet Chriſtianũ etiã habẽtem rõnem ꝑ quolibet die dominico: ⁊ feſto ſub pena peccati mortalis. Iſta concluſio probatur quilibet chriſticola vtens ratione tenetur ſanctificare diẽ dominicum ⁊ diem feſtũ ex tertio precepto decalogi: ergo tenetur ſe reddere ſanctum in die dominico vel feſto: ⁊ hoc non poteſt fieri niſi diligẽdo deũ ſuper omnia: igitur tenetur diligere deũ ſuper omnia quolibet die dominico ⁊ feſto. Ex iſta concluſione ſequitur quod quilibet chriſticola vtẽs ratione tenetur ſcrutari ⁊ indagare ſuam conſcientiam quolibet die dominico ⁊ feſto: ⁊ videre ſi eſt reus alicuius peccati mortalis ⁊ ſi ſit reus debet querere veniam a domino deo ⁊ habere propoſitum confitendi tempore ⁊ loco deputato per ſanctam matrem eccleſiam: ⁊ ſi non ſit reus debet agere gratias altiſſimo pro tanto beneficio.

¶ Contra primam concluſio-

nem arguitur autoritate diui Hie-
ronymi. d. in libro de expoſitione fi
dei catholice anathema ſit qui. di.
deum ad impoſſibile obligare. In-
ſuper Auguſtinus in quadam Ho-
melia de communi confeſſorum: in-
quit ſeruum pigrum non dampna-
ret dominus deus: ſi ea q̄ nullo mo
do fieri poterant imperaret: igitur
poſſibile eſt adimplere illud precep
tum perfecte: ⁊ per conſequens pri
ma concluſio falſa. Ad hoc argumē-
tum reſpondetur negando cōſequē
tiam: ⁊ ratio eſt: quia dominus deꝰ
non obligat nos ad talem adimple
tionem perfectam. idcirco non pec-
camus quamuis non adimpleamꝰ
tale preceptum perfecte.

¶ Contra tertiam concluſionē
arguitur Auguſtinus in libro de per
fectione iuſticie aſſerit q̄ preceptuꝫ
de dilectione dei ex toto corde ⁊ ex
tota anima. ⁊c. non poteſt adimple
ri in hac via: igitur tertia concluſio
eſt falſa. Ad hoc argumentum faci-
le eſt reſpondere q̄ Auguſtinus in-
telligit de adimpletione perfecta: ⁊
ad talem non obligamur in hac via
vt dictum eſt.

¶ Contra quintam concluſio-
nem arguitur: ſi nō obligarent̄ dili-
gere deum ad aliquem certum gra-
dum ſequeretur q̄ ſi aliquis omitte
ret dilectionem dei in aliquo die do
minico ⁊ feſto non peccaret mortali
ter: conſequens eſt contra vltimam
concluſionem: igitur iſta concluſio
falſa: ſequela probatur ſi eſſent infi
niti homines: ⁊ dominus deus obli
garet primum illorum ad diligēdū
ipſum ad gradū vt quatuor ⁊ ſecun-
dum hominem ad gradum vt duo
⁊ tertiū ad gradum vt vnum ⁊ ſic cō
ſeq̄nter diminuendo. tunc ſi omnes
iſti omittant diligere deum primus
ipſorum aliqualiter. peccat mortali-
ter ⁊ ſecundus in duplo minus ⁊ ter
tius in quadruplo: ⁊ ſic p̄ſeq̄nter ille
qui ad nullum gradum obligat̄ mi-
nus peccat quam aliquis iſtorum in
finitorum: ergo ille qui ad nullum
gradū obligat̄ i infinitū par peccat
vel nullo mō peccat omittendo dile-
ctionē dei in die dominica. Ad hoc
argumentum reſpondetur negādo
ſequelam: ⁊ ad probationem nego
q̄d ſi primus illorum in duplo mi-
nus peccet q̄ primꝰ. immo eſt poſ-
ſibile q̄ grauius peccet. nam igno-
ramus quanta obligatione deꝰ obli
gat ſm hoīem aut primū nō eīn ſeq̄
tur ad actū i duplo intēſiorē: ḡ in du
plo magis obligat̄. Et ſi q̄ras poſt
quam non obligamur ad aliquē gra
dum quomodo cognoſcemus graui
tatem omiſſionis reſpectu dilectio-
nis dei. Ad hoc reſpondet̄ q̄ penes
obligationem ad tantam vel tantaꝫ
penam. nam licet dominus deꝰ nō
obligauit nos ad aliquem gradum
dilectionis dei: nihilominus deter-
minauit certā penā in inferno pro il
lo qui omittit diligere ipſum in die
dominico ⁊ feſto.

¶ Contra vltimā concluſionē
arguitur: ſic turpe eſt doctori theolo
go dicere creaturā rationalē obliga
ri ad aliquid ⁊ non dare autoritateꝫ
vel rationē quare taliter obligetur:
ſed nō pōt dari autoritas: aut ratio

quare creatura rõnalis obligaẽ quo-
libet die dñico vel feſto ad dilectio-
nem dei ſuper omnia ſub pena pec
cati mortalis: igitur concluſio falſa.
Ad hoc argumentũ rñdetur negan
do minorẽ: immo eſt expreſſa auto-
ritas in multis locis ſacre ſcripture
ſcʒ terciũ preceptũ decalogi quod ẽ
de ſanctificatione ſabbati ꝯſtat em̃
quod quelibet creatura rõnalis vtẽs
ratione tenetur ſanctificare diẽ ſab-
bati: ⁊ nõ poteſt ſanctificare niſi red
dendo ſeipſam ſanctaʒ ⁊ non poteſt
reddere ſeipſam ſanctam niſi dili-
gendo deũ ſuper oĩa: igitur tenetur
diligere deũ ſuper omnia die dñico
⁊ feſto. Inſuper preceptũ dilectio-
nis dei ſuper oĩa licet non obliget ꝓ
quolibet tẽpore: q2 eſt affirmatiuũ
obligat tñ pro aliquo tempore ⁊ nõ
poteſt dari tale tẽpus niſi dies dñi-
cus vel feſtus: igitur obligat pro die
dominico ⁊ feſto.

¶ Queritur quarto circa eãdẽ
diſtinctioneʒ. vtrũ creatura rõnalis
ex ſolis naturalibus poteſt diligere
deũ ſuper oĩa. Pro huius queſtio-
nis intelligẽtia eſt notandũ ꝙ diuᵒ
Tho. in ſecũdo articulo. 24. queſtio
nis. 2. 2. tenet ꝙ charitas eſt quedaʒ
amicitia hoĩs ad deũ fũdata ſuper
cõmunicatione beatitudinis eterne
hec aũt cõmunicatio nequit fieri ſe
cundũ dona naturalia: ſed dũtaxat
ſcdm̃ dona gratuita. quare charitas
facultatẽ nature excedit: ideo volũ-
tas ſcdm̃ ſua naturalia non põt eã
acqrere: ⁊ ꝑ ꝯñs volũtas rõnalis ex
ſolis naturalibᵒ neqt diligere deuʒ
ſuper omnia.

¶ Contra iſtã opinionẽ argr̃ ſi
cuiuʒ dictamini recto voluntas põt
ſe ꝯformare ex ſolis naturalibᵒ: ſed
iſtud dictamen eſt rectũ. ſ. diligendᵒ
eſt deᵒ ſupˀ oĩa: ergo illi dictamini re
cto voluntas rõnalis poterit ſe ꝯfor
mare ex ſolis naturalibᵒ: ⁊ per ꝯñs
põt diligere deũ ſuꝑ oĩa ex ſolis na
turalibus. Si dicas ꝙ non põt hẽre
tale dictamen ex ſolis naturalibus.
Contra hoc argr̃ intellectusˀ hũanᵒ
põt cognoſcere ex ſolis naturalibus
ꝙ maius bonũ eſt magis diligendũ
ꝙ̃ minᵒ ⁊ ex ꝯñti cognoſcit ꝙ ſumũ
bonũ eſt ſũme diligendũ. ⁊ tale ſu-
mum bonũ eſt dñs deus: ergo dñs
deus eſt ſumme diligẽdᵒ: ⁊ per ꝯñs
ſuper omnia.

¶ Secundo arguitur ſic volũ-
tas rationalis poteſt diligere ali-
quam creaturam ſuper omnia: er-
go per locum a maiori poteſt dilige
re dñm deũ ſuꝑ oĩa: añs ptʒ de illis
hoĩbᵒ q̃ dilexerũt herculẽ iouẽ mer
curiũ: ⁊ ſic de alijs idolis. ſilr de ſar
racenis obſtinatis q̃ ſunt ꝯtenti mo
ri, pro ſuo maledicto Machometo.
Tertio arguitur voluntas poteſt vel
le deum eſſe omnipotentem infini-
tum redemptorem: ⁊ ſic de alijs: et
hoc eſt diligere deum ſuper omnia
igitur. Quarto arguitur ſic fortis
eques ⁊ politicus diligit rẽpublicã:
ſuper omnia ex ſolis naturalibus:
ergo põt talis eques diligere deum
ſuper omnia. antecedens patet de
multis romanis qui mortui ſunt
pro republica romana dẽfenſanda.
Propter iſta argumẽta tenent do-
ctore ſubtilis. Guilelmus occham.

Google

ꝛnomiales preter Gregoriū de ari-
mino ⁊ dioniſiū: ꝙ voluntas hūana
ex ſolis naturalibꝰ pōt diligere deū
ſuper omnia: iſta opinio liq̄t ex qua
tuor argumentis tactis.

¶ Cōtra iſtā opinionē arguit
ſequeretur ꝙ quilibet xpianꝰ poſſet
adiplere precepta dei ſine gr̄a: ꝯñs
eſt falſum igitur: ſeq̄la probat xpia-
nus poteſt adimplere preceptū de
dilectione dei ſup oia ex ſolis natu-
ralibus: ergo xpicola ex ſolis natu-
ralibꝰ pōt adimplere oia precepta.
Jam probatur falſitas ꝯñtis eſt ex-
preſſe determinatio in oppoſitū cō-
ſilij melinitani in quo fuit preſens
diuus auguſtinus cū anſelmo lega-
to romane ſedis ⁊ recitatur de cōſe-
cratione diſtinctione. 4. cap. vltimo
placuit: vbi habetur ꝙ qui dixerit ꝙ
ſine gratia mandata dei adimplet
per liberꝝ arbitrium anathema ſit.
Ad hoc argumentū rñdetur negan-
do ſequelā: nā non eſt poſſibile ad-
implere mādatum de ſumēda carne
filij dei ſiue gratia ſiue charitate.
Silr non eſt poſſibile adiplere pre-
cepta de alijs ſacramētis: ⁊ ad pba
tionem dato ꝙ xpicola ex ſolis na-
turalibꝰ eliciat dilectionē dei ſuper
oia. Nihilominus ſtatim infundit
charitatem ſiue gratiam deus. Et
occaſione iſtius argumenti queri-
tur quinta queſtio.

¶ Querit quinto circa eandē
diſtinctionē an dilectio dei ſup oia
ſtet in xpicola cū peccato mortali.
Ad hanc difficultatē rñdetur ab ali
quibus affirmatiue. Contra iſtā reſ
ponſionem arguitur multis autori-
tatibꝰ habetur zacharie primo cap.
conuertimini ad me: ⁊ ego cōuertar
ad vos: ſed nulla eſt melior conuer
ſio creature ad deum quā ſi diligat
deum ſuper omnia: igitur cum dile
ctione dei ſup omnia non ſtat pecca
tum mortale. Scda autoritas habe
tur Hieremie. 25. ſ. quū queſieritis
me in toto corde vr̄o inueniar a vo-
bis: ſed nulla eſt melior inquiſitio
dei quā diligendo ipm ſuper omnia
igitur. Tertia autoritas habet pſal
mo. 21. qui requirūt eum viuent cor
da eorum in ſeculū ſeculi. Quarta
habetur Jacobi. 4. apropinquate
deo ⁊ appropiquabit vobis: ſed nō
poſſumꝰ magis appropiquare deo
quā diligere ipm ſuper omnia igitur
ſed vltra iſtas auctoritates iuditio
meo eſt vna alia ſaluatoris noſtri
Johannis. 14. que magis videtur
militare. ſ. ſiquis diligit me ſermo-
nem meum ſeruabit ⁊ pater meꝰ di
liget eum ⁊ ad eum veniemus ⁊ mā
ſionem apud eum faciemus: certū
enim eſt ꝙ iſta autoritas intelligit
de dilectione dei ſuper omnia: ergo
ſi aliquis ipam habeat pater ſalua-
toris noſtri diliget eum: ergo tunc
non erit in peccato mortali. ſ. quan-
do habebit talem dilectionem dei
ſuper omnia.

¶ Propter iſtam igitur auto-
ritatem pono concluſionem reſpon
ſiuam ad titulum queſtionis. ſ. dile
ctio dei ſuper omnia nequit ſtare in
xpicola cū pctō mortali: ⁊ pro vbe-
riori huiꝰ queſtiōis intelligentia eſt
aduertēdū: ꝙ diligere deū ſup oia

nō eſt velle deū eſſe ſumme bōnuꝫ infinitū ⁊ ſic de alijs: nā certū eſt ꝙ quilibet xp̄ianus quātuncūq ſit irritus multis peccatis moꝛalibus vult dn̄m deum eſſe oīpotentē: ſummū bonum ⁊ infinitū ⁊ ſic de alijs: ſed diligere deum ſuper oīa eſt preferre dilectionē dei cuicūq dilectiōi cuiuſcūq creature. Idcirco non eſt poſſibile ꝙ diligat deum ſuper oīa ⁊ habeat aliquod peccatū mortale xp̄icola qꝛ ſi hꝫ aliqͦd pctm̄ moꝛtale iam amat magis creaturā ꝙ̄ deū: ⁊ vltra ſequeretur ꝙ nō prefert dilectionem dei cuicunq dilectioni: cuiuſcūq creature: ⁊ per ꝯn̄s non diligit deū ſuper oīa. Cōtra iſtā concluſionem arguitur ſic: ſi dilectio dei ſuper oīa nō ſtaret cuꝫ peccato moꝛtali tunc nō eſſet cōſulendū peccatoribus ꝙ recolligerēt peccata ipoꝝ ſed ſatis eſſet dicere ip̄is ꝙ diligerent deū ſup oīa: ꝯn̄s eſt cōtra cōmunem cōſuetudinē dn̄oꝝ predicatoꝝ: igitur r̄ſiio nulla: ſeq̄la pꝛobatur facilius diligent deū ſup oīa pctōres xp̄iani quā recolligent ſua pctā: ergo potiꝰ eſt dicendū ip̄is ꝙ diligāt deum ſuper oīa: quā ꝙ recolligant ſua peccata. Ad hoc argumentū reſpondetur ꝙ dn̄i p̄dicatoꝛes quando dicūt pctōꝛibꝰ ꝙ recolligāt ſua pctā ⁊ conterātur de ip̄is dicūt ip̄is pctōribus ꝙ diligāt deum ſup oīa: cum oīs cōtritio ſit deteſtatio oīm peccatoꝛum pꝛopter deum. Contra iſtaꝫ ſolutionem arguitur poſſibile eſt ꝙ bonꝰ ſacerdos ſit raptus circa dilectionem dei ſup oīa ⁊ ꝙ obliuiſcat dicere hoꝛas ſuas canonicas i tēpore pꝛo quo tenetur tunc talis bonus ſacerdos in tali tēpoꝛe diligit deus ſuper oīa: ⁊ eſt in peccato moꝛtali igitur ſolutio nulla: minoꝛ pꝛobatur omittit dicere hoꝛas pꝛo tēpoꝛe pꝛo quo tenetur ergo peccat moꝛtaliter Ad hāc replicā r̄ndetur ꝙ dn̄s deus non obligat ip̄m ad dicendū hoꝛas canonicas pꝛo tali tēpoꝛe pꝛo quo eſt taliter raptus erga dilectionem dei ſup oīa: ideo negatur ꝙ pꝛo tali tp̄e teneat dicere hoꝛas canonicas.

Si illo p̄cepto iubemur diligere totum pꝛoximum et totos.

Diſtinctio. XXVIII.



Ic pōt queri vtruꝫ illo mādato dilectiōis pꝛoximi totum pꝛoximū. i. aīam ⁊ coꝛpꝰ noſq ipſos totos diligere percipiamur Ad qͦd dicimus omne genus diligendarū rerū in illis duobꝰ mādatis cōtineri. Quattuoꝛ eīn diligenda ſunt vt ait Aug. vnum qͦd ſupꝛa nos eſt. ſ. deus. Alteꝝ qͦd nos ſumꝰ. Tertiū qͦd iuxta nos eſt. ſ. pꝛoximū. Quartū qͦd infra nos eſt ſcꝫ coꝛpꝰ. De ſcd̄o ⁊ quarto nulla pꝛecepta danda erant ſcꝫ vt diligeremus nos vel corpus nr̄m. Precipitur aūt de

us diligi ⁊ proximus. Ut autē quiſq̄ ſe diligat precepto nō eſt opus. Quātūlibet eīn homo ex cidat a veritate. remanet illi dilectio ſui ⁊ dilectio. q2 nemo vnq̄ carnem ſuam odio habuit. Naȝ viri iuſti qui corpus ſuū cruciāt nō corpus ſȝ corruptiones eiꝰ ⁊ pondus oderunt. Hic videtur Auguſ. tradere. q̄ ex precepto non teneamur diligere noſmetipſos vel corpus noſtruȝ. Qđ ſi eſt: nō omne genus diligendarū rerum illis duobus preceptis continet. q2 cuȝ ⁊ noſipſos ⁊ corpus nr̄m diligere debeamus. ad qđ neceſſariū eſt preceptū cū ſcriptū ſit. Qui diligit iniquitatem odit aiam ſuaȝ. Sed ſpeciale de hoc preceptū nō erat dandū nec ſpeciali precepto opꝰ erat id tradi. vt quiſq̄ ſe vel corpus ſuū diligeret. q2 hoc ī illo precepto cōtinet: diliges proximū tuū ſicut teipſum. Ibi eīn ⁊ proximū totum. ⁊ te totū intelligere debes. Unde Auguſ. in eodem. Si te totum intelligas. i. aiam ⁊ corpꝰ ⁊ proximū tuū id eſt aiam ⁊ corpus. homo eīn ex aia conſtat ⁊ corpore. nullum rerum diligendarū genus in his duobus preceptis preter miſſuȝ eſt. Cū eīn precurrat dilectio dei: eiuſq̄ dilectionis modus preſcriptꝰ appareat. ⁊ ſequatur dilectio proximi: de tua dilectiōe nihil dictum videt. Sed cū dictum eſt. Diliges proximum tuum ſicut te ipſum ſimul ⁊ tui. abs te dilectio p termiſ. ſa nō eſt. Ecce hic aperte dicit in illo precepto non tantūmodo proximi. ſȝ ⁊ mei dilectionem contineri ⁊ totiꝰ ꝓximi totiuſq̄ mei. Ex quo apparet q̄ dictum eſt de ſcđo ⁊ quarto id ē de dilectione noſtri ⁊ corporis noſtri. nulla precepta danda. ita eſſe intelligendū. ſ. ſpecialia ⁊ diuiſa: q2 in illo vno totū continet. ⁊ q2 id qđ ſumus. ⁊ qđ infra nos eſt ad nos tamen pertinens nature lege diligimꝰ que in beſtijs etiam eſt. Ideoq̄ ⁊ de illo qđ ſupra nos eſt. ⁊ de illo quod iuxta nos eſt. diuiſa precepta ſumpſimus. In quorum altero eiꝰ qđ ſumus ⁊ illiꝰ infra eſt dilectio cōtinetur. Sic condita eſt mens humana vt nunq̄ ſui non meminerit. nūq̄ ſe nō intelligat. nūq̄ ſe non diligat. ſed qm̄ qui odit aliquē nocere ille ſtudet. Non immerito ⁊ mens hoīs quādo ſibi nocet ſe odiſſe dr̄. Neſciens eīn ſibi vult male. dū non putat ſibi obeſſe qđ vult. ſed tamē male ſibi vult qn̄ illud odit quod obſit

ſibi ſcđm illud. Qui diligit iniqtatẽ odit aĩam ſuam. Qui ergo diligere ſe nouit deũ diligit Qui vero non diligit deum. etiam ſe non diligit. qđ ei naturaliter inditum eſt. tamẽ nõ incongrue ſe odiſſe dicit cum id agit quod ſibi aduerſatur. Et ſe ipſuȝ tanq̃ ſuus inimicus inſequitur.

Si in illo precepto continetur dilectio angelorum.

¶ Queritur autẽ hic de angelis q̃ſtio. Utrum ad illud preceptuȝ dilectionis proximi etiam dilectio pertineat angelorum. Nam qꝛ nullum hoiem exceperit qui p̃cepit proximum diligere, dñs in parabola ſemiuiui relicti oſtẽdit eum dicens proximũ qui erga illum extitit miſericors. Deinde ſubdit vade ꝛ tu fac ſilr. Ut eniȝ eum proximũ intelligamus cui vel exibendũ eſt officium miſericordie ſi indiget. vel exibendum eſſet ſi indigeret. nullum vero exceptum eſſe cui miſericordie negandũ ſit officium quis non videat. cum vſq; ad inimicos etiã porrectum ſit dño dicente. Diligite inimicos veſtros ꝛ benefacite his qui oderunt vos. Manifeſtum eſt ergo omnẽ hoiem pximum eſſe deputandũ. Proximi vero nomẽ ad aliquid eſt. nec quiſq; eſſe proximus niſi proximo poteſt. Unde cõſequẽs eſt cui prebendũ ꝛ a quo prebenduȝ eſt officium mĩe recte proximũ dici. Manifeſtũ eſt ergo precepto dilectionis ꝛ proximi etiã ſctõs angelos contineri. A quibus tãta nobis mĩe impenduntur officia. Ex quo ꝛ dñs proximuȝ ſe nr̃m dici voluit. vt in parabola ſaucij oſtẽdit ꝛ in propheta. Quaſi pximum ꝛ quaſi fratrẽ nr̃m ſic cõplacebam. Sed qꝛ excellẽtior ac ſupra nr̃am naturam eſt diuina ſubſtantia. preceptum dilectionis dei a proximi dilectione diſtinctuȝ eſt. Ideoq; lȝ nobis deus oĩa impẽdat beneficia. nõ tamẽ noie proximi includit in illo precepto. quẽ nõ ſicut nos diligere debem9 ſed pluſq; nos toto corde ꝛ aĩa. Chriſtuȝ vero inquantuȝ homo eſt. ſicut nos diligere debemus eiuſq; ſcđm hominem dilectio illo continet mãdato. queȝ etiã ſcđm hoiem magis q̃ nos. ſed non quãtum deum debemus diligere. qꝛ in quãtum eſt homo: minor eſt deo.

Quib9 modis dr̃ proximus.

¶ Hic notandum eſt proximũ dici diuerſis modis. ſ. condiciõe

prime natiuitatis.ſpe conuerſio nis.propinquitate cognatiõis. ratione beneficij exhibitionis.



Irca vigeſimã octauam diſtin. queritur vtrũ ſolus deus ſit ex charitate diligendus. Prob⁹ q̃ſtionis intelligẽtia ē notãdũ ꝙ charitatis ē duplex obiectũ.ſ.pmariũ ⁊ ſcdariũ: obiectũ pmariũ ⁊ pricipale charitatiſ eſt dñs deus qui amatur tãq̃ ſummuʒ bonum: ⁊ vltimus finis creature rõnalis:nã dñs deus eſt alpha:⁊.o.vt habetur in primo cap. apocalipſis ⁊ multis alijs eiuſdeʒ lib.⁊.eſt principium ⁊ finis creaturę. Obiectum ſcdariũ eſt creatura capax beatitudinis ⁊ ē duplex.ſ. capax formalr:⁊ ſic ſola creatura rõnalis eſt diligenda ex charitate:alio modo dr capax participatiue quia ſuſcipit in ſe effectum beatitudinis ⁊ iſto modo corpus nr̃m dicitur eſſe capax beatitudinis : qr põt ſuſcipere in ſe effect⁹ glie ęterne.ſ.quattuor dotes. Quare egregie inquit auguſtinus in primo li.de doctria xpiana:ꝙ quattuor ſunt diligẽda a nobis: vnũ quod eſt ſupra nos.ſ.dñs deus:alteruʒ quod nos ſumus. Tertiũ quod iuxta nos eſt.ſ. proxim⁹. Quartũ quod infra nos eſt. ſ. corpus nr̃m. Sed contra iſtud dictũ auguſtini arguit ſic corpus xpi eſt diligẽduʒ ex charitate ⁊ non cõprehẽditur ſub aliquo iſtoruʒ quattuor igitur:dictũ auguſtini nullũ. ¶ Si dicas ꝙ dilectio corpis proximi icludit in dilectiõe pximi: iõ qr pxim⁹ ꝯponit ex corpe ⁊ aĩa ⁊ ppterea ſi diligim⁹ pximũ diligim⁹ aĩaʒ ⁊ corpus: tunc ſequitur etiã:ꝙ dilectio corporis nr̃i includitur in dilectione noſtra poſtq̃ nos ſumm⁹ cõpoſiti etiaʒ ex corpore ⁊ aĩa:⁊ p ꝯñs ſi diligimus nos ipos diligim⁹ etiã animas ⁊ corpora noſtra. Propterea dicẽdum eſt:ꝙ auguſtin⁹ voluit vnum cõprehẽdere ⁊ non aliud:⁊ ſi cõprehendiſſet bene feciſſet ⁊ mere voluntarium erat ipi auguſtino.

¶ Iſtis notatis ponunt due cõcluſiones: quarũ Prima eſt iſta. Ex charitate ſolus deus eſt diligendus primarie: iſta cõcluſio ptʒ quia ſolus deus eſt primariũ ⁊ principale obiectum charitatis. Scda cõcluſio eſt iſta:ſecũdario tria ſunt diligẽda.ſ.nos:proximus ⁊ corpus nr̃m: iſta cõcluſio probat qr iſta tria ſunt capatia beatitudinis primũ ⁊ ſcdm formaliter ⁊ tertium participatiue.

¶ Contra ſcdam cõcluſionem arguitur ſic ipoſſibile eſt ꝙ aliquis diligat ſeipm ex charitate:igit ſcda concluſio falſa: añs patet autoritate diui Gregorij in quadã homelia dicẽtis ꝙ charitas min⁹ q̃ iter duos haberi non põt. Inſup charitas eſt quedã amicitia:ſed nõ eſt amicitia ad ſeipm:vt inquit philoſophus.8. ethicorũ igitur. Ad hoc argumentũ rñdetur negãdo añs: ⁊ ad probationem dico ꝙ diuus Gregori⁹ loqtur de charitate ſcdm cõmunem rõnem amicitie: ⁊ tũc certũ eſt ꝙ nulli⁹ ad

ſeipſum eſt charitas: q2 nullius ad ſeipſum eſt amicitia: ſed aliquid maius amicitia ſicut intellectus principiorum eſt aliquid maius ſcientia: ſed in propoſito non taliter capitur charitas: ſed vt ſe extendit ad deū et ad quācunq3 creaturā rationalē capaſcē3 beatitudinis. Cōtra iſtā ſolutionem arguitur amare ſeipſum eſt vituperabile ergo charitas non ſe extendit ad talem amorē: pñia tenet per apoſtolū prime ad corinthios.13.c. charitas nō agit perperā.i.male: et añs probatur autoritate eiuſdē pauli ſcđe ad timoteū. 3. in nouiſſimis dieb9 inſtabūt tēpora periculoſa: et erunt hoies amantes ſeipſos igitur amare ſeipſum eſt vituperabile. Ad hanc replicam rñdetur diſtinguendo añs: vel amare ſeipſum ſuper oīa: et ſic cōceditur illud et negat pñia: rō eſt q2 charitas nō ſe extēdit ad tale3 amorem vel amare ſeipſum propter deū et ſic negatur añs et ad pbationem dico q paulus non procedit de tali amore: ſed ſolum de amore ſuper omnia.

Secūdo arguitur ſic contra eandem cōcluſionem corpus noſtrū non eſt diligēdū ex charitate: igitur concluſio falſa: añs probatur illud cui conuiuere nolumus nō eſt diligēdum ex charitate: ſed hoies habentes charitatem refugiūt conuictum corporis: igitur corpus non eſt diligendum ex charitate minor patet autoritate pauli ad romanos.7.c. quis me liberabit de corpore mortis huius et ad philipēſes primo coartor autem duobus deſideriū habens diſſolui et eſſe cū xpō. Ad hoc argumentum reſpōdetur negando añs et ad probationem diſtinguitur minor vel quo ad natura3 ipſius corporis et ſic negat illa nec probatur in tali ſenſu vel quo ad corruptionem et penalitates ipi9 corporis et ſic cōceditur illa et negatur pñia vnde ſancti nolunt totaliter ſpoliari: ſed ſupueſtiri vt ipſemet paul9 teſtatur. Cōtra iſtam ſolutionem arguitur amicitia charitati fundatur ſup cōmunicatione diuine fruitionis: ſed corp9 non eſt capax diuine fruitionis igit corpus non eſt diligendum ex charitate: inſuper charitas eſt quedam amicitia ad eos q re amare poſſunt ſed corpus non poteſt reamare: ergo corpus non eſt diligēdu3 ex charitate. Ad hanc replicā reſpōdetur q quāuis corpus non ſit capax diuine fruitionis eſt tamē capax effect9 diuine fruitionis: vt dictum eſt in notabilibus et ſatis eſt q aīa ex qua informatur poſſit reamare. Contra iſtam ſolutione3 arguitur ſequeretur: q creature irrationales eſſent diligende ex charitate: cōſequēs eſt falſum igitur ſequela probatur creature irrationales magis conueniūt nobiſcū q corpa nr̄a: ergo creature irrationales ſunt diligende ex charitate. Pro huius replice ſolutione eſt aduertēdu3 q aliqui heretici voluerunt dicere q nō poſſum9 occidere creaturas irrationales: ſed hoc manifeſte hereticū et cōtra illud dñi dei.c.geneſis.9.cap. noe: omne qđ mouetur et viuit erit vobis in eſcam quaſi olera virentia tradidi vobis omnia. Ideo reſpondetur aliter

ad replicam negando ſequelam: ꝛ
ad probationem negatur conſequē
tia ꝛ ratio eſt quia creature irratio-
nales non ſunt capaces beatitudi-
nis: neq̃ formaliter: neq̃ partici-
patiue.

¶ Tertio arguitur ſic ſequitur
ꝙ demones ꝛ dampnati erunt dili-
gendi ex charitate: conſequens eſt
falſum igitur ſequela probatur an-
geli boni ſunt a nobis diligendi ex
charitate ergo ꝛ demões: conſequē-
tia probatur quia multi demones
ſunt eiuſdem ſpeciei cum angelis
bonis. Ad hoc argumentū reſpon-
detur negando ſequelam: ꝛ ad pro-
bationem negatur conſequentia: ra-
tio eſt quia quãuis angeli ꝛ demo-
nes ſint eiuſdem ſpeciei: tamen de-
mones non ſunt capaces beatitudi
nis eterne ſecundum legem dei or-
dinatam: idcirco non poſſumus di-
ligere demones aut animas dam-
pnatas ex charitate. Contra iſtam
ſolutionem arguitur ſequeretur ꝙ
reprobi non erunt diligendi ex cha-
ritate: conſequens eſt falſum igitur
ſequela probatur reprobi erūt dam
pnati: ergo non ſunt diligendi ex
charitate. Iã probatur falſitas cō-
ſequentis ſequeretur ꝙ nulli eſſent
diligendi ex charitate: conſequens
eſt abſurdum igitur: ſequela pro-
batur non poſſum⁹ cognoſcere qui
ſunt reprobi vel predeſtinati: ergo
nullos debemus diligere ex cha-
ritate. Ad hanc replicam reſpon-
detur negando ſequelam: ꝛ ad pro-
bationem negatur cōſequētia: nam
ſemper debemus diligere. Immo
bene ſperarare de aliquo quamdiu
viuit poſtq̃ non ſcimus voluntatē
dei. Contra iſtam ſolutionem ar-
guitur poſito quod deus reuelet ali
cui chriſtiano de ſocio ſuo quod eſt
reprobus: tunc ſequeretur quod ta
lis Chriſtianus cui facta eſſet talis
reuelatio non poſſet diligere ſociū
ſuum ex charitate: conſequens eſt
falſum: igitur ſequela probatur: ta-
lis Chriſtianus ſcit certitudinali-
ter quod alter erit damptus: ergo
non debet eum diligere ad gloriam
eternam. Ad hanc replicam reſpon
detur concedendo ſequelam. Im-
mo vt habetur in primo regum. Do
minus deus prohibuit Samueli o-
rare pro Saule rege. Ideo quia re-
uelauerat ipſi quod proiecerat eū
a facie ſua. Similiter prohibuit
hieremie orare pro populo iudeorꝫ
propter eandem cauſam.

¶ Quarto arguitur: ſic demo-
nes ſunt diligendi ex charitate: igi-
tur concluſio falſa: antecedens pro-
batur demones: teſte Aurelio Au-
guſtino in decimo libro de ciuitate
dei temptando nos coronas nobis
fabricant: ergo demones nobis im-
pendunt officium: ꝛ per conſequēs:
demones ſunt proximi: ꝛ vltra ſeq̄-
tur quod ſunt diligendi ex charita-
te. Ad hoc argumentum reſponde-
tur negando antecedens: et ad pro-
bationem diſtinguo: quod demo-
nes temptando nos fabricent no-
bis coronam vel directe ꝛ ex inten-
ſione ipſorꝫ ꝛ ſic negatur nec ita in-
tendit Aurelius auguſtinus: vel in-
directe: ꝛ ſic conceditur illud ꝛ nega

tur ꝯña ſemper procedendo directe
in ꝯſite. Et ſi arguas demõ indire-
cte nobis impendit aliqđ officium:
ergo eſt proximus: ⁊ per ꝯñs diligē
dus. Ad hoc negatur ꝯña: nã ad hoc
ꝙ aliquis dicatur proximus noſter
oportet ꝙ directe impendat nobis
aliquod officiũ miſericordie: vel qđ
nos ipſi impendamus ⁊ hoc eſt con
formiter ad illud quod. d. Auguſti-
nus in primo libro de doctrina xpia
na. ſ. ꝙ ille cui prebẽdũ a nobis eſt.
vel a quo nobis prebẽdũ eſt officiuꝫ
mie recte proxim⁹ dicitur. Ex iſtis
ſequit̃ ꝙ ꝗlibet angel⁹ bon⁹ eſt pro-
ximus noſter: qꝛ licet nos nõ impẽ-
damus angelis bonis officiuꝫ mie.
ipſi tñ multa nobis officia mie pre-
bent. Sequit̃ ſcđo ꝙ ꝗlibet hõ ſiue
xpianus ſiue iudeus ſiue ſarracen⁹.
ſiue idolatra eſt proximus noſter
patet: quia cuilibet homini in hac
via eſt prebendum a nobis officiuꝫ
miſericordie.

¶ Quinto arguitur ſic xpiani
peccatores non ſunt ex charitate di
ligendi: igitur concluſio falſa: añs ꝓ
bat̃ autoritate pſalmiſte. d. pſalmo.
18. iniqͦs odio habui: ergo pctõres
odio ſũt habẽdi nõ diligẽdi ex chari
tate. Pro h⁹ argumenti ſolutiõe eſt
aduertendũ ꝙ in peccatore duo ſũt
conſideranda. ſ. natura ⁊ viciũ ſiue
peccatũ: quo ad naturã peccatores
ſunt diligendi: qꝛ ſunt hoĩes ſicut ⁊
nos: quo ad viciũ ſiue peccatũ. i. in-
quãtũ ſunt peccatores odio ſunt ha
bẽdi. Iſto notato rñdetur diſtinguẽ
do añs vel ea rõne qua ſunt hoĩes:
⁊ ſic negatur illud nec probat̃ in iſtõ
ſenſu vel ea rõne qua ſunt peccato-
res: ⁊ ſic ꝯceditur illud ⁊ negat̃ ꝯña.
Cõtra iſtã ſolutionẽ arguitur debe-
mus deſiderare ꝙ peccatores dam
nentur. ergo nullo mõ debem⁹ eos
diligere ex charitate: añs probatur.
Dauid habebat tale deſideriũ. naꝫ
dicebat conuertantur peccatores in
infernũ: ergo nos debemus habere
ſimile deſiderium cũ pſalmiſta. Ad
hanc replicã rñdetur negando añs:
⁊ ad probationẽ dico ꝙ illa loquutio
pſalmiſte non eſt deſideriuꝫ: ſed eſt
loquutio cõminatoria: ⁊ ita propor-
tionabiliter eſt dicendũ ad ſimiles
autoritates. Contra iſtã ſolutioneꝫ
arguitur teſte pħo in. 8. ethicoꝝ pro
priũ eſt amicoꝝ conuiuere: ſed non
debemus habitare cũ peccatoribus
ergo non debemus habere ad eos
amicitiã charitatis: minor patet au
toritate apoſtoli iubẽtis corinthijs.
2. ad corint. 6. ca. recedite de medio
eoꝝ. ſ. peccatoꝝ. Ad hanc replicã re
ſpondetur diſtinguendo mi. vel de
xpianis debilibus in fide. ⁊ ſic conce
ditur illa: ⁊ de talib⁹ loquitur apl's
loco allegato: vel de illis qui ſũt for
tiores in fide ⁊ ſic negatur: nec de ta
libus loquitur apoſtolus. immo bo-
num eſt ꝙ fortes in fide habitẽt cuꝫ
peccatoribus vt ipſos conuertãt ad
dñm deũ. Contra iſtã ſolutionẽ ar-
guitur: charitas facit amicos de eiſ-
dem gaudere: ſed ſancti ⁊ peccato-
res non gaudent de eiſdẽ. ergo non
eſt amicitia charitatis ad peccato-
res. Ad hanc replicã rñdetur ꝙ liceꝫ
non gaudeant de oĩbus iuſti: ⁊ pec-
catores tñ iuſti volunt ⁊ deſiderant
immo laborant vt de eiſdẽ gaudeãt

⁊ hoc ſufficit ad hoc qđ ſit amicitia charitatis inter eos. ¶Contra iſtā ſolutionē arguitur nos debemus imitari dñm deū: ſed dñs de⁹ nullo mō diligit peccatores: ergo nos nullo modo debem⁹ eos diligere: minoꝛ probatur. Dñs deus precipit ꝙ occidantur vt habetur exodi.22. capi.d. eñ ibi expreſſe malificos non patieris viuere. igiẜ deus non diligit eos. Ad hanc replicā rñdeẜ negando minorem: intelligendo quo ad naturā: ⁊ ad probationē negaẜ ꝯñā. immo rex vel iudex iubēdo tales occidi ipſos diligit. nam conuertentur vel ſi ſint obſtinati nō perpetrabunt amplius mala rōne quoꝛuȝ punirentur acrius in inferno. ¶Cōtra iſtā ſolutionem arguitur ſequeretur: ꝙ peccatores non diligerēt ſeipſos: ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela probatur autoritate pſalmiſte.d. qui diligit iniquitatem odit aiam ſuā: iam probatur falſitas ꝯñtis illud qđ eſt principium peccati maxime inuenitur in peccatoribus: ſed amoꝛ ſui eſt principium peccati. immo ſcđm Augu. facit ciuitatē Babilonis ſiue diaboli: igitur peccatores diligunt ſeipſos. Ad hanc replicā rñdetur diſtinguēdo ſequelā vel carnaliter: ⁊ ſic negatur illa: nec ꝑbatur in iſto ſenſu. immo maxime peccatores diligunt ſeipſos carnaliter vel ſpiritualiter et charitatiue. ⁊ ſic conceditur illa: ⁊ negatur mi. nec probatur de tali amore ſpirituali ⁊ charitatiuo: ſed bene de carnali ⁊ ẜrenō. Et ſi arguas peccatū non tollit naturā: ſed naturale eſt vnicuiqꝫ diligere ſeipſum: ergo peccatores diligunt ſeipſos. Ad hoc rñdetur ꝙ lȝ peccatum nōn tollit naturam peruertit tñ eā nimiꝝ. ergo ſi peccatoꝛ non diligat ſeipſum ſpiritualiter ⁊ charitatiue. ¶Circa iſtam queſtionē dubitatur. An charitas ſit diligenda ex charitate. Pro huius dubij ſolutione eſt aduertendū qđ duplex eſt charitas. ſ. increata q̄ eſt dñs deus: ⁊ alia eſt creata. ſ. infuſa: vel acquiſita ⁊ habitualis: vel actualis ſi intelligatur dubiū de charitate increata non eſt dubiuȝ qui ſit talis charitas diligēda ex charitate: ſi vero intelligatur dubiuȝ de charitate creata proprie non eſt diligenda ex charitate. Nā nullū bonū eternū volumus ipſi charitati create. Sed bene volumus ꝙ ipſa charitas creata habeatur a proximo. Et iſto modo etiam volumus quod proximus habeat creaturas irrationales ⁊ bona temporalia.

¶ Queritur ſecundo circa eandem diſtinctionē. An dilectio dei ſit melioꝛ dilectione proximi. Pro huius queſtionis intelligentia eſt notādum ꝙ poteſt fieri ꝯparatio: vt ſeorſum conſideretur. vtraqꝫ dilectio: et poteſt etiā fieri comparatio capiendo dilectionē dei ſeorſum ex vno latere: ⁊ ex altero latere dilectionē ꝓximi coniunctim cū dilectione dei. ita ꝙ capiatur dilectio proximi propẜ deū. Iſto notato ponuntur. 2. cōcluſiones: quaꝝ prima eſt iſta dilectio dei eſt melioꝛ dilectione ꝓximi ſeorſum ſumpta ⁊ ſeparata a dilectione dei. Iſta cōcluſio probatur obiectū dilectiōis dei ē in infinitū nobili⁹ obiecto alteri⁹. imo nō pōt dilectio pro

ximi eſſe bona: niſi in ordine ad dilectionē dei: igitur concluſio vera. Secunda concluſio eſt iſta dilectio proximi propter deū eſt melior dilectionem dei ſeorſum ſumpta: iſta cōcluſio patet: q2 charitas perfecta extēdit ſe ad dilectionē proximi.

¶ Contra iſtam vltimā concluſionē arguitur ſic illud eſt melius q apoſtolus magis elegit: ſed apoſtolus magis elegit dilectionē proximi ſeorſum quā dilectionē dei: igitur dilectio proximi ſeorſum ſumpta eſt melior dilectione dei: mi. patet auctoritate ipſi' apoſtoli ad romanos. 6. 9. optabā anathema eſſe a xpo pro fratribus meis. ergo apoſtolus preferebat dilectionē pximi. ſ. fratrum dilectiōi dei. Ad hoc argumentū reſpondetur negando mino: ē: et ad probationē negatur pñia. Nā Paulus ſolū volebat ad tēpus priuari viſione diuina: vt lucrifaceret fres ſuos iudeos: et in hoc diligebat deū. nam tale deſideriū habebat propter honorem dei. Contra iſtā ſolutionem arguitur: diligere amicū eſt minus quā diligere inimicū: ſed de' eſt maximus amicus noſter. ergo diligere deū eſt min' quā diligere proximū. Ad hanc replicā rñdetur negando pñiam: et rō eſt. q2 oīs operatio virtuoſa habet laudabilitatem a dilectione dei ſi debeat eſſe meritoria. Et ſi adhuc arguas facilius eſt diligere deum quam proximum. ergo diligere deum eſt minus quā diligere proximum: negatur etiam. cōſequentia propter excellētiā obiecti ſcilicet domini dei.

De ordine diligēdi quid prius quid poſterius.

Diſtinctio. XXIX.

Eſt predicta d ordie charitatis agēduz eſt. q2 dicit ſpōſa. itroduxit me rex in cellā vinariam. et ordinauit in me charitatem. Uideamus ergo ordinez quid prius: quid poſterius eſſe debeat. Peccat eīm q prepoſtere agit. Nam ſcire quid facias et neſcire ordinem faciendi. non eſt pfecte cognitionis. Ordinis nā q ignorantia conturbat meritorum formā. Ordinem aūt diligendi Auguſ. inſinuat dicens. Ipſe eſt qui ordinataz habet dilectionem. ne aut diligat qđ non eſt diligendū. aut nō diligat qđ diligendum eſt. aut eque diligat qđ minus vel amplius diligēdū eſt aut min' vel ampli' quod eq diligendū eſt. Omnis peccator inquantū peccator eſt. nō eſt diligendus. et oīs homo inquantū eſt homo diligendus eſt propt deum. Deus vero propter ſeipſum. et deus propter ſe omni ho

mine amplius diligendus eſt. ⁊ amplius quiſ debet deū diligere ꝙ ſeipſum. Item amplius alius homo diligendus eſt ꝙ corpus nr̄m. qꝛ propter deū omnia iſta diligenda ſunt. ⁊ poteſt nobiſcum deo homo perfrui. qđ nō poteſt corpus. qꝛ corpus ꝑ animā viuit qua fruimur deo. Audiſti aliqua de ordine charitatis vbi expreſſum eſt nos amplꝰ debere diligere deū ꝙ omnes homines vel noſipſos. ⁊ amplius animā alicuius hoīs ꝙ corpus nr̄m. In enumeratiōe etiā quatuor diligendorū ſuperius poſita: prius ponitur qđ ſupra nos eſt. Secūdo quod nos ſumus. Tertio qđ iuxta nos eſt. Quarto quod infra nos eſt. vbi ordo diligendi inſinuari videt̄ ex rōne numerationis. Non eſt aūt aptum vt ꝑ oēs homies pariter diligere debeamus ⁊ tantum quātum nos vel minus.

An omnes homines pariter diligendi ſunt.

¶ Unde etiam ſuper hoc ſepe mouet̄ queſtio quam perplexaȝ faciunt ſctōꝛum verba varie prolata. Quidam eīn tradere videntur ꝙ pari affectu oēs diligendi ſint. ſed in effectu. i. in exhibitiōe obſequij diſtinctio obſeruanda ſit. Uñ Auguſ. Omnes hoīes eque diligendi ſunt. Sed cū oībus prodeſſe nō poſſis his potiſſimuȝ cōſulendū eſt. qui ꝑ locorum ⁊ tēpoꝛū vel quarūlibet rerū oportunitatibus cōſtricti⁹ tibi quaſi quadā ſorte iunguntur. Pro ſorte eīn habendū eſt quo quiſ tibi tempoꝛalr̄ colligatus adheret ex quo legis potius illi dandū eſſe. Idem ſup epl̄am ad Gal. Operemur bonū ad oēs. maxime aūt ad domeſticos fidei id eſt ad chriſtianos. Oībus eīn pari dilectione vita eterna optāda eſt. ⁊ ſi non oībus eadem pñt exhiberi dilectionis officia ꝙ̄ fratribus maxime ſunt exhibenda. qꝛ ſunt inuicem mēbra qui hñt eundē patrem. His alijſ teſtimonijs innitunt̄ qui dicunt oēs hoīes pariter diligēdos eſſe charitatis affectu. ſed in operis exhibitione differentiam.

Que his repugnare videt̄.

¶ Quibus obuiat illud preceptum legis de diligendis parentibꝰ. Honoꝛa patrem tuū ⁊ matrem vt ſis longeuus ſuper terrā. Ut quid eīn ſpecialiter illđ preciperet̄ de parentibꝰ niſi maioꝛi dilectione foꝛēt diligēdi. Sed hoc illi referendum dicūt ad exterio

rem exhibitionē. in qua prepo⸗ nendi ſunt parentes. Unde bo⸗ nora dixit nō dilige. Obuiat eti am illud qđ Hierony. ſu pˀ Eze chielem ait. ſ. vt ordine charitatiſ ſicut ſcriptum eſt. Ordinauit in me charitatē. Poſt oīm patrē deū carnis quoqꝫ pr̄ diligat. ⁊ ma ter ⁊ filius. ⁊ filia frater ⁊ ſoror. Ambro. quoqꝫ diligendi expri⸗ mens ordinem ſuper illud can⸗ ticoꝝ capitulo primo. Ordina⸗ uit in me charitatē ait. Multoꝝ charitas in ordinata eſt qđ in p mo eſt ponūt tertiū vel quartū. Primo deus diligendꝰ eſt. ſcđo parentes. inde filij poſt domeſti ci qui ſi boni ſunt. malis filijs ꝓ ponēdi ſunt. Scđm hoc in euā⸗ gelio ad cuiuſqꝫ dilectionē. pro priū ponit. Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo ⁊ ex oībus viribus tuis. Et proximū tuū ſi cut teipſum. ⁊ inimicos non ex tota virtute. non ſicut te ipſum: ſed ſimpliciter. ſufficit eīm ꝙ dili gimus ⁊ nō odio habemus. Ec ce ex premiſſis aperte inſinuatur que in affectu charitatis diſtin⸗ ctio ſit habēda. vt differenti affe ctu nō pari hoīes diligamus. ⁊ aū oīa deū. ſecđo noſipos tertio parentes. inde filios ⁊ fratres. poſt domeſticos. demum inimi cos diligamus. Sed inquiunt illi q̄ de ordine dilectionis vt ſu⸗ pra dicuntur eſſe referenda ad o perū exhibitionē. que defferēter proximis exhibenda ſunt. Pri mo parentibus. inde filijs. poſt domeſticis. demū inimicis. De um vero tam affectu q̄ obſequij exhibitione. ante oīa diligendū.

Qđ aliqui eorūdem tantū proximos quantum nos de bere diligere tradunt.

¶ Quorū etiam non nulli tra⸗ dūt affectu charitatis tm̄ proxi⸗ mos eſſe diligēdos quantū nos ipſos diligimus. Quod confir⸗ mant autoritate Auguſ. qui ait Nec illa iā queſtio moueat. quā tum charitatis fratri debeamus impendere quantū deo. Incom parabiliter plꝰ deo q̄ nobis. fra tri vero quantū nobis. Nos au tem tanto magis diligimꝰ: quā to magis diligimus deū. Ex hoc ⁊ ex premiſſis teſtimonijs Au⸗ guſ. aſſerūt oēs hoīes pariter eſſe diligendos a nobis. ⁊ tantū quantū nos. deū aūt pluſq̄ nos corpus vero noſtrum minus q̄ nos vel proximos. Hec in enu⸗ meratiōe premiſſa quattuor dili gendoꝝ ordinem diligēdi aſſig⸗ nari dicūt. ſed tm̄ q̄ ſūt diligēda.

Scōm alios non pari affe= ctu oēs diligendi ſunt.

¶ Uerū qꝛ premiſſa verba Am
broſij ordinem diligendi ſcōm af
fectum magis ꝙ ſcōm effectum
diligenter intuentibus explica/
re videntur nō indocte alij dicūt
nō modo in exhibitione operis.
ſed etiā in affectu charitatis or
dinē differentē eſſe ſtatutum. vt
ante oīa diligamus deū. ſcdo
nos. tertio parentes. quarto fili
os vel fratres. ꝛ huiuſmodi. po
ſtea domeſticos. demū inimicos
Qꝺ vero Auguſti. dicit pariter
oēs eſſe diligendos. ꝛ pari dile/
ctione omnibꝰ vitam optandā.
ita accipi poteſt vt paritas non
ad effectum referat. ſed ad bonū
qꝺ eis optatur. qꝛ charitatē om
nibus optare debemꝰ vt paria
bona mereant. Sic aplus dicit.
Uolo oēs homines eē ſicut me.
Optāda eſt eīm minoribus per
fecto maiorū vt ipſi fiant perfe/
cti. ꝛ ſic parē mereant beatitudi/
nē vel pari dilectione. i. eadē di
lectiōe oēs diligendi ſunt. Jtē
qꝺ ait. vt tantū diligamus fra/
tres quantū nos. ita intelligi po
teſt. i. ad tantū bonū diligamus
frēs ad quantū nos. vt tantum
bonū eis optemus in eternitate
quantū nobis. ꝛ ſi non tanto af
fectu. Uel ibi ꝙtum ſimilitudi/
nis eſt. non ꝙtitatis.

Queſtio de parentibus bo= nis ꝛ malis.

¶ Solet etiā queri ſi parentes
nr̄i mali ſint. vel filij vel fratres.
An magis vel minus diligendi
ſint alijs bonis. hac rōne nobis
nō copulatis. Uidꝫ ꝙ magis ſint
diligēdi boni. q̄ nobis carne non
ſunt coniuncti ꝙ mali carne cō
iuncti: qꝛ nobis ſunt coniuncti
corde. glutino charitatis. San
ctior: eſt eīm copula cordiū ꝙ cor
porū. Uñ Beda. de illis verbis
dñi. Mater mea ꝛ fratres mihi
ſunt q̄ verbū dei faciūt. ait. Nō
iniurioſe negligit matrē. nec ma
ter negatur que etiā de cruce co
gnoſcit. ſed religioſiores mon/
ſtrantur copule mentiū ꝙ cor/
porū. Uerūtamen latebroſa q̄/
ſtio eſt hec. nec a nobis plene ab
ſoluenda. ꝑperantibus ad alia.
Mouemur et ſuper verbis illis
q̄bus inimicos non ex tota vir/
tute. nō ſicut teipſum iubet dili/
gere. ſꝫ ſimplr̄. Sufficit enim ꝙ
diligimus ꝛ non odio habemꝰ.
Qꝺ non ita accipiendū eſt qua
ſi ſufficiat tibi diligere inimicum
ꝛ nō tibi teipm̄. qꝛ oēs ꝛ amicos

et inimicos ſicut teipm̄ diligere debes. Sed ad oſtendēdū gradus diligēdi deum et proximū. et inimicū q̄ tn̄ proximus eſt. q2 dn̄s ponit cū ait. Diliges deū ex tota virtute tua et proximū ſicut teipm̄. Non ait ex tota virtute vt oſīdat proximū diligendū minus q̄ deū. Dicit etiam diligite inimicos. nec addit ex tota virtute nec ſicut teipm̄ ſ3 ſimpl'r. Sufficit eñ q diligim⁹ et nō odio habem⁹. id eſt ſufficit dicere vt diligamus et non odio habeamus. non q̄n eos diligere debeam⁹ ſicut nos. q2 proximi ſunt. ſ3 ſufficit ſi eos min⁹ diligim⁹ q̄ alios proximos. qd̄ dilectiōis gen⁹ innuit.

Queſtio Auguſ. libro retractationum.

¶ Queri etiā ſolet cur dn̄s precepit diligere inimicos. cu3 alibi p̄cipiat odio habere parentes et filios? Ad qd̄ dicēdū eſt duo eſſe diligēda in homine. natura3 et virtutē. vitium v̄o et pctm̄ odiendū. Et parētes ergo inq̄tum mali ſunt odiendi ſunt. et inimici diligendi inq̄tū hoīes. Diligam⁹ ergo inimicos lucrandos in regno dei et odiamus ppiquos ſi impediunt nos a regno dei et in omnibus cōmuniter natura3 diligamus. quam deus fecit.

De gradib⁹ charitatis.

¶ Sciendū quoq3 eſt diuerſos eſſe gradus charitatis. Eſt eni3 charitas incipiens. pficiens pfecta perfectiſſima. Uñ Auguſ. Perfecta charitas hec ē vt quis paratus ſit p fratribus etiā mori. Sed nūq̄d mox vt naſcit᷑ iam prorſus pfecta eſt. imo vt pficiatur naſcit᷑. cū fuerit nata nutrit᷑. cū fuerit nutrita robozat᷑. cū fuerit roborata pficit᷑. cu3 ad perfectionē venerit dicit. cupio diſſolui. etc. Hic aperte pgreſſus et pfectio charitatis inſinuat᷑. Quā pfectionē etiā veritas commendat dicēs. Maiorē hac dilectionē nemo h3 q̄ vt aīam ſuam ponit q̄s p amicis ſuis. Qd̄ vtiq3 dictū ē ope dilectionis. q2 maior dilectiōis effect⁹ non ē. q̄ ponere aīam p alijs. Nec te moueat qd̄ ait p amicis. q̄ eñ ponit aīa3 pro amicis. ponit et pro inimicis ad hoc ipſi fiant amici.



Irca vigeſimānonā diſtinctionem queritur: an in charitate ſit ponēdus aliquis ordo diligendoru3. Pro huius queſtionis intelligētia eſt ad

¶ Contra iſtas concluſiões arguitur ſic autoritate apoſtoli prime ad corin. 13. d. charitas nūq̄ excidit ergo charitas non amittitur per aliquod peccatū ſiue mortale: ſiue veniale. Ad hoc argumentū rñdet negando ɔñam: rō eſt: q intentio apoſtoli eſt ponere differentiā inter fidē ſpē: & charitatē. Per hoc q fides et ſpes euacuabuntur: ita q ſi aliquis bonus xpian⁹ moriatur cū fide: ſpe & charitate: fides: & ſpes deſtruētur: ſed charitas perſeuerabit in patria & ſic patet q autoritas Pauli nō militat contra iſtas concluſiones. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur poſito q aliquis habeat charitatē qui poſtea peccabit mortaliter: tūc talis habēs charitatē eſt filius dei: ergo eſt ſcriptus in libro vite: & vltra ſequitur q non poteſt deleri: ſed ſi amittat charitatē per peccatuz mortale delebit de libro vite: ergo talis non poteſt amittere charitatē. Ad hanc replicā rñdetur diſtinguendo ɔñs prie ɔñe ſcz q ſit ſcriptus in libro vite vel ſecundū eternā dei predeſtinationem & ſic negatur prima ɔña: vel ſcdum preſentē iuſticiā: & ſic conceditur prima ɔña cū ɔñte: & negatur ſcda ɔña nam ille qui eſt ſcriptus ſcdm pſentem iuſticiā bene poteſt deleri de libro vite.

¶ Scdo arguitur ſi charitas poſſet amitti maxime amittentur p peccatū mortale: vt. d. 3. concluſio: ſed habens charitatē nō poteſt peccare mortaliter: igitur charitas non poteſt amitti: mi. probatur autoritate Joānis in tertio cap. prime canonice. d. ois em̄ qui natus eſt ex deo peccatū non facit: q ſemen ipſius in eo manet: & non pōt peccare qm̄ ex deo natus eſt: ſed ois habens charitatē eſt natus ex deo: ergo ois habens charitatem nō poteſt peccare. Ad hoc argumentum reſpondetur negando minorem: & ad probationē

dico: q̄ Joānes intelligit q̄ habens charitatē non poteſt peccare ſi operet hō ſecundū inclinationē charitatis: ſed hō non ſemper taliter operatur. ¶ Cōtra iſtā ſolutionē arguitur ſe queretur q̄ talis charitas non eſſet vera: ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela patet autoritate Aurelij auguſtini in epiſtola ad Julianū. d. charitas que defficere poteſt nunq̄ vera fuit ſed quelibet charitas pōt defficere per peccatū mortale: ergo nulla talis fuit vera charitas. Ad hāc replicam rn̄detur negando ſequelā: ⁊ ad probationē dico q̄ Aurelius auguſtinus intelligit ſi talis deffect⁹ proueniat ratione Charitatis non autem ſi proueniat ex parte libertatis ⁊ voluntatis. ¶ Contra iſtā ſolutionē arguitur ſic teſte diuo Gregorio in quadā homelia penthecoſtes: omis charitas vera magna operatur: ſed talis charitas nihil operatur: immo deſtruitur ratione peccati mortalis ergo non eſt vera charitas. Ad hāc replicā rn̄detur diſtinguendo maio. vel actualiter ⁊ ſic negatur illa: nec ita intelligit diuus Gregorius. naꝫ certū eſt q̄ vir ſanctus dormiens veram habet charitatē: ⁊ tñ non operatur actualiter vel intelligendo ſcd̄m inclinationē charitatis ⁊ habitualiꝭ ⁊ ſic cōceditur illa ⁊ negatur minor intelligendo ſemper habitualiter ⁊ ſcd̄m inclinationē ipſi⁹ charitatis.

¶ Tertio arguiꝭ ſic oīs amor vnit amantem cum amato: ⁊ quanto eſt maior tanto magis vnit: ſed charitas eſt maior amor quā amor naturalis ⁊ excellentior ⁊ amor naturalis vnit indiſſolubiliter: ergo per locum a fortiori charitas vnit indiſſolubiliter: ⁊ per ꝯñs charitas neq̄t amitti q̄ amor naturalis vniat indiſſolubiliter patet: q2 nullus odit naturaliter illud quod naturaliter amabat. Ad hoc argumentum reſpondetur negando conſequentiam primam: ratio eſt: q2 natura eſt determinata ad vnum: ſed ſubiectum charitatis quod eſt liberuꝫ arbitriū ſiue voluntas non eſt determinatū ad vnum: idcirco quamuis charitas ſit excellentior amore naturali non tamē oportet quod indiſſolubiliter vniat. ¶ Contra iſtam ſolutionem arguitur liberum arbitrium non inclinatur ad peccandum niſi per aliq̄d motiuum alliciens ipſum ad peccandū: ſed charitas excludit omnia talia motiua: ergo impoſſibile eſt q̄d aliquis amittat charitatem. Ad hāc replicam reſpondetur ab aliquibus q̄ charitas habitualis non excludit omnia motiua ad peccandū: ſed bene charitas actualis: ſed iſta reſpōſio non valet. nam cum charitate actuali ſtat peccatū veniale: ⁊ a fortiori ſtabit aliq̄d motiuū alliciēs ad peccatum mortale. Propterea negan duꝫ eſt ſimpliciter q̄ charitas excludat oīa motiua ad peccandum. Et ſi replices charitas eſt fortior in bonum q̄ peccatū in malo: ergo charitas non poteſt deſtrui per peccatuꝫ mortale: negatur ꝯña: rō eſt. q2 ſol⁹ deus eā deſtruit: ⁊ peccatū mortale ſolū eſt cauſa ſine qua non. ¶ Contra iſtam ſolutioneꝫ arguitur qui habet charitatē habet xp̄m pro fundamēto: ⁊ ſpiritūſanctū pro adiutorio: ſꝫ

nihil poteſt infringere firmitatem xpi nec virtutē diuini adiutorij ſuperare: ergo impoſſibile eſt: quod charitas amittatur per peccatum mortale. Ad hanc replicam reſpōdetur negando conſequentiam: ⁊ rō eſt: qꝛ ſpiritusſanctus non iuuat: niſi initi volentem.

¶ Queritur ſecundo circa eandem diſtinctionem. An fides: ſpes: ⁊ charitas: ⁊ ſcientia euacuentur in patria. Pro huius queſtionis intelligentia eſt ſupponēdum: qđ titulus queſtionis poteſt intelligi de actibus talium virtutum vel de habitibus ⁊ intelligendo de habitibus pōteſt intelligi adhuc bifariam vel de infuſis vel de acquiſitis. Iſto notato reſpondetur per aliquas concluſiōes. quarum prima eſt iſta. Poſſibile ē de potentia dei abſoluta: ꝙ oēs iſte virtutes maneant tam quo ad actus quam quo ad habitus. Iſta concluſio probatur quicquid non implicat contradictionem eſt attribuendū domino deo: ſed iſtud nullo modo implicat cōtradictionem: ergo eſt attribuendum dn̄o deo. Secūda concluſio eſt iſta non manebūt in patria fides: ſpes: ſiue quo ad actus ſiue quo ad habitus. Tertia cōcluſio eſt iſta non manebit in patria ſcientia. iſte due concluſiones patēt expreſſa autoritate apoſtoli prime ad cor.13.c. Quarta concluſio eſt iſta non manebit in patria charitas acquiſita: iſta concluſio probatur teſte apoſtolo in loco allegato tūc euacuabitur quod ex parte eſt.i.imperfectū: ſed charitas acquiſita euacuabitur. Quinta concluſio eſt iſta: in patria remanebit charitas infuſa. iſta cōcluſio probatur expreſſa autoritate Pauli in loco allegato. ꝺ. charitas nunꝙ̄ excidit.i.charitas perſeuerat in patria.

¶ Contra ſcđam concluſionē arguitur ſic: beati habent fidē actualem de aliquibus articulis: ⁊ ex tali fide frequentata generatur habitus: ergo in patria remanēt fides actualis ⁊ habitualis: maior probat̄ beati aſſentiunt. iſtis articulis. ſ. reſurrectio mortuorꝫ erit: dies iudicij erit antixp̄s erit: ⁊ ſic de alijs: ⁊ nō aſſentiunt euidenter: ergo aſſentiunt aſſenſu fidei. Ad hoc argumētū rn̄det̄ negando maio. ⁊ ad probationē negatur minor. immo clare talia vidēt in verbo diuino. nimirꝫ ſi euidenter aſſentiant. Contra iſtā ſolutionē arguitur Paulus in raptu vidit eſſentiam diuinā ⁊ nō perdidit fidē. ergo quāuis beati videant eſſentiā diuinam non propterea perduntfidem. Ad hanc replicā rn̄detur negando ꝯñam: rō eſt: qꝛ Paulus indigebat fide: beati aūt nō indigent ea.

¶ Scđo arguitur ſic contra eādem concluſionem. Omnes beati habent ſpem: ergo ſpes remanet in patria: antecedens patet autoritate ſacre pagine habetur enim ſapientie tertio capitulo. Spes illorū immortalitate eſt plena. Ad hoc argumentum reſpondetur negando antecedens: ⁊ ad probationem dico ꝙ ly ſpes in autoritate allegata non capitur pro habitu ſpei: de quo loquimur in propoſito: ſed ſolum pro

re ſperata: ita ꝙ ſenſus eſt beatitu-do que eſt res ſperata eſt immorta-lis ⁊ eterna. ¶ Cōtra iſtā ſolutionem arguit: vbi eſt deſideriū ibi eſt ſpes ſed angeli habēt deſideriū: ſimilr ⁊ beati: ergo angeli ⁊ beati habēt ſpē: minor patet autoritate diui petri in primo ca. prime canonice. d. in quē deſiderant angeli proſpicere. Ad hāc replicā rñdetur diſtinguēdo ma iorem vel intelligēdo de deſiderio ſummi boni: ⁊ ſic cōceditur illa ⁊ ne gatur minor: nec probatur in iſto ſen ſu vel intelligēdo de deſiderio cuiuſ cūq; boni indifferēter: ⁊ ſic negatur illa. Et ſi arguas aiē ſperāt ſtolam ſcdam: ergo habent ſpem: negatur ꝯña: ſimilr negatur iſta: aiē cōfidūt in deū: ergo habent ſpem: rō eſt qꝛ ſpes ſolū eſt reſpectu ſummi boni ⁊ nō reſpectu aliorū bonoꝝ niſi large ¶ Cōtra iſtā ſolutionē arguit dāpnati habent deſperationē: ergo beati ha bēt ſpem: ꝯña tenet qꝛ ſi propoſitū in ꝑpoſito: ⁊ oppoſitū in oppoſito. Ad hanc replicā rñdet negādo ꝯñaꝫ ⁊ ad probationē nō habet illud veꝝ niſi in vere ⁊ realr oppōſitis: modo dāpnatus ⁊ beat⁹ ſunt eiuſdē ſpēi ⁊ ꝺñs de⁹ ad maiorē punitionē dāna-torū permittit ꝙ dāpnati habeant cōtinuā deſperationē: ⁊ ad maioreꝫ premiationē beatorū nō vult: ꝙ ha-beant ſpem: imo ab eis ipam aufert dādo ſeipſū eternalr ipis beatis. Et ſi dicas certitudo non tolletur in pa tria ꝗ neq; ſpes: negat ꝯña: ⁊ rō eſt quia vltra certitudinē ſpes impor-tat deſideriū: ⁊ tale deſideriū aufe-retur ⁊ aufertur a beatis.

¶ Tertio arguitur ſic cōtra ter tiam cōcluſionē ſcientia euacuabit in patria: ergo charitas infuſa eua-cuabitur: ꝯña probatur qꝛ non vide tur potior ratio de ſcientia ꝗ̄ de cha ritate. Inſuper ſi ſciētia deſtrueret vel deſtrueretur per obliuionē vel ꝑ aduētuꝫ cōtrarij: ſed in patria nulla erit obliuio et nullū erit cōtrarium ſcientie: ergo ſcientia nō deſtruetur ꝯña tenet per phm. d. ꝙ ois habit⁹ deſtruitur per obliuionē aut per ad-uentum cōtrarij. Itē beati ſcient ea que ſciebāt: ergo ſcientia nō euacua bitur. Inſup xp̄s erat beatus ⁊ mul torum habebat ſcientiam. Igitur ſcientia nō euacuabitur. Preterea ſequeretur ꝙ ſtultū eſſet laborare ꝑ ſciētia cōparāda in hoc mūdo: ꝯñs eſt abſurdū igitur. Propter iſta ar gumēta neceſſariū eſt dicere ꝙ ſciē-tia quo ad habitū non euacuabitur: ſed ſolū quo ad vſum ⁊ actus: nā in patria quilibet beat⁹ ſimplici intui-tu ſciet que voluerit videndo ver-bum diuinū. Et cōcluſio tertia itelli gitur de ſciētia quo ad actū ⁊ vſum ⁊ non quo ad habitum.

¶ Queritur tertio circa eandeꝫ diſtinctionē: vtrū xp̄s ſeruauit ordi-nem charitatis. Pro huius queſtio nis intelligētia eſt aduertendum ꝙ duplex eſt ordo charitatis. ſ. vie ⁊ pa trie ordo charitatis patrie ſequitur cōformitatē diuine volūtatis in vo-lito: ſed non ſequitur ordo charitatis vie. nā ego licite diligo magis prēꝫ meuꝫ: quā vnū aliū extraneū melio rem prē meo. Iſto notato rñdetur per duas cōcluſiones: quarū prima eſta iſta: xp̄s ſeruauit ordinē chari-tatis vie. Iſta cōcluſio ꝓbatur: xp̄s

magis dilexit petruȝ quã ſimonem aut thadeũ: qui erant cognati eius: ergo xp̃s nõ ſeruauit ordinẽ charitatis vie. Scd̃a cõcluſio eſt: xp̃s ſeruauit ordineȝ charitatis patrie: iſta concluſio patet xp̃s ab inſtãti creationis aĩe fuit beatus: ergo habuit volũtatem ſuam conformẽ ſemper volũtati diuine: ⁊ per ↄ̃ns ſeruauit ordinem charitatis patrie.

De charitate dei.
Diſtinctio. XXXII.



Premiſſis adijciẽduȝ eſt de dilectione dei qua ip̃e diligit nos q̃ non alia ẽ quam illa qua diligimus eũ. Dilectio autem dei diuina vſia eſt. eademq́ʒ dilectione pater ⁊ filius: ⁊ ſpiritusſanct⁹ ſe diligũt ⁊ nos. vt ſupra diſſeruimus. Cũq́ʒ eius dilectio ſit immutabilis et eterna. Alium tamẽ magis: alium minus diligit. Unde Auguſ. Incomprehenſibilis eſt dilectio dei atq́ʒ immutabilis qua de⁹ ĩ vno quoq́ʒ noſtruȝ amat quod fecit. ſicut ⁊ odit quod fecimus. Miro ergo ⁊ diuino modo etiã quãdo odit diligit nos. Et hoc quidem in omnib⁹ intelligi poteſt. Quis ergo digne⁹ poteſt eloqui quantum diligat membra vnigeniti ſui. ⁊ quanto ampli⁹ vnigenitum ipſum. De ipſo etiam dictum eſt. nihil odiſti eorum q̃ feciſti. Ex his percipit̃ q̇ deus oẽs creaturas ſuas diligit. quia ſcriptuȝ eſt. nihil odiſti eorũ que feciſti. Et item. vidit deus cuncta q̃ fecerat. ⁊ erãt valde bona: Si oĩa q̃ fecit bona ſunt. ⁊ oẽ bonũ diligit oĩa ergo diligit q̃ fecit. ⁊ inter ea magis diligit rationales creaturas. ⁊ de illis eas amplius que ſunt membra vnigeniti ſui. Et multo magis ip̃m vnigenitum.

Ex qua intelligẽtia dicitur magis vel minus diligere hec vel illa.

¶ Cum autem dilectio dei immutabilis ſit. ⁊ ideo non intenditur vel remittitur. ſi queritur que ſit ratio dicti cũ dicitur magis vel minus diligere hoc q̃ȝ illud. ⁊ cum dicit̃ deus omnia diligere? Dicimus dilectioneȝ dei ſicut pacem exuperare omnẽ ſenſum humanum. vt ad tante altitudinis intelligentiam vix aliq̃tenus aſpiret humanus ſenſus. Poteſt tamẽ ſane intelligi ea ratione dici oĩa diligi a deo que

fecit. Quia omnia placent ei. oīa approbat inquantū opera eius ſunt. nec tunc vel prius vel amplius placuerunt ei cū facta ſunt ſcʒ anteꝗ fierēt. immo ab eterno omnia placuerunt ei non minꝰ quam poſtꝗ eſſe ceperūt. Q. vero rationales creaturas. i. homines vel angelos. alios minus diligere dicitur. nō mutabilitatem charitatis eius ſignificat. ſed ꝙ alios ad maiora bona. alios ad minora dilexit. Alios ad meliores vſus. alios ad minꝰ bonos. Omnia eñ bona noſtra ex eius dilectiōe nobis proueniūt. Electorū ergo alios magis. alios minꝰ dilexit ab eterno et diligit etiam nunc. quia alijs maiora. alijſ ꝗ minora ex dilectione ſua preparauit bona. alijſꝗ maiora ꝛ alijs minora bona confert in tēpore. Unde magis vel minus dicitur hos vel alios diligere.

Quod duobus modis inſpicienda eſt dilectio dei.

Conſideratur enim duobus modis dilectio dei. ſm eſſentiaʒ ꝛ ſm efficientiā. non recipit magis vel minus ſm eſſentiam ſed tm̄ ſm efficientiam vt magis dilecti dicantur quibus ex dilectione ab eterno maius bonū preparauit et in tēpore tribuit. et minꝰ dilecti quibus non tantū. Inde etiā eſt ꝙ aliqui quando conuertunt ꝛ iuſtificant dicuntur tunc incipere diligi a deo. Non ꝙ deus noua dilectione queꝗ poſſit diligere. imo ſempiterna dilectione dilexit ante mundi conſtitutionē quoſcunꝗ diligit. Sed tūc dicuntur incipere diligi ab eo. cū eterne dei dilectionis ſortiuntur effectuʒ. ſ. gratiam vel gloriam. Unde Auguſ. Abſit vt deꝰ tēporaliter aliquid diligat q̄ſi noua dilectione que in ipſo añ non erat. apud queʒ nec preterita trāſierunt. et futura iam facta ſunt. Itaꝗ omnes ſanctos ſuos ante mundi conſtitutioneʒ dilexit ſicut predeſtinauit. Sʒ cūm conuertuntur ꝛ inueniūt illuʒ. tunc incipere ab eo diligi dicuntur vt eo modo dicatur quo pōt humano affectu capi quod dicit. Sic etiā cum iratus malis dicitur et placidus bonis: illi mutantur et nō ipſe. vt lux infirmis oculis aſpera firmis lenis eſt. ipſorum ſcʒ mutatione. non ſua. Ita cuʒ aliquis p iuſtificationē incipit eſſe amicꝰ dei. ipſe mutat non deus.

Si quis magis vel minꝰ diligatur a deo vno tp̄e q̄ alio.

¶ Si vō querit de aliquo' vtrū magis diligatur a deo vno tem pore ꝙ̄ alio? Diſtinguēda eſt di lectionis intelligentia. Si enim referatur ad dilectionis effectū: conceſſibile eſt. Si vero ad dile⸗ ctionis eſſentiā: inficiabile eſt.

Si deus ab eterno dilexit reprobos.

¶ De reprobis vero qui prepa rati nō ſunt ad vitam ſed ad mor tem. Si q̄ritur vtrum debeat cō cedi ꝙ de⁹ ab eterno dilexit eos? Dicamus de electis ſolis ſimpli citer hoc eſſe concedendū ꝙ de⁹ ab eterno eos dilexit quos ad iu ſticiā ⁊ coronā preparauit. De nō electis vero ſimpl'r eſt ꝯcedē dū ꝙ odio habuit. id eſt. repro⸗ bauit. Sicut legit Jacob dile⸗ xit: eſau odio habui. Sȝ nō ē ſim plicit̄ dicendū ꝙ dilexit. ne pre⸗ deſtinati intelligantur. ſed cum adiectione dilexit eos inquātuȝ opus ei⁹ futuri erant. id eſt quos ⁊ quales facturus eos erat.



Irca trigeſi mā ſecundaȝ diſtictioneȝ: queritur pri mo: an de⁹ eternalit̄ et gn̄ralit̄ oīa ex charite di ligat. Pro huius queſtionis enōdatione eſt nō tādū: ꝙ dn̄s deus non dicitur creatu ram diligere rōne affectionis: ſed ratione cōmunicationis alicuius bo ni: ita ꝙ dilectio dei erga creaturaȝ potius dicitur dilectio effect⁹ quam affectus: nā dn̄m deum diligere ali quā creaturā nihil aliud eſt quā dn̄ȝ deum cōmunicare ei aliquod bonū vel velle ei cōmunicare ⁊ talis cōmu nicatio diuine volūtatis cōſideratr̄ in duplici genere effect⁹ vl'ȝ in effe⸗ ctibus nature: ⁊ effectibus gr̄e ⁊ glo rie: p̄m⁹ effectus. ſ. nature oib⁹ crea turis eſt cōmunis: ſed effect⁹ gr̄e ⁊ glorie non oībus eſt cōmunis: ſed ſolum electis. Iſto notato r̄ndetur per duas cōcluſiones quarū Pria eſt iſta: dn̄s deus eternaliter ⁊ gene raliter dilexit oēs creaturas quātuȝ ad effectū nature: iſta cōcluſio patȝ duplici autoritate: prima habet̄ ge⸗ neſis primo cap. ſ. vidit deus cūcta q̄ fecerat ⁊ erāt valde bona. ſcd̄a habetur ſapientie. 11. ſ. diligis oīa dn̄e et nihil odiſti eorum q̄ feciſti. Scd̄a cōcluſio eſt iſta dn̄s de⁹ quā⸗ tum ad effectum gr̄e quoſdā diligit ⁊ quoſdā odit: iſta cōcluſio patet tri plici autoritate. prima habetur ſa⸗ pientie. 14. ſ. ſimil'r abominabilis ē deo ipſus ⁊ impietas eius. ſcd̄a ha betur eccleſiaſtici. 12. altiſſim⁹ odio habet peccatores. Tertia habet̄ ma lachie primo ca. Jacob dilexi eſau autē odio habui.

¶ Contra primā cōcluſionē ar guitur ſic de⁹ ante creationē mūdi non dilexit creaturas: igitur de⁹ nō eternaliter dilexit oīa: añs p̄batur

ante creationez mūdi creature non erant bone: ergo non diligebātur a deo ante creationē mūdi: aīs probatur creature non erant entia ante creationē mūdi: ergo non erāt bone ꝯña tenet quia ens ⁊ bonū conuertuntur. Ad hoc argumētuz rūdetur negādo aīs: ⁊ ad probationē negatur ꝯña rō eſt: q2 lz tunc creature nō erant bone quia non erāt: erāt tamē future bone: ⁊ hoc ſufficit ad hoc ꝙ dicerētur diligi a deo. Nā dictū eſt in notabili ꝙ ſufficit ad hoc ꝙ deus diligat aliquid ꝙ velit ei cōmunicare aliquod bonū. Contra iſtā ſolutionez arguiť: amor eſt copula amātis ⁊ amati: ergo ſi ante creationem mūdi erat amor dei ergo creaturā: ſequitur ꝙ erat copula inter amans ⁊ amatū: ⁊ per ꝯñs res amata erat. Ad hanc replicā rūdetur ꝙ illud habet verū de amore qui eſt affectio: ⁊ quedā paſſio: modo amor dei erga creaturā nihil aliud eſt quā vſia ſiue eſſentia diuina.

Scđo arguiť ſic dilectio dei vt dictum eſt in notabili eſt dilectio effectus: ſed effectus diuine bonitatis eſt ex tēpore: ergo deus non diligit creaturas eternaliter. Ad hoc argumentū rūdetur diſtinguēdo minorem. ſ. ꝙ effectus diuine bonitatis ſit ex tēpore vel loquēdo de effectu in actu ⁊ ſic conceditur illa: ⁊ negatur ꝯña vel loquēdo de effectu in potētia ⁊ ſic negatur illa: imo effectus diuine bonitatis in potētia ſunt ab eterno. Contra iſtā ſolutionē arguitur: ſi ante creationē mundi dñs diligebat craturas vł vtebatur illis vel fruebať: nullū iſtoꝝ poteſt dari: igitur dñs deus non dilexit creaturas ab eterno: minor probatur ⁊ primo ꝙ non fruebatur creaturis: dñs deus ſolū ſeipo fruebatur: ergo nō fruebatur creaturis. Jā ꝓbatur ꝙ non vtebatur creaturis ante creationem mūdi nulle erāt creature: ergo nō vtebatur creaturis dñs deꝰ ante creationem mūdi. Ad hanc replicā rūdeť negādo minorē: ⁊ dico ꝙ vtebatur creaturis ante creationez mūdi: ⁊ ad probationē negatur ꝯña: rō eſt q2 ad hoc ꝙ deus vtatur aliqua creatura non reqritur ꝙ talis creatura ſit: ſed ſufficit ꝙ dñs deus velit ei cōmunicare aliquod bonū: naz vocat ea quę non ſunt tanꝗ̄ ea quę ſunt ad hebreos quarto.

Queritur ſcđo circa eandem diſtinctionē. An dñs deus equaliter diligat oēs creaturas. Pro huius queſtionis intelligētia eſt notādum ꝙ ly equaliter poteſt dicere equalitatem actus volēdi: ⁊ poteſt etiā dicere equalitatē boni voliti. Jſto notato rūdetur ad queſtionē per duas concluſiones: quarū Prima eſt iſta Dñs deus oēs creaturas equaliter diligit vt ly equaliter dicit equalitatem actus volēdi: iſta concluſio probatur dñs deus vno ⁊ eodē ſimpliciſſimo actu diligit oēs creaturas: q̄ quidem actus eſt ſua eſſentia diuina: igiť prima concluſio vera. Scđa concluſio eſt iſta dñs deꝰ non equaliter diligit oēs creaturas vt ly equaliter dicit equalitatē boni voliti: iſta concluſio probatur dñs deus maiora bona vult ⁊ cōmunicat vni crea-

ture quā alteri: ergo non eqlr diligit oēs creaturas ⁊ per ꝯñs ꝯcluſio vera.

¶ Cōtra iſtā ſcđam cōcluſionē arguitur ſic: dñs deus equalē habet curā de oībus creaturis: ergo equalit diligit oēs creaturas vt ly equaliter dicit equalitez boni voliti: añs patet expreſſa autoritate ſacre pagine habetur enim ſapiētie.6.ca. puſillum ⁊ magnū ipſe fecit: ⁊ equalit eſt ei cura de oīb⁹. Ad hoc argumētum rñdetur ꝙ ſapiens per illā autoritatem nihil aliud intelligit: niſi ꝙ deus nō eſt acceptator perſonaꝝ vt patet legēti illud capitulū. Pōt etiā dici ꝙ intelligit de cura quo ad prouidētiā in naturalibus.ſ. ꝙ dñs deus vnicuiqꝫ prouidet ſcđꝫ ſuā naturam quo ad naturalia: prima tñ ſolutio ē ꝯformior ca. allegato. Cōtra iſtā ſolutionē arguit: dñs de⁹ vniformiter ſe habet ad oīa: ergo īpoſſibile eſt ꝙ diligat vnā creaturā magis quā aliā: añs probatur dñs de⁹ vno ⁊ eodez modo ſemꝑ ſe habet ⁊ non mutat iuxta illud malachie primo cap. ego deus ⁊ nō mutor: ergo dñs de⁹ vniformit ſe habet ad oīa. Ad hanc replicā rñdetur diſtinguendo añs vel ex parte eſſentie diuine ⁊ ſic cōceditur illud ⁊ negatur ꝯñа vł ex parte creature ⁊ ſic negatur illud nec probatur in illo ſenſu.

¶ Scđo arguitur cōtra eandeꝫ concluſionem dñs deus oīa equalr cognoſcit: ergo dñs de⁹ oīa equalr diligit: añs probatur dñs deus non clarius aut melius cognoſcit vnam creaturā quā aliā: imo oēs eque clare ⁊ diſtīcte cognoſcit: ergo dñs de⁹ oīa equaliter cognoſcit. Ad hoc argumentū rñdetur negādo ꝯñam: rō eſt quia cognitio nihil ponit in re cognita: ſed dilectio pōit cōmunicationem alicuius boni in ipa re dilecta. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur: ſi claritas cognitionis facit ad excellentiam dñi dei: ita etiā magnitudo dilectionis: ergo ſi dñs de⁹ oīa equalit cognoſcit etiā oīa equalr diligit. Ad hanc replicā rñdetur diſtinguēdo ꝯñs vel quo ad equalitatē actus volendi ⁊ ſic conceditr ꝯña cū ꝯñte. nam dilectio qua dñs deus diligit oīa eſt a deo excellens ꝙ non poteſt eſſe aliqua alia excellentior ipſa: ſi vero intelligatur ꝯñs quo ad equalitatē boni voliti negatur ꝯña.

¶ Tertio arguitur ſic: ſequeret ꝙ dñs de⁹ magis diligeret angelos quā hoīes: ꝯñs eſt falſum igitur: ſequela probatur dñs de⁹ maiora bona contulit angelis quā hoībus: ergo magis dilexit āgelos quā hoīes añs probatur dñs de⁹ contulit maiorem potentiā ⁊ fortitudinē ⁊ agilitatē ⁊ meliora nalia angeli quā hoībus: ergo plura contulit angelis dñs deus quā hoībus. Inſuper angelus eſt ſimilior deo quā hō: ergo plura bona contulit angelis quam hoībus: iam probatur falſitas ꝯñtis dñs deus plura bona contulit hoībus quā angelis: ergo magis dilexit dñs de⁹ hoīes quā angelos: añs probatur deus fact⁹ eſt homo ⁊ non factus eſt angelus: iuxta illud apoſtoli ad hebreos primo: nuſqꝫ angelos apprehēdit: ſed ſemē abrae: ergo plura bona contulit hoībus quam

angelis:ꝯñs tenet per Aureliū au-
guſtinū.d.ꝙ vnio hipoſtatica eſt ſū
ma gratia quā deus poteſt conferre
creature. Inſuper dñs deus non ſo
lū humanitatē xp̄i verū3 glorioſam
virginē oībus angelis ⁊ archangelis
pretulit.ergo dñs deus plura bona
contulit hoībus ꝙ̄ angelis. Pro hu
ius argumēti ſolutione eſt notandū
ꝙ duobus modis poſſum⁹ loqui de
bonis que dñs deus contulit hoīb⁹
⁊ angelis:vno modo quantū ad cō
ditionē nature. Et alio modo quan
tum ad reparationē ſiue reſtauratio
nem.ſi loquamur primo modo ma
gis dilexit dñs deus angelos quā
hoīes.ſi vero loquamur ſcd̄o modo
magis dilexit dñs deus hoīes quā
angelos. Et ſi queras quos magis
dilexit ſimpliciter. rñdeo ꝙ magis
dilexit hoīes ſimpliciter:quā ange-
los.nam potiora:bona contulit hoī
b⁹ quam angelis maiorē enim gra-
tiam ⁊ gloriā dedit dñs deus hūani
tati xp̄i ⁊ virgini glorioſe quā oībus
angelis ſimul ſumptis. Ex iſtis pa
tet ſolutio ad argumentū.

¶ Quarto arguitur ſic ſequere
tur:ꝙ dñs ſaluator noſter magis di
lexiſſet Joannē ꝙ̄ Petrum:ꝯñs eſt
falſum.igitur ſequela probatur au-
toritate eccleſie canentis in quoda3
rñſorio:virgo eſt electus a dño ac in
ter ceteros magis dilectus:⁊ in vno
alio rñſorio canit hic eſt Joannes q̄
preuilegio amoris ceteris altius a
domino meruit honorari. Inſuper
glo ſuper vltimū cap. Joannis que
eſt Auguſt.d.quod Petrus magis
amabat. Joannes vero magis ama
batur. Inſuper Joannis.19.habe-
tur hic eſt diſcipulus ille quem dili-
gebat Jeſus quod dicitur per excel
lentiam. Preterea maiora ſigna
oſtendit ſaluator noſter Joāni quā
Petro. Nam Joāni reuelauit pro-
ditionem iude ⁊ nulli alteri ⁊ ſuam
ſanctiſſimam matrē ipſi cōmēdauit
in cruce:⁊ tandē in propria perſona
ante.s.dies mortis ipſius Joannis
ipſum Joannem ad epulas celeſtes
inuitauit. igitur magis dilexit ſal-
uator noſter Joannem quam Pe-
trum. Jam probatur falſitas conſe
quentis ſaluator noſter Joannis vl
timo dixit Petro. Simon Joannis
diligis me plus his:⁊ certum eſt ꝙ
non queſiuiſſet niſi Petrus plus di
lexiſſet ipſum quam ceteri apoſtoli:
ergo Petrus plus dilexit Chriſtu3
quam ceteri apoſtoli:⁊ ex iſto conſe
quenter ſequitur cum chriſtus nō ſit
ingratus ⁊ prouerbiorum.8. habet
ego diligentes me diligo ꝙ xp̄s pl⁹
dilexit Petrum qua3 omnes alios
apoſtolos. Inſuper ſaluator noſter
eccleſiam vniuerſalem cuius beata
virgo erat membrum beato Petro
cōmendauit:igitur cōmendauit bea
to Petro ſaluator noſter beatā vir-
ginem ⁊ Johannem euangeliſtam.
Pro huius argumenti ſolutione eſt
aduertendū ꝙ Aurelius auguſtin⁹
ſuper Joānem rñdet ad difficultatē
huius argumenti ꝙ eſt dilectio in ſi
gno exteriori:⁊ dilectio in affectu in
teriori ſi loquamur de p̄ma dilectio
ne dicit: quod magis diligebat ſal-
uator noſter Joannem quam Pe-
trum.ſi loquamur de ſecunda magis
diligebat ſaluator noſter Petrum

quam Joannem. Ex iſta ſolutione
Auguſtini ſequitur manifeſte ꝙ ſal-
uator noſter magiſ diligebat Petrū
quam Joannem ſimpliciter. Et ſi
obijcias ſaluator noſter debebat il-
li oſtendere maiora ſigna dilectiōis
quem magis diligebat ſecundū ve-
ritatē: ſed magis diligebat Petrū
quam Joānem: ergo maiora ſigna
dilectionis debebat oſtendere Pe-
tro quam Joanni. Ad hoc reſpon-
det Auguſtinus loco allegato quod
per Joannem ⁊ Petrum ſignifica-
tur duplex vita: per Petrū vita ac-
tiua que tranſit per Joannem ve-
ro contemplatiua que manet vnde
Petro dictū eſt ſequere me. de ioā
ne vero ſic eum volo manere: ⁊ qm̄
actiua liberalior ⁊ fructoſior eſt: con
templatiua purior ⁊ iocundior. ⁊ ad
ſignificandum huius duplicis vite
differentiam familiarius ſe exhibe-
bat Johanni quam Petro: in cuius
rei ſignum cōmiſit ſaluator matrē
ſuam Joanni cuſtodiēdam. Petro
vero curam paſtoralē. Inde infert
Auguſtinus quod Petrus erat me
lior: ſed Joannes felicior. Alius eſt
modus diui Bernardi reſponden-
tis ꝙ Petrus dilexit feruenti⁹ ⁊ for
tius diligebatur Joannes vero dul
cius dilexit ⁊ diligebatur familiari⁹
Ex iſto modo etiam ſequitur quod
ſaluator plus dilexit Petrum quā
Joannē. Alius eſt modus diui Bo
nauenture reſpondentis quod Pe-
trus magis dilexit deum in proxi-
mo Joānes vero magis dilexit deū
in ſe. quare Petrus accepit curam
regiminis Joannes autem gratiā
contemplationis. Ex iſto modo ſe-
quitur quod Saluator plus dilexit
Joannem quam Petrum. ⁊ iſti mo
di inſurrexerunt ꝓpter autoritates
adductas. Nam aliqui fauent Joā
ni: ⁊ aliqui Petro ⁊ non poteſt ſciri
quis iſtorum modorum eſt melior.
Unum tamen ſcimus ex fide catho
lica quod ille eſt altior in celis qui fi
naliter maiorem charitatem habuit
in terris: ⁊ magna eſt apparentia ꝓ
Joanne. Nam diutius vixit quam
aliquis apoſtolorum non tamen te-
mere eſt diffiniendum quis iſtorum
eſt beatior: ſed hoc expectare debe-
mus in patria vbi clare ſciemus qs
eorum alterum excedit in gratia et
gloria. Proportionabiliter poteſt
fieri difficultas de Joanne baptiſta
⁊ de Joāne euāgeliſta quis eorum
beatior eſt altero: ſed quia prohibi-
tum fuit ab ipſis duobus doctorib⁹
theologis diſputare de gloria ipſo-
rum. idcirco non eſt diſputandum:
ſed ſi aliqui ſunt multum auidi ta-
lia ſcire debent laborare ad compa-
randam vitam eternam in qua om-
nia iſta manifeſtabuntur.

¶ Queritur tertio circa eandē
diſtinctionem. Utrum domin⁹ de⁹
magis dilexit Chriſtum quam ge-
nus humanum. Pro huius queſtio
nis declaratione eſt aduertendū ꝙ
Chriſtus duas habet naturas. ſ. di-
uinitatem ⁊ humanitatem: ⁊ ideo ti
tulus queſtionis poteſt intelligi de
xp̄o ſcđm diuinitatē ⁊ poteſt etiā in-
telligi de xp̄o ſcđ3 hūanitatē. Iſtis
notatis r̄ndetur per aliquas cōclu-
ſiões: quarū prima eſt iſta dñs de⁹
magis dilexit xp̄m ſcđm diuinitatē

quã totum genus hũanum: iſta concluſio non eget ꝓbatione. Scd̃a concluſio eſt iſta: Dñs deus magis dilexit xp̃m ſcd̃m humanitatẽ quã totuȝ genus humanũ. Tertia cõcluſio eſt iſta dñs deus abſolute: ⁊ ſimplr̃ magis dilexit xp̃m quã totũ genus humanuȝ. Iſte due cõcluſiones probãtur autoritate ioãnis in .3. cap. d. de xp̃o datus eſt ei ſpũs non ad menſuram: ergo dñs deus maiorẽ grãm ⁊ glĩaȝ ↄdit xp̃o quã toti gñri hũano: ⁊ per ↄñs magis dilexit xp̃m quam totũ genꝰ humanũ. Inſuꝑ ad philipenſes ſcd̃o habetur de xp̃o: datum eſt illi nomẽ quod eſt ſuꝑ omne nomen vt in nomine ieſu oẽ genu flectatur terreſtiũ celeſtiũ ⁊ infernoꝝ igitur magis dilexit dñs deus xp̃m quã totũ genus humanum.

Contra iſtas duas vltimas concluſiones arguitur ſic. Dãs aliquid pro aliquo magis diligit illud pro quo dat quã illud qd̓ cõmutat: ſed deus pater pro genere humano dedit xp̃m iuxta illud ioannis .3. ſic deus dilexit mũdum vt filiũ ſuum vnigenitũ daret ⁊c. igitur deus paẗ magis dilexit totũ genus humanũ quã xp̃m. Ad hoc argumẽtuȝ rñdeẗ ꝙ maior habet veꝝ qñ dans alienat dominiũ a ſe: mõ deus pater quãuis dedit filiũ ſuum pro genere humano: non tamen alienauit a ſe. Contra iſtã ſolutionẽ arguitur: non prudenter agit qui ↄmutat rem maioris valoris pro re minoris valorꝭ ſed deus pater cõmutauit xp̃m pro genere humano: ergo dñs deus pater non prudenter egit: vel genꝰ humanũ eſt maioris valoris quã xp̃s. Ad hanc replicam rñdetur ꝙ maior habet veꝝ de mercatore qui vult ſe ipſum ditare: non aũt de ipſo q̇ vult ſubleuare indigentiã alteriꝰ: modo deus pater nolebat ſeipſum ditare qñ dedit xp̃m pro genere humano: ſed intendebat ſubleuare indigẽtiã generis humani. Contra iſtã ſolutionẽ arguitur genus humanum eſt maioris valoris ꝙ̃ xp̃s: igitur añs probatur xp̃s eſt finite bonitatis et genus humanum eſt multiplicabile per infinitas perſonas bonas: igitur genꝰ humanum eſt maioris valoris quã xp̃s. Ad hanc replicã rñdetur negando añs: ⁊ ad probationeȝ negatur vtraꝗ premiſſaꝝ de lege. nam certũ eſt ꝙ xp̃s eſt infinite bonus: ⁊ certũ eſt ꝙ de lege genus humanũ non multiplicabitur in infinitum. Contra iſtã ſolutionẽ arguitur deus pater propter genus humanũ dedit xp̃m: ergo magis dilexit deus pater genus humanum ꝙ̃ xp̃m: cõſequẽtia tenet autoritate phĩ in primo cap. primi poſteriorũ: propter vnũ quodꝗ tale ⁊ illud magis. Ad hanc replicã rñdetur negando ↄñaȝ ⁊ ad probationẽ dico ꝙ illa maxima philoſophi intelligiẗ quando ly propter dicit cauſam efficientem aut finalem ⁊ non quando dicit cauſam inducentem ſiue motiuam.

De quattuor virtutibꝰ principalibus.

Diſtictio. XXXIII.

POſt predi-
cta de quat-
tuor virtu-
tibus q̄ p̄n-
cipales vel
cardinales
vocant̄ diſ-
ſerēduꝫ eſt
que ſunt. iuſticia. fortitudo. pru-
dentia. tēperantia. De quibus
Auguſ. ait. Juſticia ē in ſubue-
niēdo miſeris prudentia in p̄ca-
uendis inſidijs. fortitudo in pfe-
rendis moleſtijs. tpantia in co-
ercendis delectationibꝫ prauis.
De his dr̄ in li. Sapiētie. So-
brietatē et prudentiaꝫ docet iu-
ſticiam ꝛ veritatē. Sobrietatem
vocat temperantiā. ꝛ veritatem
vocat fortitudinem. He virtu-
tes cardinales dicunt̄ vt ait hie-
ronymꝰ quibus ī hac mortalita-
te bene viuitur. et poſt ad eternā
vitaꝫ pueniтur. Que in xp̄o ple-
niſſime fuerūt ꝛ ſunt. de cuiꝰ ple-
nitudine nos accepimꝰ. Jn quo
habuerunt vſus eoſdeꝫ quos in
patria habēt ꝛ quoſdā etiaꝫ vie.
Uerūtamen an he virtutes cuꝫ
ꝛ ipſe in animo eſſe incipiāt q̄ cū
ſine illis prius eēt. tamen animꝰ
erat deſināt eſſe cuꝫ ad eterna p-
duxerint. nonnulla queſtio eſt.
Quibuſdā viſum eſt eas eſſe de-
ſituras. et de tribus quideꝫ pru-
dentia. ſ. fortitudine. et tempan-
tia cum hoc dicitur nō nihil dici
videt̄ Juſticia enim immortalis
eſt. et magis tunc pficiet̄ in no-
bis q̄ꝫ eē ceſſabit. Cū beate viue-
mus cōtemplatione nature diui-
ne q̄ creauit oēs ceteraſq̄ʒ inſtitu-
it naturas. qua nihil meliꝰ ꝛ a-
mabilius eſt. Cui regēti ſubditū
eſſe iuſtitie eſt. Et ideo īmorta-
lis eſt oīno iuſtitia. nec ī illa bea-
titudine eſſe deſinet: ſed talis ac
tāta erit. vt pfectior ꝛ maior eſſe
non poſſit. Fortaſſis ꝛ alie tres
virtutes prudētia ſine vllo iam
periculo erroris. fortitudo ſine
moleſtia tollerādo ꝑ malorū: tē-
perātia ſine repugnatione libidi-
num erūt in illa felicitate vt pru-
dentie ibi ſit nullū bonū deo pre-
ponere vel equare fortitudinis
ei firmiſſime coherere tēperātie
nullo ꝺfectu noxio ꝺlectari. Qꝺ
vero nunc agit iuſtitia in ſubue-
niendo miſeris qꝺ prudentia in
precauēdis inſidijs. qꝺ fortitu-
do in preferēdis moleſtijs. qꝺ tē-
perātia in coercēdis delectationi-
bus prauis. nō erit ibi oīno vbi
nihil mali erit Jſta ergo virtu-
tum opera huic mortali vite ne-
ceſſaria ſicut fides ad quā referē-
da ſunt in preteritis habebūtur

Ecce aperte hic dixit Aug⁹ ꝙ
predicte virtutes in futuro erūt
ſed alios vſus tūc habebūt quā
modo. Cui Beda aſſentit ſup
exodū ita dicens. Colūne ante
quas expāſum eſt velū. ptātes
celi ſunt. quattuor eximijs virtu
tibus preclare. id eſt. fortitudīe.
prudentia. tēperantia. iuſtitia. q̄
aliter in celis ſeruātur ab ange-
lis ⁊ aīabus ſanctis quā hic a fi
delibus. Et cōſequēter aſſignat
Beda vſus illarū virtutū ſcd̄m
preſentem ſtatū ⁊ futurū imitās
Aug⁹ in pmiſſis aſſignatiōib⁹.



Irca trigeſi-
mātertiāʒ di-
ctionē querit
primo quō di
ferant virtu-
tes cardina-
les a theolo-
gicis. pro hu
ius queſtiōis
intelligentia eſt notanduʒ ꝙ virtus
teſte pho in primo ca. 6. libri ethico-
rum prima ſua diuiſione diuiditur
invirtutē moralē: ⁊ intellectualē: vir
tus intellectualis: eſt virtus apta
nata inherere intellectui: virtus mo
ralis dicitur a more: qꝛ per cōſuetu-
dinem acquiritur: ⁊ iſta eſt expreſſa
intentio phi in ca. allegato: ⁊ ſic pʒ
ꝙ illi doctores theologi q̄ dicunt vir
tutem: ideo dici moralē qꝛ importat
quādā naturalē inclinationē vel qua
ſi naturalē aperte contradicunt pho
⁊ regulariter virtutes morales vo-
cantur ille que apte nate ſunt inhe-
rere voluntati: notāter dicitur regu
lariter ad excludendū prudentiam
que vocatur moralis virtus: attū nō
eſt nata inherere volūtati: ſed intel
lectui. Sed inſurges contra hoc: ſeq̄
retur ꝙ quelibet virtus intellectua-
lis eſſet moralis: pn̄s eſt falſum: igi
tur ſequela patet: quelibet virtus in
tellectualis acquiritur per conſuetu
dinem ex frequentatis actib⁹: ergo
quelibet virt⁹ intellectualis dicitur
moralis. Ad hoc rn̄detur ꝙ quelibʒ
virtus intellectualis poteſt dici mo-
ralis. Nihilominus non ita vocatur
⁊ rō eſt: qꝛ maius exercitiū: ⁊ maior
conſuetudo requiritur ad producen
dum virtutes in voluntate quam in
intellectu. ppter rebellionē appeti-
tus ſenſitiui. ideo per excellentiam
a maiori cōſuetudine ⁊ exercitio vir
tutes voluntatis vocantūr morales
non autem virtutes intellectus. Ul
terius inſurges nulla virtus intelle
ctualis eſt virtus: ergo notabile nul
lum: an̄s probatur quelibet virt⁹ in
tellectualis eſt indifferens ad bonū
⁊ malum: ergo nulla talis eſt virtus
an̄s probatur quelibet virtus intel-
lectualis poteſt referri in bonū finē:
⁊ in malū finē: ſi in bonū finem erit
bona: ſi in malū finem erit mala. igi
tur quelibet virtus intellectualis eſt
indifferēs ad bonū ⁊ ad malū. Hoc
argumentū aliqui ponderant: ſʒ nō
eſt ponderandū: rō eſt: qꝛ eodē mō
poteſt deduci de virtutibus morali-
bus. Nam quelibet virtus moralis
poteſt referri i vltimū finē: ⁊ ſic erit
bona: vel in malū finē. ſ. vanā glo-
riam ⁊ ſic erit mala. Propterea reſ

pondeo ad argumentũ negãdo afis ꝛ ad probationẽ diſtinguo ꝙ ſit indifferens ad bonũ: ꝛ ad malũ vł ad iſtũ ſenſum ꝙ poteſt fieri extrinſece bona ꝛ mala: ꝛ ſic conceditur illud ꝛ ꝯña. q2 idẽ cõtingit de qualibet virtute morali: vel ꝙ poſſit fieri intrinſece bona ꝛ mala: ꝛ ſic negatur illud nec probatur in tali ſenſu. Ulterius eſt notandũ ꝙ inter virtutes morales quattuor ſolũ vocantur cardinales. i. principales. nam veluti circa cardinem voluitur oſtiũ. ita circa ipſas virtutes cardinales tota vita noſtra verſatur humana. Tertio eſt notãdum ꝙ ex dictis diui Tho. eliciũtur. 2. differentie inter virtutes theologas ꝛ cardinales. Prima differẽtia eſt ꝙ virtutes theologice a ſolo deo infunduntur: morales vero a nobis cõparantur: ſed hec differẽtia ſuperius eſt impugnata. nam probauimus ꝙ eſt ponenda fides acquiſita: ꝛ charitas acquiſita: ꝛ iſte non infunduntur a deo: ſed a nobis cõparantur: ꝛ tamen ſunt virtutes theologice. Scđa differentia eſt: q2 virtutes theologice habent deũ pro obiecto non autem morales. Sed cõtra ſeipſum arguit diuus Tho. de ſapiẽtia. nam ſapientia habet deũ pro obiecto ꝛ non eſt virtus theologa igiť. Ad hoc rñdetur ꝙ licet ſapientia habeat deũ pro obiecto habet ipſuȝ in quãtũ eſt a nobis cognoſcibile per rationem naturalẽ: ꝛ hoc non ſufficit ad hoc ꝙ ſit virtus theologa: ſed oportet ꝙ habeat deũ pro obiecto ĩ quantũ excedit rõnem noſtrã naturalem ꝛ cognitionẽ. Sed adhuc īſurges de ſpe que nõ habet deũ pro obiecto: ſed beatitudinẽ eternam. ꝛ tñ eſt virtus theologa. Ad hoc rñdetur negãdo maiorem. immo habet deũ pro obiecto inquantũ deus eſt ſummum bonũ ipſi creature rõnali.

¶ Iſtis notatis rñdetur p vnã concluſionẽ que talis eſt ad queſtionem virtutes cardinales differunt a theologis penes obiecta. iſta cõcluſio probatur nulla virtꝰ cardinalis habet deũ pro obiecto: quelibet virtus theologa habet deũ pro obiecto ergo differunt abinuicẽ penes obiecta: ꝛ per ꝯñs concluſio vera.

¶ Contra iſtã cõcluſionẽ argř ſic concluſio preſupponit ꝙ tẽperãtia ꝛ fortitudo ſunt virtutes. ſed nulla ipſaꝝ eſt virtus. ergo ꝯcluſio preſupponit falſum: minor probať. oĩs virtus verſatur circa difficile: ſed tẽperantia non verſatur circa difficile nam verſatur circa delectationes tactus ꝛ guſtus: igitur tẽperantia non eſt virtꝰ: maior eſt philoſophi in primo libro ethicoꝝ. Ad hoc argumentum rñdetur negando minorẽ: ꝛ ad probationẽ negatur iteꝝ minor. immo teſte Auguſt. nulla ſunt acriora bella ꝙ̃ circa venerea in quibus eſt continua pugna ꝛ rara victoria ꝛ de fortitudine nulli dubiũ eſt quin verſatur circa pericula belli quibus difficile eſt reſiſtere.

¶ Queritur ſcđo circa eandem diſtinctionẽ. Utrũ virtutes cardinales maneant in patria. Pro huius queſtionis intelligentia eſt aduertẽdum ꝙ quattuor aſſignãtur a phis ꝛ doctoribꝰ theologis virtutes cardinales. ſ. prudẽtia: iuſtitia: fortitu-

do: ⁊ temperantia. Prudentia eſt di
rectiua oim aliaꝝ virtutū moraliū:
ideo vocatur auriga virtutū mora-
lium. Iuſtitia verſatur circa diſtri-
butionem premioꝝ ⁊ penaꝝ: ⁊ ꝯmu
tationē reꝝ. Fortitudo verſatur cir-
ca pericula belli. Temperantia aūt
circa delectationes guſtus ⁊ tactus
videt tamen mirabile ꝙ prudentia
enumeretur inter virtutes morales
viſo ꝙ ſit inter virtutes intellectua-
les. nam ſcdm oēs doctores prudē-
tia collocatur in potentia intellecti-
ua ſiue intellectu. ideo queritur qua
re numeratur inter virtutes mora-
les. Ad hoc rndetur ꝙ cauſa eſt qꝛ
materia oim virtutū moraliū eſt ob
iectū ipiꝰ prudentie. Inſup ſine ipa
nulla poteſt eſſe virtꝰ moralis. Sꝫ
maior ē difficultas de obiecti ⁊ ſub-
iectis iſtaꝝ. 4. virtutū cardinaliū.

¶ Quātum ad primū tenet do
ctor ſanctus ꝙ iuſtitia habet opatio
nes pro obiecto ſemp fortitudo aūt
⁊ tēperātia ſemp habent paſſiones
pro obiecto. Cōtra iſtā opinionem
arguitur ſic dabilis eſt aliqua tēpe-
rantia que non habet paſſioneꝫ pro
obiecto igitur opinio nulla: afis pro
batur iſte actus volo ſobrie comede
re ⁊ bibere (ſuppoſito ꝙ nulla inſur
gat paſſio pro iſto tpe) eſt temperā
tia ⁊ non habet paſſioneꝫ pro obie-
cto igitur. Similr iſte actus volo ie
iunare: ſimilr iſte nolo cenare hodie
vt meliꝰ ſtudeā eſt tēperātia ⁊ nullꝰ
iſtoꝝ actuū habet paſſionē pro ob-
iecto igitur aliqua tēperantia nō ha
bet paſſioneꝫ ꝓ obiecto. Preterea
iſte actus volo hinc ad. 2. dies egre-
gie pugnare in bello eſt fortitudo ⁊
non habet paſſionē pro obiecto: er-
go dabilis eſt aliqua fortitudo ꝙ nō
habet paſſionem pro obiecto. Iam
probatur ꝙ non ois iuſtitia habeat
operationē ſemp pro obiecto: iſte ac
tꝰ eſt iuſtitie. ſ. volo cōdēpnare iſtū
latronē ad mortē nō obſtātibus pre
cibus valentinis ⁊ habet paſſionem
pro obiecto: ergo dabilis eſt aliqua
iuſtitia ꝙ habet paſſionē ꝓ obiecto.
Inſuper volo ꝙ alicui iudici bono
chriſtiāo preſentent alique magne
pecunie ⁊ inſurgat paſſio in tali iu-
dice nihilominus eliciat iſtū actum
non obſtāte iſta paſſione agā confor
miter ad leges ⁊ cōſcientiā meā: ta-
lis actus eſt iuſtitia: ⁊ habet paſſio
nē pro obiecto: igit dabilis eſt actꝰ
iuſtitie habens paſſionem pro ob-
iecto. Propt iſta argumēta reales
⁊ nominales tenēt ꝙ interdū tales
virtutes habent paſſiones vel ope-
rationes pro obiecto vel obiectis vt
clare probatum eſt.

¶ Quātum ad ſcdaꝫ difficulta
tem. ſ. de ſubiectis iſtarū virtutum
oēs doctores cōueniunt in hoc. ſ. ꝙ
prudētia ſubiectat in ipo intellectu
⁊ iuſtitia in volūtate: ſꝫ digladiant
de alijs. 2. ſ. de fortitudine ⁊ tēperā
tia: nam diuus tho. tenet: ꝙ iſte due
virtutes. ſ. fortitudo ⁊ tēperātia col
locantur in parte ſenſitiua ⁊ non in
volūtate videlꝫ fortitudo in iraſcibi
li ⁊ tēperātia in cōcupiſcibili: rō eius
eſt qꝛ quātūcūqꝫ alia operatio ema
nat ab aliqua potētia ſcdm qd mo
uetur ab alia potētia oportet vtrāqꝫ
illarū potētiaꝝ eſſe perfectā ad hoc

ꝙ operatio ſit perfecta ꝛ non poteſt vtraqꝫ potentia eſſe perfecta niſi habeat virtutẽ: ergo poſtq̃ potẽtia ſenſitiua mouetur ab intellectiua neceſſariũ eſt in potentia ſenſitiua ponere aliq̃ virtutẽ ꝛ cõtra iſtã rõnem arguit ipſemet doctoꝛ Tho. Si iſta rõ eſſet bona ſeq̃retur ꝙ in corpoꝛe eẽt ponenda virtus ſiue in carne: ꝯñs ẽ abſurdũ: igitur ſeq̃la pꝛobatur operatio pꝛocedit a coꝛpoꝛe ſcꝫ ꝙ mouetur ab alia potẽtia: ergo per rõnẽ oppoꝛtet ponere quandã virtutem. Ad hoc rñdet diu° Tho. negãdo ſequelã: ꝛ ad pꝛobationẽ negat ꝯñam ꝛ dat diſcrimen: qꝛ aĩa dñaꝛ coꝛpoꝛi dñio deſpotico. vel ſicut dñs dñatur ſeruo: ꝛ ideo coꝛpus non põt repugnare aĩe: ꝛ qꝛ non põt repugnare aĩe. ideo non eſt ponenda virt° in ipſo: ſecus eſt de parte ſenſitiua. nã aĩa dñaꝛ parti ſenſitiue dominio politico quo regunꝛ liberi. nã pars ſenſitiua habet motus q̃bus interdũ repugnat rõni: ideo collocãda eſt ỽt° i pte ſẽſitiua ne pugnet aduerſ° rõnẽ.

❡ Contra iſtã opinionẽ arguit diuus bonauẽtura: actus partis ſenſitiue non ſunt virtuoſi: ergo habit° partis ſenſitiue nõ ſunt ỽtutes: añs pꝛobatur tales actus nõ ſunt liberi: ergo nõ ſunt virtuoſi nec meritoꝛij ꝛ hoc eſt ꝯtra fidẽ catholicã. nã martiriũ expectat ad foꝛtitudinẽ: ꝛ inter oẽs actus virtuoſos eſt maxime virtuoſus ꝛ meritoꝛius. Inſuper volũtas elicit act° tẽperantie ꝛ habet diſficultatẽ tales eliciẽdi: ꝛ maxime circa venerea. Pariformia elicit actus foꝛtitudinis interdũ cũ magna diſficultate maxime ſi habeat vxoꝛem filios ꝛ filias: ꝛ ex talibus frequẽtatis actibus generantur in voluntate habitus temperantie ꝛ foꝛtitudinis igitur neceſſeriũ eſt ponere foꝛtitudinẽ ꝛ tẽperantiã in voluntate.

❡ Pꝛopter iſta argumenta tenent Bonauẽtura reales ꝛ noïales ꝙ tales virtutes. ſ. foꝛtitudo ꝛ tẽperantia collocande ſunt in voluntate. Nihilominus in parte ſenſitiua ponendi ſunt aliq̃ui habit°: atñi tales habitus non ſunt virtutes. nam ſolũ habitus intellectus ꝛ voluntatis dicuntur virtutes.

❡ Iſtis notatis rñdetur ad q̃ſtionẽ per vnicã concluſionẽ que talis eſt. Oẽs virtutes cardinales manent in patria celeſti. iſta concluſio pꝛobatur aĩa xp̃i fuit perfecte bẽa i hoc mũdo ꝛ habuit oẽs virtutes cardinales: vt Ambꝛoſius ꝛ ceteri ſancti teſtãtur ꝛ magiſter poſt ipſos: ergo ỽtutes cardinales non repugnãt beatitudini pfecte: ꝛ per ꝯñs remanent in patria.

❡ Cõtra iſtã cõcluſionẽ arguiꝛ pꝛim° parẽs i ſtatu innocẽtie nõ habuit quatuoꝛ ỽtutes cardiales: ergo a foꝛtioꝛi btĩ nõ habẽt ỽtutes cardinales: añs pbaꝛ pm° parẽs nõ hũit aliquã difficultatẽ in ſtatu innocẽtie circa materias ỽtutũ cardinaliũ: ergo ſup vacaneũ eſt in ipo ponere tales virtutes: añs pbaꝛ appetit° ſenſitiu° i pmo parẽte cũ oĩb° virib° inferioꝛib° ſub debaꝛ rõni p iuſtitiã oꝛiginalẽ quã hẽbat: ergo pm° parens nullã hũit difficultatẽ circa materias ỽtutũ cardinaliũ. Ad hoc argumẽtũ rñdeꝛ negãdo añs ꝛ ad pbationẽ ne

gat itez aſſs: ⁊ ad ꝓbationē negat ꝯña: rō eſt quia prim⁹ parēs mirabiliter amabat vxorem ſuam ⁊ ex tali amore cauſabatur difficultas in eo quando obtulit ei pomū vetitū ad comedendū: nā ne cōtriſtaret eā comedit pomū illud maledictum.

De ſeptē donis ſpūſſancti. Diſtinctio. XXXIIII.



Unc de ſeptē donis ſpūſſancti agendū eſt vbi pri⁹ cōſiderandū ē an hec dōa vtutis ſint. Secundo an in futuro deſitura ſint vel oīa vel hoꝝ aliqua. Deinde an in xp̄o fuerint cūcta hec dona. Hec dona virtutes eē nec i futuro deſitura Amb. oſtdit ea ſeptem fore vtutes dicens et in angelis abundantiſſime eſſe ſic. Ciuitas dei illa hierl'm. celeſtis nō meatu alicui⁹ fluuij terreſtris abluit. ſed ex vite fonte ꝓcedēs ſpūſſancti cuius nos breui ſatiamur hauſtu in illis celeſtib⁹ ſpiritibus redundantius videt effluere. pleno ſeptem virtutū ſpiritualiū feruens meatu. Si enī fluuius ripaꝝ crepidinibus editis ſupfuſus exundat. q̄Ꝫ tomagis ſpūs omnez ſupueniens creaturā cum noſtre mentis archana tanq̄Ꝫ inferiora ꝯſtringat celeſtem illam angeloꝝ naturā effuſione quadā ſanctificationū vbertate letificat. Deinde ſanctificationē exponens ſubdit. His aūt ſanctificationibus ſignificat plenitudo ſeptem ſpiritualiū virtutum quas enumerat. Eſaias dicēs. Spiritus ſapientie ⁊ intellectus ſpiritus ꝯſilij ⁊ fortitudinis. ſpūs ſcientie et pietatis. ⁊ ſpiritus timoris dñi. Unum eſt ergo flumen ſpiritusſancti. ſ; multi ſpiritualium donoꝝ meatus. Quāuis ergo multi dicant ſpiritus. vt ſpiritus ſapientie ⁊ itellectus. ⁊c. vnus tñ eſt dei ſpiritus ſue libertatis arbiter omnia ꝑ autoritate voluntatis diuidēs ſingulis. Hic expſſe traditum ē ſeptē dona et virtutes eſſe ſanctificatiōeſq̄Ꝫ fidelium mentium et in futuro non deſitura cum ſint et in angelis.

Quod in chriſto fuerunt illa ſeptem dona.

In chriſto etiā hec eadē fuiſſe Eſaias oſtendit dicēs. Egredietur virga d radice ieſſe. ⁊ flos de radice eius aſcendet et requieſcet ſup eū ſpiritus dñi. ſpiritus ſapiētie ⁊ intellectus ſpirit⁹ con

filij et fortitudinis. ſpiritus ſancte ꝛ pietatis et replebit eum ſpiritus timoris domini.

Qd̄ videt̄ obuiare p̄miſſis

Cl Hijs autē videt̄ obuiare. qđ Beda de timore dn̄i dicit ſuper parabolas ſcʒ ꝙ oīs timor in futuro ceſſabit. Ait eīm ſic ſupra illum locū. Timor domini p̄ncipiū ſapientie. Duo ſunt timores dn̄i. ſeruilis q̄ p̄ncipium ſapientie eſt. et amicalis qui pfectionē ſapiētie comitatur. Seruilis p̄ncipium ſapie eſt. q꞉ q̄ poſt errata ſapē incipit. primo timore corrigit diuino ne puniatur. ſed hūc perfecta charitas foras mittit. Succedit huic. timor domini ſāctus pmanēs in ſeculum ſeculi. quē nō excludit charitas ſed auget. quo timet filius ne vel ī modico oculos amantiſſimi patris offendat. vterqȝ in futuro ceſſabit. charitas v̄o nunqȝ excidet. Auguſti. v̄o ſuper illū locū pſalmi. Adorabo ad templū ſanctū in timore tuo. timorem dei deſiturū dicit ſic. Timor dn̄i eſt magnū p̄ſidium pficientibus ad ſalutem. ſed peruenientibus foras mittitur. Non ergo timent iam amicū cum. ſ. ad id quod repromiſſum eſt perducti fuerint. Ex his autoritatibꝰ ſignificatur ꝙ timor nō erit in futuro. Si autē timor non fuerit in futuro. ergo nec ſeptē dona erunt nec modo ſunt in angelis ſiue ī animabus ſanctis. Ad quod dicimus autoritatū premiſſarū que videtur repugnantiā dirimentes. ꝙ ſeptē illa dona et in angelis modo ſunt et in animabus ſanctis feliciter viuentibꝰ et in nobis erunt in futuro. ſed non habebunt omnia hos vſus ſiue hec officia que nūc habēt. vt verbi gratia. Timor filialis mō facit timere ne offendamus quē diligimꝰ et ne ſeparemur ab eo: facit etiā nos reuereri eundem. In futuro vero faciet nos reuereri quando non timebimus ſeparari vel offendere. Non ergo metus ſeparationis vel offenſionis nunc eſt ī angelis vel in animabꝰ ſanctis. nec in nobis erit in futuro. ſed reuerentia que eſt mixta cum ſubiectiōe dilectionis. que etiā in chriſto fuit ſicut apoſtolus dicit ī epiſtola ad hebreos loquēs de chriſto. Qui exauditus eſt p ſua reuerentia. Quidam tn̄ ſcđm effectum timorem in xp̄o. ꝛ in angelis tm̄ eſſe contendunt.

Plena timorū diſtinctio.

¶ Et quia de timore tractandi nobis occurrit locus. Sciendũ eſt quattuor eſſe timores .ſ. mũ⸗danũ ſiue humanũ . ſeruilem ini cialem. caſtum vel filialem ſiue a micabilẽ. Humanus timor ẽ vt ait Caſſiodorus. quando time⸗mus pati pericula carnis . vel ꝑ dere bona mundi ꝓpter quod ð linquimus. Hic timor malus ẽ ꝗ in primo gradu cũ mundo de ſeritur quem dominus ꝓhibet ĩ euangelio dicẽs . Nolite timere eos qui occidũt corpus. ꝛc. Ti mor aũt ſeruilis ẽ. vt ait Auguſ. cũ ꝑ timorẽ gehenne continet ſe homo a peccato quo p̄ſentiã iu dicis et penas meruit. et timore facit quicquid boni facit. non ti⸗more amittẽdi eternũ bonuꝫ qð nõ amat. ſed timore patiẽdi ma⸗lum quod formidat. Non timet ne perdat amplexus pulcherri⸗mi ſponſi . ſed timet ne mittatur in gehennam. Bonus eſt iſte ti mor et vtilis. licꝫ inſufficiẽs per quẽ fit paulatim cõſuetudo iuſti cie. et ſuccedit initialis timor q̄n incipit qð duruꝫ erat amari. ꝛ ſic icipit excludi ſuilis timor a cha ritate. et ſuccedit deĩde timor ca ſtus ſiue amicalis . quo timemꝰ ne ſpõſus tardet. ne diſcedat. ne offendamus. ne eo careamꝰ. Ti⸗mor iſte de amore venit. Ille q̄⸗dem ſeruilis eſt vtilis. ſed nõ ꝑ⸗manens ineternum vt iſte. Ti⸗mor diuinus comes eſt per om nes gradus.

Collatio predictorum.

¶ Et attende qð quattuor hec diſtinguunt timores cuꝫ ſupra. Beda duos dixerit eẽ. Sꝫ Be da humanũ timorẽ ꝑtermiſit. et nomine ſeruilis duos quos hic diſtinximus complexus fuit ſcꝫ ſeruilem ꝛ inicialem. Amicabilẽ vero caſtum dixit. Auguſtinus quoq; ſeruilẽ etiã caſtum timo⸗rem aperte diſcernit. dum epiſto le ad Romanos illum locum ex ponit. Nõ eñ accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterum in timore. ſꝫ ac cepiſtis ſpm̄ adoptiõis filiorum dei: ita dicẽs. Duo timores in⸗ſinuantur hic vnus qui eſt in ꝑ⸗fecta charitate ſcꝫ timor caſtus. alter qui non eſt ĩ charitate. ſ. ſer uilis. in quo q̄uis deo credatur. nõ in deũ. ꝛ ſi bonum fiat non t̄n bene. Nemo eñ inuitus benefa cit etiam ſi bonũ eſt quod facit.

De caſto ꝛ ſuili plenꝰ agit tãgens interdũ de iniciali.

¶ De his eiſdẽ timoribus lati us diſputat Auguſt. dicẽs Ce⸗pit aliquis credere diem iudicij.

ſi cepit credere. cepit et timere: Sed q2 adhuc timet. nondũ ha bet fiduciam in die iudicij. non dum eſt in illo perfecta charitas. Si perfecta in illo eſſet charitas: non timeret. Perfecta eñ chari tas faceret perfectam iuſticiã ꝛ non haberet vnde timeret. imo haberet quare deſideraret vt trã ſeat iniqtas ꝛ veniat regnũ dei. ergo timoꝛ non eſt in charitate. Sꝫ in qua charitate: non i icho ata: In qua ergo. in pfecta: pfe cta inquit charitas foꝛas mittit timoꝛem. ergo incipiat timoꝛ. q2 inicium ſapientie timoꝛ domini. Timoꝛ eñ quaſi locum pparat charitati. Cũ autem ceperit cha ritas habitare pellit̃ timoꝛ qui ei pparauit locũ. Quãtum eñ illa creſcit. ille decreſcit. ꝛ quãtum il la fit iterioꝛ. timoꝛ pellitur foꝛas. maioꝛ charitas. minoꝛ timoꝛ. mi noꝛ charitas maioꝛ tioꝛ. Si au tem nullus eſt timoꝛ: non ẽ quo intret charitas. ſicut videmus p ſetam introduci linũ qñ aliquid ſuit̃. ſeta pus ĩtrat ꝛ niſi exeat nõ ſuccedit linũ. Sic timoꝛ pmooc cupat mentẽ. non aũt ibi rema net timoꝛ q2 ideo intrauit vt in troduceret charitatem.

Quod videtur pꝛedictis aduerſari.

¶ Eſt aũt alia ſententia que vi detur huic eſſe contraria. ſi non habet piuꝫ intellectoꝛẽ. Dicitur eñ in pſal. Timoꝛ domini caſt⁹ permanet in ſeculuꝫ ſeculi. Eter num quendã timoꝛem nobis oſ tendit. ſ. caſtum. Quod ſi oſten dit ille nobis eternũ timoꝛẽ. nũ quid contra dicit illi iſta epiſto la que dicit. Timoꝛ non eſt i cha ritate. ſꝫ perfecta charitas foꝛas mittit timoꝛem. Hoc eñ dictuꝫ eſt per Johannem. illud dictuꝫ eſt per Dauid. Sꝫ nolite puta re alium eſſe ſpiritũ. Si eñ vn⁹ flatus inflat duas tibias. nõ po teſt vnus ſpirit⁹ implere duo coꝛ da et agitare duas linguas. Si ſpiritu vno. i. vno flatu implen te: due tibie conſonant. implete due lingue ſpiritu dei diſſonare poſſint. imo ẽ ibiquedam conſo nantia. eſt quedã concoꝛdia. ſee auditoꝛem deſiderat ſtudioſum nõ ocioſum. Ecce mouit duas lĩ guas ſpiritus dei. et audiuimus ex vna timoꝛ non eſt in charita te. audiuim⁹ ex alia timoꝛ domi ni caſtus pmanet in ſeculũ ſecu li. Quid ẽ hoc: Diſſonat. Non: Excute aures intende melodiã: non ſine cauſa hic addidit caſt⁹. illic non addidit: quia eſt timoꝛ aliquis q̃ dicitur caſtus. eſt aliuſ

timoꝛ q̄ non dicitur caſtus: Diſcernamus iſtos duos timores et intelligamꝰ conſonantiam tibiaruȝ. Quomodo diſcernimꝰ? Attendat charitas veſtra. Sūt homīes q̄ propterea timent deum ne mittantur in gehennā ne forte ardentē cū diabolo in igne eterno. ipe eſt timoꝛ q̄ introducit charitatem. ſȝ ſic venit vt exeat. Si eñ propter penas times deū. nondū amas quē ſic times. non bona deſideras. ſȝ mala caues. Sȝ ex eo quia mala caues corrigis te ⁊ incipis bona deſiderare. q̄ cū deſiderare cepis. erit in te timoꝛ caſtus. Quid eſt timoꝛ caſtus? Timere ne amittas ipſa bona timere deū ne recedat a te. Cum autem times deū ne te deſerat. preſentiam eius amplecteris. eum ipſo frui deſideras.

Quomodo diſtēt duo timores. per ſimilitudinem duarum mulierum oſtendit.

¶ Non potes melius explanare quid interſit iter duos iſtos timores q̄ ſi ponas duas mulieres maritatas. quarum vnā conſtituas volentem facere adulteriuȝ ſed timet ne dampnet a marito. Timet maritum qꝛ adhuc amat neq̄ciam. huic non grata ē ſed oneroſa mariti preſentia. et ſi forte viuit nequiter. timet maritum ne veniat. Tales ſunt q̄ timent diē iudicij. Fac alterā amare virum. debere illic caſtos amplexus. nulla ſe adulterina immundicia maculare velle. iſta optat p̄ſentiam viri. Illa timet. et iſta timet. Iam ergo interrogent q̄re timeant Illa dicet. Timeo virū ne veniat. illa dicet. timeo viruȝ ne diſcedat. illa dicet. timeo virū ne damnet. illa dicet. timeo virū ne deſerat. Pone hec in animo ⁊ inuenis timoꝛē quē foras mittit charitas. et alium timoꝛeȝ caſtum p̄manentem in ſeculum ſeculi. Illum timoꝛem pfecta charitas foras mittit. q̄a ille timoꝛ toꝛmentū habet. toꝛquetur conſcientia peccatoꝛum nondum facta eſt iuſtificatio. Eſt ibi quod titillat mentem. quod pūgat. q̄d ſtimulat. Stimulat ille timoꝛ: ſȝ intrat charitas que ſanat quod vulnerat timoꝛ. timoꝛ caſtus facit ſecuritatem in animo. Audiuimus duas tibias. ſcȝ Iohānem ⁊ Dauid conſonantes. illa de timoꝛe dei dicit quo timet anima ne damnetur. illa de timoꝛe quo timet anima ne deſerat. Ille eſt timoꝛ quem charitas expedit. ille eſt timoꝛ q̄ permanet i ſe-

culum ſeculi. Ecce in his verbis predictis aperte oſtēdit Augu. quis ſit timor caſtus ⁊ q̄s ſeruilis. et qualiter differant. In q̄b⁹ etiam inicialē timorem ſignificauit q̄ nec ex toto eſt ſeruilis. nec ex toto caſtus. ſed tanq̄ medius aliquid de ſeruili. et aliquid ð caſto timore habet. facit em̄ ſeruire parti timore pene. parti amore iuſticie. per quē timemus puniri ⁊ timemus offendere. Iſte timor eſt i incboata charitate nō in perfecta. et quātū creſcit charitas tantū decreſcit iſte timor. quantum ad metum pene id eſt. quantū ad id quod facit timere penam ⁊ quantū ad tormentū conſcientie. Nā quātomaius diligimus tantominus timemus. Iſte timor notatur in illis verbis Auguſ. vbi non negat timorem eſſe in charitate incboata ſed perfecta. Quod nō poſſet dici de ſeruili. quia vt ipſe ſupra dixit ſeruilis timor non remanet veniente charitate. nec intrat charitas niſi prius ille timor exeat. nec in illo timore aliquis credit in deū. et ſi credat deo: nec benefacit. etiam ſi bonū eſt quod facit. Non ē ergo timor ille in charitate etiā incboata. q̄ꝛ omnia q̄ charitatē habet: licet non perfectam. et i ð um credit. et bona opera facit. q̄re ſeruilis non eſt timor ille quē in charitate incboata fore cōceſſit. et quem creſcente charitate ð creſcere dixit. Sed ille eſt timor inicialis quem non negat eſſe in charitate niſi perfecta ſit.

Q. timor ſeruilis et inicialis dicitur inicium ſapientie ſed differenter.

¶ Sciendū tamen eſt q̄ vterq̄ timor ſcȝ ſeruilis ⁊ inicialis. i ſcripture diuerſis locis dicit̄ iniciū ſapientie. ⁊ ita fore comperies ſi diligenter annotaueris loca ſcripture in q̄bus de timore domini fit mentio. ex alia tamen ratione et cauſa diuerſa dicitur ſeruilis timor iniciū ſapientie et ex alia inicialis. Seruilis em̄ ideo dicitur iniciū ſapientie. q̄ꝛ p̄parat locū ſapientie et ducit ad ſapientiam: ſed tamen non remanet cum ea imo foras exit. Inicialis vero dicitur iniciū ſapientie. q̄ꝛ eſt icboata ſapientia. quem cum q̄s habere incipit. ſapientiā ⁊ charitatem habere icipit. Inde etiā eſt q̄ vterq̄ timor dicit̄ inicialis. q̄ð inuenire poteris per diuerſa ſcripture loca. Uterq̄ etiam timor interdū dicit̄ ſeruilis. q̄ꝛ ⁊ ipſe inicialis q̄ eſt in charitate incboata

aliqd habet de ſeruili.ſ. angores pene.ſicut et aliqd habet d caſto. ſcʒ qꝛ timet offēdere ac ſeparari.

De hoc qd Auguſtinꝰ dicit caſtū timorē eſſe eternum.

¶ Illud quoqꝫ diligenter ē notanduʒ qꝛ in ſuperioribus Auguſtinus dicit caſtum timoreʒ eſſe eternum p quod confirmatur pmiſſa ſententia ſcʒ qꝛ ſpiritꝰ timoris erit in futuro ſicut et alia dona ſpiritusſancti. ſed nō habebit omnem illum vſum queʒ modo habet. Faciet enī tunc nos reuereri deum non timere ſeparari vel carere. Fuit ergo et in chriſto timor ille. ſed iuxta vſum illū quē habebit in futuro i ſanctis. Non enī timuit chriſtus ſeparari vel offendere deum ſed eum pre omnibus reueritus eſt.

An timore pene qui fuit in chriſto fuerit ſeruilis vel inicialis vel alius.

¶ Cum autem fuerit in xpo timor pene. querit an iſte tīor fuerit mūdanus. vel ſeruilis vel inicialis Ad qd dicimus nullū eorum fuiſſe i xpo. qꝛ timor mundanus malus eſt vt ſupra dictū eſt. et in pmo gradu cum modo deſerit. Seruilis vero vel inicialis i pfecta charitate nō eſt. Nullus ergo timor iſtorū fuit i xpo. Qui ergo fuit timor iſte quo penaʒ timuit: Poteſt timor ille dici naturalis vel humanus q oībus hoībus ineſt: quo horretur mors ac formidat pena. Et dr timor iſte naturalis non qꝛ acceſſerit homini ex natura ſm qꝛ prius fuit inſtituta. qꝛ non fuit iſte timor concretus homini nec de bonis naturalibus ſed qꝛ ex corrupta natura p peccatum oībus aduenit. cui correptio inoleuit: tanqꝫ eſſet naturalis. et eſt iſte timor effectꝰ peccati vt pdictuʒ ē.

Irca trigeſimāquartam diſtinctioneʒ querit pmo: an dona btītudies et fructꝰ diſtinguātur a virtutibꝰ. Pro huius queſtionis intelligētia eſt notandum qꝛ .7. dona ſpūs ſancti enumerantur ab yſaia in .11. ſ. ſpūs. ſapiētie. et intellectus. ſpūs conſilij et fortitudinis. ſpūs ſcientie et pietatis. ſpūs timoris dñi: et a ſaluatore nro. 8 enumerātur beatitudines matth. 5. cap. ſ. beati pauperes ſpū: beati mites: beati qui lugēt: beati q eſuriūt et ſitiunt iuſtitiā: beati miſericordes beati mundo corde: beati pacifici: beati qui perſequtionē patiunt propter iuſtitiā. Et a diuo paulo ad galatas. 5. xij. fructus ponūtur. ſ. cha-

ritas:gaudiũ:pax:patiẽtia:benigni tas:bonitas:lõganimitas: manſue tudo:fides:modeſtia:cõtinentia:ca ſtitas. Ulterius eſt aduertẽdũ ꝙ bi partita eſt opinio rñtiũ ad titulum queſtionis. Prima eſt diui Thom. diui Bonauẽture ꝛ antiquoꝝ docto rum tenentiũ partem affirmatiuã: ratio eoꝝ eſt: q2 a duobus põt aĩa mouere ad bonũ primo a rõne hũa na ſcdm dictamẽ rõnis naturalis: ꝛ ad hoc diſponendũ ponũtur in aĩa virtutes morales q̃ naturalr̃ incli nant aĩam ad cõformiter agendum iuxta dictamen naturalis rationis. Scdo mouetur aĩa ad bonũ ab ali quo eleuante ipam ſup naturalẽ rõ nem:ꝛ ad bonũ ſupernaturale ꝛ ad diſponendã aĩam ad tale bonũ ſup naturale dñs deus infundit dona. Sed contra iſtã opinionẽ arguitur ad tale bonum ſupnaturale aĩa nr̃a ſufficienter mouetur per.3.virtutes theologas: ergo ſupuacaneũ eſt po nere dona diſtincta ab ipis virtuti bus theologis. Propter hoc argu mentũ doctor ſub. ꝛ oẽs nominales tenent partẽ negatiuã:ꝛ maxime q2 paulus met in cap. allegato ad ga latas ponit inter fructus charitatẽ fidem ꝛ caſtitatem q̃ ſunt virtutes.

¶ Contra iſtã opinionẽ arguit ſic in patria manebũt virtutes ꝛ nõ manebũt dona:ergo virtutes diſtin guũtur a donis minor probatur in patria nõ manebit timor: ergo non manebũt dona ſpũs ſancti:añs pꝫ beati ſunt ſecuri de ſua beatitudine ꝙ perpetuo ipam habebũt:ergo ni hil poſſunt timere: ꝛ per ꝯñs timor non manebit in patria. Ad hoc ar gumentũ rñdetur negãdo minorẽ rõ eſt quia aĩa xp̃i in primo inſtanti ſue creationis fuit perfecte beata ꝛ tñ habuit.7. dona ſpũs ſancti:ꝛ per ꝯñs beati in patria retinẽt.7. dona ſpũs ſancti: ꝛ ad probationẽ negat añs intelligendo de timore caſto: ꝛ ad probationẽ negatur ꝯña: nam ti mor caſt⁹ teſte pſalmiſta pſal'o.18. permanet in ſeculum ſeculi.

¶ Queritur ſcdo circa eandem diſt. vtrũ timor charitati aduerſet. Pro ſolutiõe hui⁹ queſtionis eſt no tandum ꝙ quadruplex. ponitur ti mor a magiſtro in pñti diſtinctiõe Prim⁹ eſt mũdan⁹ ſiue human⁹. Scdus eſt ſeruilis. Terti⁹ eſt initia lis. Quartus eſt caſtus vel filialis ſi ue amicabilis ſiue coniugalis: ſiue ſanctus:timor mũdanus ſiue hũa nus eſt qñ propter euitationem dã ni tẽporalis deſerit dñm deũ: ꝛ iſte timor ſemp eſt malus: idcirco phi betur a ſaluatore nr̃o matthei.10. di cẽte nolite timere eos qui occidunt corpus aĩam aũt nõ poſſunt occide re:hunc timorẽ habuit adam: nã vt nõ diſpliceret vxori comedit pomũ ꝛ dñm deũ dereliquit. Similr̃ aarõ habuit hunc timorẽ: nã ne occideret a filijs iſrael fecit vitulum aureũ vt habetur exodi.32. ſimilr̃ ſaul habuit hunc timorẽ:nã ne diſpliceret princi pibus filioꝝ iſrael non occidit oues ꝛ boues amalechitaꝝ ꝛ trãſgreſſus eſt ꝑceptũ dñi dei: idcirco dñs de⁹ abſtulit ab eo regnũ ꝛ dedit dauid ꝛ proiecit eum a facie ſua: vt habetur in.15.ca.1.regū. Pariforma petr⁹

ꝑpter iſtū timorē negauit xp̄z ſalua
torez nr̄m: parimodo pilat⁹ habuit
hunc timorē quādo dictum eſt illi ſi
hunc dimittis non eſt amicus ceſa-
ris: pari iure rex Hierobo ppt̄ iſtū
timorē fecit duos vitulos vt filij iſ-
rael ipos adorarēt: vt habetur i.12.
cap. tertij libri regū. Timor ſerui-
lis eſt quando propter penā aliquis
adimplet p̄cepta dei: ꝛ nō audet trāſ
gredi iuxta illud oratij oderunt pec
care mali formidine pene: oderunt
peccare boni v̄tutis amore. Timor
initialis eſt quando ſimul propter
penā ꝛ offenſam hō adimplet prece
pta ꝛ cū iſto timore incipit charitas
idcirco dicitur iitialis. Timor caſt⁹
vel filialis ſiue amicabilis ſiue cōiu
galis ſiue ſanctus. Eſt qn̄ propter
ſolam offenſam vitādaz aliquis ad
implet precepta: ꝛ iſte timor dicitur
manere in patria. Ulterius eſt ad-
uertendū ꝙ tēporibus nr̄is maledi
ctus Luther cineres extinctos ſuſci
tauit: nā quādam hereſim ab egre-
gio Doctore hrulifero reprobatam
ꝛ cōfutataz renouauit: dixit enim ꝙ
penitētia nō pōt erat ichoari a timo
re ſeruili: ſed neceſſario debebat in-
choari ab amore: ꝛ hoc fuit primuz
virus diffuſſuz tēporib⁹ nr̄is ab ipo
male dicto qua re volo oſtendere ꝙ
hoc venenū redūdauit in blaſſemiā
dn̄i dei. Seq̄retur ꝙ dn̄s deus ma-
le feciſſet incutiēdo talem timorē fi-
lijs iſrael ꝯn̄s eſt abſurduz: igitur ꝛ
hereſis iſti⁹ maledicti: ſeq̄la probat̄
exodi. 20. cap. habetur cūctus autez
populus videbat voces ꝛ lāpades
ꝛ ſonitū buccine montēq̄ fumantē.
ꝛ perterriti ac pauore cōcuſſi ſtete-
runt procul filij iſrael dicētes moyſi
loquere tu nobis ꝛ audiemus: nō lo
quar nobis dn̄s ne forte moriamur
ꝛ ait moyſes ad ppl'z: nolite timere
vt enim probaret vos venit deus ꝛ
vt terror illius eſſet in vobis ꝛ non
peccaretis. Ex iſtis ſequitur mani
feſte ꝙ dominus deus voluit ꝙ ti-
mor ſeruilis eſſet i filijs iſrael vt ex
illo timore deuenirēt ad amorē dei:
ꝛ ideo vocatur lex vet⁹ lex timoris
ꝛ ſeruituti: ergo penitētia bene pōt
inchoari a timore ſeruili vl' ſi nō pōt
dn̄s deus male fecit incutiēdo talez
timorē filijs iſrael. Inſup dn̄s de⁹
exigit a nobis timorē ſeruilez: ergo
penitētia pōt ichoari a timore ſerui
li vel dn̄s de⁹ male exigit quod eſt
abſurdū: añs probat̄ malachie p̄mo
cap. habetur filius honorat patrez:
ꝛ ſeruus dn̄m: ſi ergo ego ſuz pater
vbi eſt honor me⁹: ꝛ ſi ego dn̄s vbi
eſt timor: ꝛ propheta pſal. 118. pete-
bat talem timorem a dn̄o dicēs cōfi
ge timore tuo carnes meas: ꝛ pſal.
110. Initiū ſapiētie timor dn̄i ſup q̄
verba gloſa ordinaria: ꝛ gloſa inter
linealis dicunt metus iuditij ianua
eſt conuerſionis: ſi addatur diſcre-
tio dilectionis in quibus verbis cla-
re habetur ꝙ cōuerſio ſiue penitētia
inchoatur a timore: ꝛ diu⁹ Auguſt.
ſuper. 8. cap. ad romanos. d. hunc ti
morem ſeruilē eſſe bonum ꝛ vtilē: ꝛ
diuus Bonauētura expreſſe aſſerit
ꝙ timor ſeruilis eſt donū ſpūs ſcti
ꝛ elicitur ex gloſa ſuper. 8. cap. ad ro
manos allegatā. Pariforma pro-
uerbiorū. 15. habet̄ ꝑ timorez dn̄i de-
clinat oīs homo a malo. Sed cōtra
iſtos timores arguit magiſter in ſi-

ne iſtius diſtinctionis. Dabilis eſt aliquis timor qui non eſt aliqs iſtorum quattuor: igitur neceſſariu3 eſt addere adhuc vnū aliū timorē: añs probatur xp̄s habuit timorē mortis vt habetur mathei. 26. ⁊ talis timor non erat mūdan⁹ neq3 ſeruilis neq3 initialis neq3 caſt⁹ ergo neceſſariu3 eſt addere vnum alium timorem. Propter hoc argumētu3 magiſter addit vnū aliū timorē vltra iſtos quattuor. Unde timor naturalis eſt quādo natura horret mortē ⁊ ſibi nociua. Pro maiori intelligētia huius queſtiōis eſt notādū poſtremo q̄ timor ſeruilis a doctorib⁹ ſanctis capitur bifariā vno modo quādo includit quādā diſſormitatē ⁊ alio mō vt illā non includit. v. g. timor ſeruilis aliquādo capitur pro aggregato ex nolitione qua aliqs vult peccare aut trāſgredi mādata dei propter timorē gehēne īferni ⁊ volitiōe qua vellet peccare ſi deus non puniret eum: ⁊ dolore quo dolet dn̄m deum punire peccata. Alio modo capitur ſolum pro illa nolitione qua aliquis nult frangere mādata dei propter timorem gehēne infernalis. Primo mō capiendo timorē ſeruile3. ſ. pro illo aggregato ſemp̄ eſt malus: nā hab3 diſſormitatem annexam.

¶ Sed ſcd̄o modo eſt bonus: ⁊ ita capit auguſt⁹ quādo dicit eum eſſe bonū ⁊ vtilē. Iſtis notatis r̄ndet per aliquas concluſiones quarū prima ē iſta timor naturalis nullo mō aduerſat̄ charitati: iſta cōcluſio probatur aīa chriſti habuit perfectiſſimam charitatem ⁊ habuit iſtū timorem naturalem: igitur cōcluſio verā. Scd̄a concluſio eſt iſta: timor mundanus aduerſatur charitati. iſta cōcluſio probatur quodlibet peccatum mortale aduerſatur charitati timor mundanus eſt peccatū mortale: igitur timor mundanus aduerſat̄ charitati. Tertia cōcluſio eſt iſta. timor ſeruilis p̄mo modo aduerſatur charitati: ſed non ſcd̄o modo: prīa pars concluſionis patet rōne deformitatis annexe: ſcd̄a pars patet. q2 illa ſola nolitio ſtat cū charitate. immo ſi incipiat aliqualiter diligere deu3 talis timor efficitur inicialis: ⁊ ſe habet ſicut ſeta reſpectu fili. nam ſicut ſeta introducit filū ⁊ filum remanet ⁊ ſeta expellitur extra calceu3: ita ēt timor iſte introducit charitatē ⁊ charitas remanet ⁊ timor tandē expellitur. Quarta concluſio eſt iſta timor inicialis nō aduerſatur charitati incipienti: ſed bene cōtrariatur charitati perfecte. iſta ꝯcluſio quo ad primam partē patet ex notabilibus: et quo ad ſcd̄am patet autoritate Ioānis in. 4. ca. 1. cano. d. perfecta charitas foras mittit timorē. Quīta cōcluſio eſt iſta timor caſtus ſiue filialis nulli charitati aduerſatur. imo perſeuerat in patria. iſta ꝯcluſio patet expreſſa autoritate pſalmiſte. d. pſal. 18. Timor dn̄i ſanctus permanet in ſeculū ſeculi: ⁊ propter iſtam autoritatē pſalmiſte ⁊ alterā Ioānis neceſſariū eſt: vt egregie infert Augu. ponere diſtinctionē prefata3 de timore al's ſibi ꝯtradicerēt regi⁹ ꝓpheta: ⁊ Ioā. euāgeliſta adinuicē.

¶ Contra tertiā concluſionē ar

guitur ſic: omne donū ſpirituſſancti poteſt ſtare cū charitate: ſed timor ſeruilis eſt donum ſpirituſſancti: ergo timor ſeruilis poteſt ſtare cū charitate. Ad hoc argumentū rñdetur a diuo Bonauentura negando maiorem ponit enim triplex donū ſpirituſſancti. Primū quod preparat locū ſpirituiſancto. & tale donū quāuis ſit a ſpiritu ſancto non tñ manet cū eo vt timor ſeruilis. Scdm donū eſt a ſpiritu ſācto: & aliquādo manet cū ſpiritu ſancto: & aliqñ nō vt donū prophetie. Tertiū donū eſt a ſpiritu ſancto & nō poteſt manere ſine eo vt charitas. Beatus tñ Tho. negat timorē ſeruilē eſſe donū ſpirituſſancti: ſed pro amborū concordia poteſt dici q timor primo modo nō eſt donum ſpirituſſancti. ſ. vt includit illā difformitatē: ſ3 bene ſcdo modo eſt donū ſpirituſſancti & timor ſcdo mō bñ manet cū charitate. Contra iſtā ſolutionē arguitur amor dei propter beneficia nō eſt donū ſpirituſſancti: ergo nec timere deū propter penas eſt donū ſpirituſſancti: ɔña tenet q2 non videt potior rō de vno quā de alio. Ad hanc replicā rñdetur negādo añs: immo talis amor eſt donū ſpirituſſancti. alias nō dixiſſet pſalmiſta pſal. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in eternum propter retributionē. Contra iſtā ſolutionē arguit timor quē habʒ latro qñ vult furari propter timorē ſuſpendij nō eſt donū ſpirituſſācti: ergo nec timor ſeruilis: ɔña tenet: q2 idē iudiciū videt eſſe de ambobus. Ad hanc replicā aliter rñdet Bonauentura. & aliter Tho. nā Bonauentura negat ɔñam: rō eſt: quia ad talē timorē latronis non requirit virtus ſuper naturalis. ſed bene ad timorē ſeruilē: requirit eñ fides ad hoc q credat infernū eſſe pro malis & reprobis. Diuus Tho. rñdet q talis timor latronis etiā eſt a ſpūſancto ſi talis latro conſideret iudicem inquantū habet poteſtatē a dño deo & vtraq ſolutio eſt ſuſtētabilis. Contra iſtā ſolutionē replicatur autoritate Auguſtini ſuper illud pſal. 118. ſc3 confige timore tuo carnes meas. d. q timor ſeruilis carnē nō crucifigit q2 vnitur in eo peccandi voluntas & ſequeretur opus ſi ſperaretur impunitas mallet eñ licere & dolet non licere q lex vetat. Ad hanc replicā facile rñdetur q Auguſtinus loquit de timore primo modo: & nō ſcdo mō.

¶ Scdo arguitur cōtra eandē concluſionē per timorē ſeruilē timetur deus principaliter ꝑpter gehēnā ergo timor ſeruilis etiā ſcdo mō eſt malus ɔña probatur amare deū ṗncipaliter propter tēporalia eſt malum & prohibitū. ergo timere deum principaliter propter gehēnā eſt malum. Ad hoc argumentū rñdetur a Bonauentura negando ɔñam: & ad probationē negatur iterū ɔña: rōnē aſſignat: q2 in amore illo amat creatura magis ꝙ deus: & hoc eſt dānabile & prohibitū: in timore aūt ſeruili deus principaliter timetur: q2 eſt inflictiuus taliū penarū. Contra iſtā ſolutionē arguitur: ſequeretur q talis timor ſcdo modo non expelleret adueniente charitate: ɔñs eſt falſum: igitur ſequela probatur talis timor

ſcdō modo non habet diffoꝛmitatē
aliquā: ergo aduenīete charitate nō
expellitur: falſitas ꝯñtis patet auto
ritate Auguſt. quē allegat magiſter
in pꝛeſenti diſtinctione. Ad hanc re-
plicā rñdetur diſtinguendo ſequelā
vel de charitate perfecta: ⁊ ſic nega
tur illa. immo vt allegatū ē ex Joā-
ne in quarto ca. pꝛime canonice cha
ritas perfecta timoꝛē expellit: ⁊ ad
pꝛobationē ſequele negat ꝯña. ſi ve
ro intelligatur ſequela de charitate
incipiente: conceditur illa ⁊ negatur
minoꝛ: ⁊ ad ꝓbationē dicitur quod
Aug. intelligit de charitate pꝛoficiē
te vel perfecta ⁊ non de incipiente.
Cōtra iſtā ſolutionē arguitur. timoꝛ
inicialis manet cū charitate: ergo ⁊
timoꝛ ſuilis: ꝯña tenet: qꝛ timoꝛ ini-
cialis includit timoꝛē ſeruilem ſcdō
modo. Ad hanc replicā rñdetur con
cedendo ꝯñam cū ꝯñte: ſed ſi chari
tas pꝛoficiat ⁊ augeatur paulatim
vterqꝫ timoꝛ expellitur. Cōtra iſtā
ſolutionē arguitur. timoꝛ caſtus nō
expellitur a charitate quantuncūqꝫ
ꝑfecta: ergo nec timoꝛ ſeruilis vl' ini
cialis ꝯña pꝛobatur fides infoꝛmis
non expellitur adueniente charitate
perfecta: ergo nec timoꝛ ſeruilis nec
inicialis expellitur a charitate perfe
cta: ꝯña pꝛobatur ſicut ſe habent fi-
des infoꝛmis ⁊ fides foꝛmata: ita ſe
habent timoꝛ ſeruilis ⁊ inicialis ⁊ ti
moꝛ caſtus: ergo ſi fides infoꝛmis
manet adueniente charitate perfe-
cta: ita etiā timoꝛ inicialis ⁊ ſeruilis
manebūt adueniente charitate per
fecta. Ad hanc replicā rñdetur negā
do ꝯñam: ⁊ ad pꝛobationē negat ite
rum ꝯñs: ⁊ ad pꝛobationē negatur
aſis: rō eſt: qꝛ fides infoꝛmis ⁊ fides
foꝛmata habent omnino idē obiectū
ſed timoꝛ ſeruilis ⁊ inicialis ⁊ caſtus
non habent idē obiectū. imo habēt
obiecta diſtincta ſpē.

Quomō differāt ſapiētia ⁊ ſciā. Diſtinctio. XXXV.

Poſt pmiſ
ſa diligen-
ter conſide
randū eſt.
in quo dif
ferat ſapi-
entia a ſci-
entia. De
hoc Augu. ita ait. Philoſophi
diſputantes de ſapiētia diffinie-
runt eam dicentes. Sapientia ē
rerū humanarum diuinarūqꝫ ſci
entia. Ego quoqꝫ vtrarūqꝫ rerū
cognitionē. i. diuinarū ⁊ huma
narū ⁊ ſapientiam ⁊ ſcientiā dici
poſſe nō nego. Uerū iuxta diſti
ctionē apli qua dixit. alij datur
ſermo ſapientie. alij ſermo ſciētie
illa diffinitio diuidenda eſt. vt re
rū diuinarū cognitio ſapientia
ꝓpꝛie nuncupetur. Humanarū
vo rerum cognitio pꝛopꝛe ſcien-
tie nomen obtineat. Neqꝫ vo qc
quid ſciri ab homie poteſt in re-
bus humanis. vbi plurimū ſup
uacue vanitatis ⁊ noxie curioſi-
tatis eſt. huic ſcientie tribuo. ſed

illud tantũ quo fides ſaluberri‑ma que ad verã beatitudinẽ du‑cit gignitur. mittitur dẽfenditur. roboratur qua ſciẽtia non pollẽt fideles plurimi. q̃uis polleãt ip‑ſa fide plurimũ. Aliud eſt eñ ſci‑re tantũmodo q̃d homo credere debeat propter adipiſcendã vi‑tam beatã. aliud eſt ſcire quomo‑do hoc ipſum ex pijs opituletur vel contra ipios dẽfendatur. que pro̊po vocabulo appellat̃ ſcien‑tia. De his quoq; duabus vir‑tutibus idẽ Auguſ. differentiaꝫ inter eas aſſignans ſup pſal. ait. Diſtat ſapientia a ſcientia. teſtã‑te ſctõ Job q̃ quodam modo ſin‑gula diffiniẽs ait. Sapientia eſt pietas. ſcientia vero abſtinere a malis. Pietatẽ v̊o hoc loco po‑ſuit dei cultuꝫ. que grece dicitur theoſebia. q̃ eſt in cognitione et dilectione eius quod ſemp eſt et incõmutabiliter manet quod de‑us eſt. Abſtinere vero a malis ẽ in medio praue nationis prudẽ‑ter conuerſari. Idẽ quoq; inter hec duo aperte diſtinguens ait. Diſtat ab eternorũ contempla‑tione actio qua bñ vtimur tẽpo‑ralibus rebus. ⁊ illa ſapiẽtie hoc ſcientie deputat̃ q̃uis ⁊ illa que ſapĩa eſt poſſit nũcupari ſciẽtia. vt aplus aſſerit vbi dicit. Nunc ſcio ex pte. quam ſciam profecto contẽplationis dei vult intelligi. In hoc ergo differẽtia eſt. q2 ad contemplationẽ ſapientia. ad ac‑tionem vero ſcientia ptinet. Ec‑ce aperte demonſtratũ eſt in quo differant ſpiritus ſapiẽtie et ſpiri‑tus ſciẽtie ſcꝫ vt ſapientia diui‑nis: ſcientia humanis attributa ſit reb⁹. et vt docet Auguſ. vtrũ q̃ agnoſcimus i chriſto. ſ. ⁊ rem diuinam et rẽ humanam. ⁊ ideo de ipſo habemus ſapientiã ⁊ ſci‑entiam. Cum eñ legit̃: verbum caro factum eſt. in verbo intelli‑gitur verus dei filius. i carne ag‑noſcitur verus hominis filius. Item cuꝫ dicitur. vidimus ple‑num gratie et veritatis. gratiaꝫ referam⁹ ad ſcientiam. et verita‑tem ad ſapientiã. q2 i chriſto ſa‑pientia ⁊ ſcientia fuit plenarie et nos ſcientiã ⁊ ſapientiã de eo ha‑bem⁹ q̃ eſt deus et homo.

In quo differat ſapiẽtia ab intellectu.

¶ Oſtẽſa differentia iter ſcien‑tiam ⁊ ſapiam. q̃d diſtat inter ſa‑pientiam ⁊ itellectũ videamus. In hoc differunt illa duo. q2 ſa‑pientia prope eſt de ceteris que veritati eterne contẽplande iten‑dit. Intelligentia v̊o non modo

de eternis eſt. ſed etiam d̄ rebus inuiſibilibus ⁊ ſpiritualibus tē‑poraliter exortis. Per eam eīn ⁊ natura ſumma que fecit oīnes naturas. id eſt. diuina conſideratur. ⁊ que poſt ipſam ſunt ſpiri‑tuales et inuiſibiles nature. vt angeli ⁊ omnes anime bone affectiones conſpiciūtur. In hoc ergo differentia eſt. q᷑ ſapientia creator tantū conſpicitur. intellectu v̄o et creator et creatura q̄dam. Item intellectu itelligibilia capimus tantū. Sapientia vero nō modo capim⁹ ſuperiora ſed etiā incognitis delectamur. Sic ergo diſtingui poteſt inter illa tria ſcȝ itellectum ſcientiā ⁊ ſapientiam. Scientia valet ad rerū temporaliū rectam amminiſtrationem ⁊ ad bonā inter malos conuerſationē. Intelligentia v̄o ad creatoris ⁊ creaturarū iuiſibiliū ſpeculationeȝ. Sapientia v̄o ad ſolius eterne beatitudis cōtemplationem ⁊ delectationem.

Quod intellectus et ſcientia d̄ quibus hic agitur non ſunt illa que naturaliter habet homo.

¶ Et notandū q̄d intellectus ⁊ ſcientia que dicuntur dona ſpiritusſancti. alia ſunt ab intellectu ⁊ ſcientia que naturaliter ſunt in anima hominis. hec eīn virtutes ſunt que p̄ gratiam īfunduntur animus fidelium. vt p̄ eas recte viuāt. Illa vero naturaliter habet homo ex beneficio creationis a deo tamen. Per has autē virtutes que dicuntur dona ſpiritusſancti illa naturalia reformantur atq̄ȝ adiuuantur. vt v̄bi gratia. Intellectus naturalis peccato obtenebratus: p̄ virtutem quandam et gratiaȝ que dicitur ſpiritus itelligentie reformaṫ atq̄ȝ adiuuaṫ ad intelligendū. Ita ⁊ per illam virtutem quem dicitur ſpiritus ſapientie iuuaṫ atq̄ȝ erigitur mentis ratio ad contemplationem et delectationem eterne veritatis.

Quod ſapientia iſta dei eſt nec eſt illa que deus eſt.

¶ Illud etiā ſciendū eſt q̄ ſapientia de qua nunc diſſerim⁹: nō eſt illa ſapientia dei. vt ait Auguſtin⁹ que deus eſt ſed hominis ſapientia. veruntamen q̄ ſm deū eſt. ac verus et precipue cultus eius eſt. Si ergo colat mēs hominis deū cuius ab ea capax facta eſt ⁊ cui⁹ eſſe particeps poteſt. ſapiens ipſa fit. ⁊ non ſua luce ſed ſumme illius lucis partici‑

patione ſapiēs fit. Iſta ergo hominis ſapientia etiam dei eſt. verum nō ita dei eſt. vt ea ſapiens ſit de⁹. Non eīm participatione ſui ſapiens eſt deus. ſicut mens participatione dei. Sic etiam dicit iuſticia dei nō ſolum illa qua ipſe iuſt⁹ eſt. ſed etiā illa quā dat homini cū iuſtificat ipſum.

Circa trigeſimā quintā diſtinctionē queritur quō differunt ſciētia ſapientia ⁊ intellect⁹. Pro hui⁹ queſtionis intelligētia eſt aduertendū ꝙ ſapientia: ſciētia: ⁊ intellectus non capiunt in propoſito: vt ſunt habitus intellectuales de qbus abūde tractat phs in .6 lib. ethicoꝝ: ſed capiunt vt ſunt quedam dona ſpirituſſancti ⁊ probatū eſt ſuperius in .34. diſtinctione ꝙ dona ⁊ beatitudines nō differunt a virtutibus: idcirco ſapiētia vt eſt donū ſpirituſſācti dicitur eſſe in aliquo qñ conſiderat diuina ⁊ eterna cū amore dei ſuper oīa rōne cuius quadam dulcedine ⁊ ſuauitate percipit. ſciētia vero vt eſt donū ſpirituſſancti dicitur eſſe in aliquo qñ cōſiderat creaturas ⁊ ipſas contemplatur propter amorē dei. Intellect⁹ aūt vt eſt donum ſpirituſſancti dicitur eſſe in aliquo qñ conſiderat qualiter eſt operandū circa creaturas propter dei amorē. Ex iſtis patet rñſio ad titulum queſtionis.

¶ Cōtra iſtud notabile arguit ſic: ſequeretur ꝙ ſapiētia non ſtaret cū peccato mortali: ꝯñs eſt falſum: igitur notabile nullū. ſeqla probat ſapiētia preſupponit charitatē: ſed charitas nō poteſt ſtare cū peccato mortali: ergo ſapientia nō poteſt ſtare cū peccato mortali. iaꝫ probatur falſitas ꝯñtis multi ꝯſiderant diuina in peccato mortali iuxta illō apoſtoli ad romanos primo veritatem dei in iniuſticia detinent: ergo ſapiētia poteſt ſtare cuꝫ peccato mortali. Ad hoc argumentū rñdetur cōcedēdo ſequelā: ⁊ negādo minorē. procedendo ſemper de ſapientia vt eſt donum ſpirituſſancti: ⁊ ad probationē negatur ꝯña. nā illud nō ſufficit ad hoc ꝙ tales habeant ſapientiā vt eſt donuꝫ ſpirituſſancti: ſed bene ſuffi. ad hoc vt habeant ſapientiā prout ē quidā habitus intellectualis acquiſit⁹. Contra iſtā ſolutionē arguitur ſequeretur ꝙ ſapientia eſſet excellētior charitate: ꝯñs eſt contra apoſtolum prime ad cori. 13. igitur ſolutio nulla: ſequela probatur ſapientia includit charitatē ⁊ diuidit inter filios regni ⁊ filios perditionis eterne: ergo ſapientia excellentior eſt charitate. Ad hāc replicā rñdetur cōcedēdo ſeqlā ꝓcedēdo ſemꝑ de ſapiētia ꝓut eſt donū ſpūſſancti. nam tunc ſapiētia eſt quoddam aggregatū ex habitu charitatis ⁊ habitu fidei: ⁊ tale aggregatū excellētius eſt charitate ⁊ negatur minor. nam apoſtolus cōparat charitatē ad fidē ⁊ ſpem: ⁊ ad quālibet aliā virtutē ⁊ non cōparat

ipſam cū aggregato duaꝝ virtutū. ita ꝙ apoſtol' ſolū intendit ꝙ charitas qualibet alia virtute eſt excellētioꝛ: ⁊ hoc eſt verū nec eſt aliquo pacto contra conceſſionē ſequele. ¶ Contra iſtā ſolutionē arguitur ſequeret ꝙ licitū eſſet gloꝛiari de tali ſapientia: ꝯñs eſt falſu₃: igitur ſolutio nulla. ſequela pꝛobatur autoꝛitate apoſtoli ſcḋe ad coꝛin. 1. ca. d. gloꝛia noſtra hec eſt teſtimoniū cōſcientie noſtre. iam pꝛobatur falſitas ꝯñtis autoꝛitate Hieremie. 9. cap. d. nō gloꝛietur ſapiens in ſapientia ſua. Ad hanc replicā rñdetur concedendo ſequelā ⁊ negando mi. ⁊ ad pꝛobationem dico ꝙ Hieremias loquitur de ſapientia humana ⁊ mundana: ⁊ nō loquitur de ſapientia vt eſt donū ſpiritusſancti.

¶ Scḋo argr̄ ſic ſequeretur ꝙ ſapientia eſſet in oībus habentibus gratiā gratū facientē: ꝯñs eſt falſu₃ igitur ſequela patet: q2. 7. dona ſpiritusſancti infundūtur ſimul cū gr̄a gratū faciēte ſiue charitate. iam pꝛobar̄ falſitas ꝯñtis pueri ⁊ dementes baptizati hñt gratiā gratū facientē ⁊ nō hñt ſapiētiā. igr̄ ſapiētia non eſt in oībus habentibus gratiā ſiue charitatē. Ad hoc argumentū rñder̄ concedendo ſequelā intelligēdo de ſapientia habituali ⁊ negādo minoꝛem: ⁊ ad pꝛobationē negatur mi. intelligendo ſemper de ſapientia habituali. ſi vero intelligatur ſequela de ſapiētia actuali negatur illa: nec pꝛobatur in iſto ſenſu. ¶ Cōtra iſtam ſolutionē arguitur teſte pħo in pꝛio lib. metaphiſice ſapiētis eſt oꝛdinare alios: ſed multi ſunt adulti qui habent donū ſapientie ⁊ neſciūt alios oꝛdinare ſeu regere: ergo ſolutio nulla. Ad hanc replicā rñdetur ꝙ ſatis eſt ꝙ ſapiens ſciat regere ſeipſum: ⁊ ita debet itelligi pħs. ſ. ꝙ eſt ſapiētis regere ſeipſum vel alios. ¶ Cōtra iſtā ſolutionē arguitur non oēs habētes gratiā ſunt perfecti ⁊ ſoli perfecti habent donū ſapientie: igitur ſolutio nulla: minoꝛ pꝛobatur autoꝛitate Pauli. 1. ad coꝛin. 2. cap. d. ſapiētiā loquimur inter perfectos. Ad hanc replicā rñdetur negando mi. ⁊ ad pꝛobationē dico ꝙ Paulus non capit ibi ſapientiā vt eſt donū ſpūſſancti: ſed pꝛo quibuſdā archanis ſꝫ dei catholice ⁊ legis euangelice.

¶ Tertio arguitur ſic ſequeret ꝙ oēs habentes charitatē haberent donū intellectus: ꝯñs eſt falſum: igitur falſitas ꝯñtis pꝛobatur donū intellectus datur contra hebetudine₃ mentis: ſed multi habentes charitatem patiuntur hebetudinē mentis: ergo multi habentes charitatē non habent donū intellectus. Ad hoc argumentum rñdetur negando minorē: ⁊ ad pꝛobationē diſtinguir̄ minoꝛ vel circa neceſſaria ad ſalutē: ⁊ ſic negatur illa. na₃ vnctio docet tales vl' circa agibilia humana: ⁊ ſic conceditur illa ⁊ negatur ꝯñia: rō eſt: q2 donum intellectus datur ſolū cōtra hebetudinē mētis circa ea que ſunt neceſſaria ad ſalutē. ¶ Contra iſtā ſolutionē arguitur ſequeretur etiā ꝙ ſolum habentes charitatē haberēt donum intellectus: ꝯñs eſt falſum: igir̄ falſitas ꝯñtis: pꝛobatur multi ſunt pſeudo pꝛophete qui habent donu₃ intellectus ⁊ non habent charitatē.

igitur non ſolū habentes charitatē poſſident donū intellect⁹: mai. probatur autoritate Danielis prophete in tertio cap. d. q̄ intelligētia op⁹ eſt in viſione prophetica. Ad hāc replicā rīdetur concedendo ſequelā ⁊ negando mi. ⁊ ad probationē negat maior: ⁊ ad probationē negat q̄đ in autoritate Danielis intelligentia capiatur pro dono intellectus: ſed capiatur pro cognitione.

De connexione virtutū que non ſperantur.

Diſtinctio. XXXVI.

Solet etiaʒ queri vtrū vtutes ita ſint ſibi cōiuncte vt ſeparatim non poſſint poſſideri ab aliquo. ſʒ q̄ vnam habet oēs habeat? De hoc etiam Hiero. ait. Omnes virtutes ſibi herent vt q̄ vna caruerit oib⁹ careat. Qui ergo vnam habet omnes habet. Qđ q̄dem probabile eſt. Cum enī charitas mater ſit omniū virtutum. in quocunq̄ mater ipſa eſt. ſ. charitas. et cuncti filij ei⁹. i. vtutes recte fore eſſe credūtur Vñ Auguſ. Vbi charitas eſt: q̄d eſt quod poſſit deſſe. Vbi autē non eſt: q̄d eſt quod poſſit pdeſſe. Cur ergo non dicimus q̄ hanc virtutē habet omnes hʒ. cū plenitudo legis ſit charitas. que q̄ntomagis eſt in hoīe tanto magis ē vtute preditus. Quanto vero minus tanto min⁹ ineſt vtus. ⁊ quanto minus ineſt virt⁹ tanto magis ineſt viciū.

Si cūcte vtutes pares ſint in quocunq̄ ſunt.

Utrū vero pariter quis omnes poſſideat vtutes. an alie magis alie minus i aliquo ferueant queſtio ē? Quibuſdam enī videtur q̄ alie magis alie minus habeantur ab aliquo ſicut in Job patientia emicuit. in Dauid humilitas. i Moyſe manſuetudo. q̄ etiaʒ concedunt magis aliquē mereri p aliquam vnā virtutem q̄ p aliam. ſicut eā plenius habet q̄ aliā. Non tñ magis p aliquā mereri dicunt q̄ p charitatē. nec aliquam plenius a quoq̄ haberi q̄ charitatē. Alias ergo magis et alias minus i aliquo eſſe dicunt. ſed nullam pleni⁹ charitate que ceteras gignit. Haſq̄ dicunt eſſe multas facies q̄s memorat apoſtolus dicens. Ex pſonis multarū facierum ⁊c. Alij verius dicūt omnes virtutes ei ſimules et pares eſſe in quocūq̄:

ſunt. vt q̄ in vna alteri par extite rit. in oibus eidem equalis ſit. Unde Auguſ. Virtutes q̄ ſunt in aio humano. q̄uis alio ⁊ alio modo ſingule itelligantur. nullo modo tamen ſeparantur ab inuicē. vt q̄cunq̄ fuerit equales. verbi grā. in fortitudie. equales ſint et prudētia et iuſticia ⁊ tpantia. Si eīn dixeris equales eē iſtos in fortitudie. ſꝫ illum preſtare prudentia. ſeqtur vt huius fortitudo minus prudens ſit. Ac p hoc nec fortitudie equales ſunt. qꝛ eſt illius fortitudo prudentior. Atq̄ ita de ceteris virtutibꝰ īuenies. ſi omnes eadē conſiderationē percurras. Ex his clare ſcit omnes virtutes nō modo eſſe connexas ſed etiaꝫ pares ī animo hominis. Cum ergo dicitur aliq̄s aliqua preeminere virtute vt abraā fide Job patientia. ſm vſus exteriores accipiendūꝫ eſt. vel in cōparatione aliorūꝫ hominū. qꝛ vel humilitatꝭ habitū maxie prefert. vel opus fidei. vel alicuius ceterarū virtutū precipue exeq̄tur. Unde ⁊ ea p̄ alijs pollere vel inter alios homies ſingulariter excellere dicit̄. Scd̄m hūc modum ſcꝫ ſm rationem actuū exterioꝝ vt alibi Auguſ. dicit in aliquo aliam magis eſſe virtuteꝫ aliam minus. ⁊ vnā eſſe non alteram. Ait eīn ſic. Clariſſima diſputatione tua ſatꝭ apparuit non placuiſſe autoritatibus noſtris. imo veritati ipſi oīa paria eē peccata. etiam ſi hoc de virtutibus verum ſit quia et ſi veꝝ eſt euꝫ q̄ habet vnā omnes virtutes habere. et eum q̄ vnam non habet nullā habere. nec ſi peccata ſunt paria. qꝛ vbi virtus nulla eſt. nihil rectū eſt. nec tamen ideo non eſt prauo prauius diſtorto q̄ diſtortius. Si aūt quod puto eſſe verꝰ ſacriſq̄ litteris cōgruentius. ita ſunt anime itentiones vt corporis membra. nō q̄ videantur locis ſed q̄ ſentiant affectibꝰ et alius illuminatur amplius. alius minꝰ. alius omnino caret lumine. profecto vt q̄ſq̄ illuſtratione pie charitatis affectꝰ eſt. ī alio actu magis. ī alio minus. in aliquo nihil ſic dici pōt habere aliā ⁊ aliam non habere ⁊ aliā magis aliā minus. Nam ⁊ maior eſt in iſto charitas q̄ ī illo. et ideo recte poſſumus dicere ⁊ aliqua in iſto: nulla ī illo: q̄tum ptinet ad charitatē que pietas eſt. ⁊ ī vno homie q̄dem q̄ maiorem habeat pudicitiā q̄ patientiā. et maiorē hodie q̄ heri ſi pficit. ⁊ adhuc nō habeat continentiā ⁊ ha

beat nō ꝑuam miſericordiã. Et vt generaliter breuiterq́ꝫ complectat̄ quã de v̄tute habeo notionem. v̄tus eſt charitas qua id qđ diligendum eſt diligitur. Hec ꝛ ĩ aliīs maior et aliīs minor. et in aliīs nulla ē. Pleniſſima vero q̄ iam non poſſit augeri q̄ꝫ diu hic homo viuit ĩ nemine eſt. Diciſſinuari videtur. ꝙ aliq̄s ea ratione poſſit dici habere vnam virtutem magis q̄ꝫ aliã q̄ꝛ per charitatem magis afficit̄ ĩ actu vnius v̄tutis q̄ꝫ alterius. ꝛ ꝓpter differentiam actuū ipſas v̄tutes magis vel minus habere dicit̄. pōt ꝛ aliquã non habere. cuꝫ tamen ſimul omnes ꝛ pariter habeat q̄ꝫtum ad mentis habitum vel eſſentiam cuiuſq́ꝫ. In actu vero aliaꝫ magis aliam minus habet. aliam etiam non habet. vt vir iuſt⁹ vtens coniugio non habet continentiam in actu quam tamen habet ĩ habitu. Cur ergo non dicētur paria peccata? Forte quia magis facit contra charitatem q̄ grauius peccat. minus: q̄ leui⁹. Nemo enim peccat niſi aduerſus illam faciendo que eſt plenitudo legis. Ideo recte dicitur. Qui offenderit in vno factus ē oīum reus. i. contra charitatē facit in qua pendent omnia.

Repetit de charitate vt addat quo modo tota lex in ea pendet.

¶ Cum duo ſint p̄cepta charitatis in q̄bus vt p̄taxatū eſt tota lex pendet et ꝓphete. Aduertendū ē quomodo hoc ſit cū ĩ lege ꝛ ꝓphetis multa fuerunt cerimonialia mādata q̄ ſi ad charitatis ſanctificationē ꝑtinuiſſent: viderent̄ non debere ceſſare. Que vero non iuſtificationis gratia quã facit charitas inſtituta ſunt ſed in figura futuri. et in on⁹ poſita. ideo clareſcente veritate ceſſauerunt velut vmbra. Uerumtamen et ipſa cerimonialia ſ̄ꝫ ſpiritualem intellectū quem continent. ꝛ oīa moralia ad charitatē referūtur. Pertinent enī omnia ad decem mandata ĩ tabulis ſcripta vbi oīuꝫ ſumma ꝑſtringitur ex q̄bus cetera emanant ſicut ĩ ſermone domini octo virtutes premittuntur ad quas cetera referūtur. Et ſicut ad decē mandata decalogi cetera referunt̄. ita et ipſa decē ad duo mādata charitatis. Oīa ergo ad duo mandata charitatis ꝑtinent: q̄ꝛ charitateꝫ implent. ꝛ ad charitatē tanq̄ꝫ ad fineꝫ referri debent. Unde Auguſ. Totam magnitudinē ꝛ ampli-

tudinẽ diuinoꝝ eloquiorũ poſſidet charitas q̃ deũ ꝓximũq; diligimus q̃ radix eſt oium bonorũ. Vñ veritas ait. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet et prophete. Si ergo nõ vocat omnes paginas ſanctas perſcrutari omnia iuiolata ſermonũ inuoluere. tene charitatẽ vbi pẽdent omnia. qꝛ ꝑfectio eſt ⁊ finis omniuꝫ. Tunc eñ ⁊ precepta ⁊ conſilia recte fiunt cum referunt ad diligendũ deum ⁊ proximuꝫ ꝓpter deum. Quod vero timore pene vel aliqua intentione carnali fit vt nõ referatur ad charitatem. nondũ fit ſicut fieri oportet q̃uis fieri videat. Inimicus eñ iuſticie eſt q̃ pene timore non peccat. Amicus ṽo iuſticie qui eius amore nõ peccat. Omniuꝫ ergo hec ſumma eſt vt intelligatur legis ⁊ omnium diuinarum ſcripturarum plenitudo eſſe dilectio dei et proximi.



Irca trigeſimamſextã diſtinctionẽ. q̃ritur primo. An virtutes theologales ſint cõnexe. Ad hanc queſtioneꝫ rñdet per aliquas concluſiones. quaꝝ prima eſt iſta. Quantũ ad primã infuſionem virtutes theologales cõnectunt. iſta concluſio ptꝫ: qꝛ in prima infuſione oẽs.3. virtutes theologales ſimul ĩfundunt: vt ptꝫ in baptiſmate ſiue flumis: ſiue flãmis: ſiue ſanguinis. Scða ꝯcluſio eſt iſta: quãtum ad alias ĩfuſiões virtutes theologice non connectuntur. iſta concluſio probatur aliq̃ñ ſola charitas infunditur: vt patet q̃ñ xp̃ianus exñs in peccato fornicatiõis aut vſure cõuertitur ad dñm deũ. nam tunc ſola charitas infunditur. Pariformã ſi aliquis xp̃ianus deſperet: et poſtea conuertatur tunc charitas ⁊ ſpes infunduntur ⁊ nõ fides. nam fides nõ fuit deperdita. igitur cõcluſio vera. Tertia ꝯcluſio eſt iſta virtutes theologice non cõnectuntur quãtum ad conſeruationẽ: iſta concluſio patꝫ fides: ⁊ ſpes in dies conſeruantur in malis xp̃ianis ſine charitate. Pariforma fides cõſeruãtur in deſperãte ſine ſpe ⁊ charitate. igitur concluſio vera. Quarta concluſio eſt iſta. charitas ita cõnectitur alijs virtutibus q̃ non poteſt haberi in hac via ſine ipſis. iſta cõcluſio patet: qꝛ charitas in hac via preſupponit fidẽ et ſpẽ. nã teſte apoſtolo ad hebreos. 11 ſine fide impoſſibile eſt placere deo. Unũ tñ eſt aduertẽdũ q̃ iſte ꝯcluſiones intelliguntur ſcðm legẽ dei ordinatã. nam de potentia dei abſoluta nulla eſt ꝯnexio inter eas: qꝛ dñs deus quãlibet ipſaꝝ poteſt infundere ⁊ conſeruare ſine alia vel alijs.

¶ Contra vltimã concluſioneꝫ arguitur ſic aĩa xp̃i in primo inſtan-

cc

ti ſue creationis habuit charitatē: et nunquā habuit fidē vel ſpē: igit̄ concluſio falſa. Ad hoc argumētū rñdetur negando ꝯñam: ꝛ rō eſt: qꝛ cōcluſio intelligitur de puro viatore ꝛ nō de cōprehenſore: modo xp̄s erat viator ꝛ cōprehenſor. Contra iſtā ſolutionē replicatur de paruulo cui⁹ primum non eſſe eſt vltimū inſtās ꝑ latiōis vboꝝ ſacramētaliū baptiſmatis talis em̄ puul⁹ hēbit charitatē ꝛ nō hēbit fidē aut ſpē: igit̄ ſolutio nulla: mi. probatur in illo inſtanti quod eſt primū non eſſe eius erit beatus: ergo non habebit fidē vel ſpē: ſed bene charitatē. Ad hanc replicā rñdet̄ negando ꝯñam: rō eſt. qꝛ talis puer nō erit viator tūc poſtq̄ȝ erit mortu⁹

❡ Queritur ſcđo circa eandem diſtinctionem. an virtutes morales ſint cōnexe. Pro huius queſtionis enodatiōe eſt ſupponēdū q̄ a phīs moralibus tres aſſignātur gradus in qualibet virtute. ſ. gradus cōtinētie gradus tēperantie ꝛ grad⁹ heroicus. Grad⁹ continētie eſt quādo in aliquo inſurgūt vehemētes paſſiones cōtra rōnē talis tamē ſequitur rōnem ꝛ cōformiter agit ad eam cōtēpnendo paſſiones. Gradus tēperantie eſt quādo aliquis ſequitur rōnem ꝛ pauce inſurgūt paſſiōes propter longū exercitiū in actibus virtuoſis. Gradus heroic⁹ dicitur eſſe in aliquo quādo rare aut nulle inſurgunt paſſiones ꝛ talis eſt paratus potius mori quā agere contra rectā rationem. Iſto ſuppoſito eſt aduertendū q̄ aliqui tā phī morales quā theologi aſtruūt virtutes morales eſſe connexas ī gradu heroico. Doc. tamē ſub. tenet q̄ ī nullo gradu ſūt connexe: ꝛ iſtū iſequū tur ferme oēs noīales. Sed tho. bonauctura ꝛ antiqui doctores tenēt cum pħo q̄ vtutes morales ſunt connexe cui fauēt quattuor colūne eccl͞ie: vnde diuus Ambroſi⁹ ſup lucā inquit ꝯnexe ſibi ſunt cōcatenateq̄ȝ virtutes vt qui vnā habeat plures habere videat̄. Et diuus hierony m⁹ ſup yſayā oēs virtutes ſibi herēt: vt q̄ vna caruerit oībus careat. Et aureli⁹ aug⁹ in. 6. libro de trinitate inquit virtutes q̄ ſunt in aīo hūano quāuis alio ꝛ alio modo ſingula ītelligūtur nullo mō tñ ſeparātur ab inuicem. Et diuus gregorius. 13. moraliū dixit q̄ vna virtus ſine alijs aut oīno nulla eſt aut īpfecta. Et beatus bernard⁹ ad augeniū quartuȝ aſſerit vnā virtutē ex alia depēdere. ꝛ fons eloquētie in ſcđo libro de tuſcūlanis q̄ſtionibus inquit ſi vnā virtutē cōfeſſus es te non habere neceſſe eſt nullam te habiturū. Ideo ex mēte ariſtotelis ꝛ ferme oīm ſanctoꝝ ꝛ phoꝝ moraliū dicēdū ē q̄ duplex eſt virt⁹ maxime ex autoritate allegata diui gregorij. ſ. pfecta ꝛ imperfecta. Virt⁹ perfecta eſt virtus inclinās ad bene prompte ꝛ facilr̄ agendū ſcđm totā latitudinem ſue materie obiectiue ꝛ ad facile reſiſtēdum tēptationibus circa eandē materiā accidētibus vel contingētibus. Virtus imperfecta eſt virtus que nō prōpte ꝛ facilr̄ inclinat ꝛc. Vlterius eſt aduertēdum q̄ quelibet virtus moralis eſt pfectio extrinſeca alteri⁹ virtutis moralis ſiue cardinalis, ita q̄ habēs oēs vir

tutes cardinales faciliꝰ ⁊ promptiꝰ ⁊ delectabiliꝰ poteſt operari ſcđm vnāquāq virtutē ꝙ ſi haberet dūtaxat vnā. v.g. ſi aliquis habeat ꝑciſſe habitū iuſtitie faciliꝰ cōmittet actū iniuſtitie propter cōcupiſcētiam ſuā cōplendā cū pulcra muliere: aut propter auaritiam quā ſi ſimul haberet tēperātiā ⁊ alias virtutes: ⁊ iſto mō tēperancia ꝑficit iuſtitiā ⁊ ecōuerſo quāq ꝑfectione extrinſeca: qm̄ vna virtus non eſt de eſſentia alterius.

¶ Iſtis notatis reſpondet per aliquas cōcluſiones: quarū Prima eſt iſta: nō oēs virtutes morales ſūt cōnexe iſta ꝯcluſio probatur poſſibile eſt ꝙ bonꝰ religioſus habeat oēs quattuor virtutes cardinales ⁊ non habebit magnificentiā aut magnanimitatē: qꝛ ꝺ ſunt ei facultates: igit nō oēs ꝟtutes morales ſunt ꝯnexe. Scđa cōcluſio eſt iſta: quattuor virtutes cardinales ſunt connexe: iſta cōcluſio pꝫ ex autoritatibꝰ ſanctorū ⁊ philoſophi allegatis.

¶ Cōtra iſtā ſcđam cōcluſionē arguitur ſic aliquis poteſt ſe exercere circa materiā vnius virtutis vt puta tēperantie nō exercēdo ſe circa materiā iuſtitie aut fortitudinis ⁊ talis ſi ſe exerceat circa materiā tēperantie acquiret virtutē tēperantie ⁊ non acquiret fortitudinē aut iuſtitiā: igitur virtutes nō ſunt ꝯnexe ꝙ talis acquirat virtutē temperātie probatur ex frequētatis actibus tēperātie generatur virtus temperātie vbi nullū eſt impedimētū. Sed in tali hoie nullū eſt impedimentū ergo talis homo acquiret virtutem temperātie. Ad hoc argumētū facile rñdetur ex notabilibus. ſ. ꝙ talis acquiret virtutē imꝑfectā temperātie. Nūꝗ tñ acquiret virtutē perfectā temperātie niſi ſe exerceat circa materiā fortitudinis ⁊ iuſtitie ⁊ ſcđa concluſio intelligit de virtutibꝰ perfectis ⁊ nō de imperfectis. Contra iſtā ſolutionē arguit alique virtutes ſunt ꝯtrarie ergo virtutes ꝑfecte non ſunt ꝯnexe: aña ꝓbatur dabiles ſunt duo actꝰ virtutū cōtrarij: ergo virtutes ex talibus emanātes erūt cōtrarie aña pꝫ de actu ꝟtutis virginitatis ⁊ de actu caſtitatis ꝯiugalis ⁊ de multis alijs circa materiam temperātie. Ad hanc replicā rñdetur negādo ꝯñam ⁊ ratio eſt qꝛ non oportet ſi aliquis habeat tēperantiā perfectā ꝙ quālibet ſpeciē tēperātie hēat pꝫ de Abrahā q̄ hūit ꝑfectā tēperātiā nō tñ hūit ꝟginitatē.

¶ Scđo arguitur ſic cōtra eandē cōcluſionem vitia nōn ſunt ꝯnexa: ergo ꝟtutes nō ſunt ꝯnexe: ꝯña tenet qꝛ non videtur potior ratio de virtutibus quā de vitijs aña probatur multi ſunt auari qui non ſunt luxurioſi ⁊ multi ſunt luxurioſi qui nō ſunt auari. Pariforma multi ſunt ſuperbi qui non ſunt auari aut luxurioſi ergo vitia non ſunt ꝯnexa. Ad hoc argumentum rñdetur negando ꝯñam ⁊ ad probationē negatur aña ratio eſt ⁊ diſcrimē quia vitia ſibi inuicem contrariātur ⁊ maxime vitia principalia non aūt virtutes principales quāuis aliq̄ ſpēs ꝯtrarient rare tamen ſunt tales.

¶ Contra iſtā ſolutionē arguit

autoritate diui Jacobi in ſcdo cap. dicētis qui offenderit in vno factus eſt oium reus ergo vitia ſunt ↄnexa Inſuper eccleſiaſtes.9.ca. habetur qui peccauerit in vno multa bona perdet. Ad hanc replicā rñdetur negādo ↄñam ratio eſt qꝛ diuus Jacobus loquebatur ↄtra phariſeos qui aſtruebant hoīem poſſe ſaluari cum peccatis mortalibꝰ dūmodo plura bona haberet quā peccata mortalia ꝛ ſic intētio diui Jacobi ē ꝙ ille qui offendit in vno a deo reꝰ eſt quo ad penā dāpni ac ſi in oībus offēdiſſet non tamen quo ad penam ſenſus. Poteſt etiā dici ꝙ diuus Jacobus intelligit ꝙ reus eſt oium collectiue maxime qꝛ oīa pcepta dependēt ex primo precepto legis. ſ. diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo ꝛc.

¶ Tertio arguitur ſic virtutes intellectuales non ſunt ↄnexe ergo nec virtutes morales. Si dicas virtutes morales habent vnū commune principiū nō autē intellectuales. ¶ Cōtra hoc arguitur oēs ꝟtutes intellectuales habēt vnū principiū. ſ. quodlibet eſt vel nō eſt tanꝙ cōmune oībus igitur ſolutio nulla. Propter hoc datur aliud diſcrimen. ſ. ꝙ virtutes morales habent vnā virtutē quę eſt directiua oīum aliarū. ſ. prudentiā nō tamen virtutes intellectuales habent vnā virtutem quę ſit directiua oīum aliarum virtutū intellectualiū. Cōtra iſtā ſolutionē arguit: ſi ꝟtutes eſſent ↄnexe maxime eſſet propter prudentiā vt dictū eſt: ſed nō eſt neceſſariū ꝟtutes eſſe cōnexas prudentie: igiť ſolutio nulla minor pbať aliqs poteſt eſſe prudens circa materiā vniꝰ virtutis: vt puta temperātie: ꝛ non circa materiam alterius virtutis. ſ. fortitudis: igitur virtutes non ſunt ↄnexe prudentie. Ad hanc replicā rñdetur cōcedendo maiorem: ꝛ negādo minorem: ꝛ ad probationē diſtinguitur añs vel loquendo de prudentia pfecta ꝛ ſic negať illud vel de prudētia imperfecta ꝛ ſic cōcedendū eſt illud ꝛ negatur ↄña qꝛ cōcluſiones intelliguntur de virtute pfecta vt dictū eſt.

¶ Queritur tertio circa eandē diſtinctionē: vtrū omnes virtutes ſint pares ſiue equales. Pro huius queſtiōis intelligentia eſt aduertendum ꝙ dñꝰ tho. diſtinguit titulum qſtionis: nā pōt intelligi duobꝰ modis: ꝙ virtutes ſint pares: vel ſcōm rationem ſpēi: vel ſcōm paticipationem ſubiecti prout intenditur aut remittitur virtus in ſubiecto. Si intelligitur titulus queſtionis primo modo dicit ꝙ virtutes non ſunt pares: imo vna ē maior alia. Si vero intelligatur titulus queſtionis ſcōo modo dicit ꝙ oēs virtutes ſunt pares eqlitate proportiōis inquātum equaliter creſcūt in hoīe: ſicut digiti manus ſunt inequales ſcōm quātitatem: ſed ſunt equales ſcōm pportionem cū pportionabiľr augeātur.

¶ Contra iſtā opinionē arguiť ſic poſito ꝙ aliqs habeat oēs qtuor virtutes cardinales pfectas: talis ſi ſe exerceat ſolū circa materiā tēperantie: ꝛ non circa alias. ſ. circa fortitudinē ꝛ iuſtitiā augebiť in eo ꝟtꝰ tēperātie ꝛ non augebitur in eo ꝟtꝰ

iuſtitie aut fortitudinis: ergo talis nō habit virtutes pares ſiue eq̄les. Propter hoc argumentū aliter rńdet diuus Bonauētura diſtinguēdo etiam titulū queſtionis.ſ.ꝙ virtutes ſunt pares aut reſpectu gr̄e in formātꝭ aut reſpectu liberi arbitrij: ſi intelligatꝛ titulus queſtionis ſcđo mō dicit virtutes non eſſe eq̄les: qꝛ vt probatū eſt liberū arbitriū pōt ſe exercere circa.2.virtutes cardinales non exercēdo ſe circa alias. Si intelligatꝛ primo dicit oēs virtutes eſſe equales qꝛ gr̄a informans reddit ipas equaliter meritorias. Sed hec opinio ē oīno abſurda: nā certum eſt ꝙ actus temperātie ⁊ actus fortitudinis ⁊ iuſtitie non ſunt equaliter meritorij in habētegr̄am: magis enim meretur habens gr̄am exercendo actus iuſtitie ⁊ fortitudinis in bello quā cōmedendo vnū bonum caponē3. Propterea aliter rńdetur ad queſtionē ꝑ aliquas concluſiones: quarū Prima eſt iſta virtutes infuſe in prima infuſione oēs ſunt equales quo ad intenſionē: iſta cōcluſio ꝓbatur qꝛ dn̄s deus in baptiſmate tm̄ infundit de fide aut de ſpe ſicut de charitate. Scđa ꝯcluſio eſt iſta nō oportet v̄tutes ſiue theologas ſiue morales ſiue īfuſas ſiue acquiſitas eſſe equales quo ad intēſionem: iſta cōcluſio patet bon⁹ chriſtianus habens tales virtutes tam theologales quā morales tam infuſas: quā acquiſitas pōt ſe exercere circa.1.vel.2. virtutes non exercendo ſe circa alias: ⁊ tūc certū eſt ꝙ tales virtutes augebūtur ⁊ nō alie: ergo tales virtutes non ſunt pares ſiue equales quo ad intenſionem.

¶ Queritur quarto circa eandem diſtinctionē: vtrū quelibet v̄t⁹ moralis ſit ꝯnexa prudētie. Ad hāc queſtionē rńdetur per aliquas cōcluſiones: quarū Prima eſt iſta. Non ſufficit ad actū virtuoſum cōformitas ad prudētiā aptitudinalē. Iſta cōcluſio probatur ſeq̄retur ꝙ aliqs actus ſimul eſſet peccatū mortale ⁊ actus virtuoſus ꝙ̄s eſt abſurdum: igitur concluſio vera. Sequela ꝓbatur volo ꝙ aliquis habeat cōſcientiam erroneā.ſ.nō eſt ieiunandum die iouis ſctā. ⁊ vellit ieiunare tunc talis volūtas ieiunādi eſt peccatū mortaliter qꝛ cōtra cōſciētiā ⁊ eſt actus virtuoſus qꝛ cōformis prudētie aptitudinali: igitꝛ ꝯcluſio vera. Scđa cōcluſio eſt iſta non ſufficit ad actu3 virtuoſu3 cōformitas ad prudentiā habitualem: iſta concluſio patet ex diffinitione virtutis quā ponit pħs in ſcđo libro ethicoꝝ. Tertia cōcluſio eſt iſta īpoſſibile eſt aliquē actu3 eſſe laudabilē ſine prudētia actuali: iſta cōcluſio ſequitur ex duabus primis. Quarta cōcluſio eſt iſta quelʒ virtus moralis eſt ꝯnexa prudentie ita ꝙ non pōt eſſe ſine prudentia. Iſta concluſio probatur virtus generatur ex actibus virtuoſis. Sed impoſſibile eſt aliquē actum eſſe virtuoſum ſine prudentia actuali ⁊ ſicut ex actibus virtuoſis frequētatis producitꝛ habitus virtuoſus: ita etiā ex actib⁹ prudentie frequētatis generatur habitus prudentie: igitur concluſio vera.

¶ Contra iſtā vltimā cōcluſio-

nem: ⁊ tertiã arguitur ſic dabilis eſt
aliquis actus virtuoſus qui non eſt
cõformis dictamini prudentiali. er-
go dabilis eſt virtꝰ moralis ſine pru
dentia: añs probatur. volo ꝙ aliqs
bonꝰ xpianus habeat iſtud iudiciuȝ
opinatiuũ. ſ. dãda eſt elemoſina huic
pauperi ⁊ voluntatem dandi elemo
ſinã. tunc talis voluntas. dandi ele
moſinã eſt actus virtuoſus: ⁊ nõ eſt
cõformis dictamini prudentiali: igi
tur añs verũ: minor probatur ſi eſſet
conformis talis actus alicui dicta-
mini prudẽtiali maxime eſſet illi iu
dicio. ſ. danda eſt elemoſina: ſed ta
le iudiciũ nõ eſt prudentiale. igitur
non eſt conformis dictamini prudẽ
tiali: minor probatur tale dictamen
eſt opinatiuȝ ex hypoteſi. ergo nõ eſt
dictamen prudẽtiale. Propter hoc
argumentũ aliqui phi morales vo-
luerunt dicere ꝙ non ſufficit ad actũ
virtuoſum dictamen opinatiuȝ: ſed
neceſſario requirit dictamen certũ.
Sed hec opinio nõ eſt defenſabilis
ſequeretur enim ꝙ rex Anglie ꝗ eſt
doctor theologus eſſet perplexꝰ in
caſu in quo ſibi preſentaretur aliqs
innocens quẽ ſcit eſſe innocentẽ: et
tñ probatur nocens per teſtes omi
exceptione maiores: ꝯñs eſt falſum
⁊ abſurdũ in lege noſtra euangelica
igitur opinio nulla. ſequela probat
problema eſt inter Alexandrum de
ales: ⁊ doctorẽ ſubtilẽ: ⁊ diuũ Tho.
ſcȝ. An iudex debet iudicare ſcðm al
legata ⁊ probata. ergo qualitercũqȝ
rex Anglie iudicet ſemper cõforma
bit ſe dictamini opinatiuo ⁊ illud nõ
ſufficit ad actũ laudabilẽ: igitur ſem
per male aget. ⁊ per ꝯñs rex anglie
qui eſt doctus theologꝰ erit perple-
xus ſemper in lege euangelica. Id
circo aliter rñdetur negando añs: et
ad probationẽ negatur minor: ⁊ ad
probationẽ iterũ negatur minor: ⁊ ad
probationẽ negat ꝯña. rõ eſt: qꝛ di-
ctamen prudentiale non requiritur
ꝙ ſit certũ: ſed ſatis eſt ꝙ ſit verũ et
opinatũ cũ alijs condicionibus. Cõ
tra iſtã ſolutionẽ argr̃ ſeqret ꝙ ante
quã in voluntate eſſet aliquis actus
bonus neceſſario precederent aliq
actus non boni: ꝯñs eſt falſum. igit
ſequela probatur. anteqȝ ſit aliqs
actus bonꝰ in voluntate neceſſariũ
eſt ꝙ ſit dictamen prudentiale poſt
quam intellectus libere componit
⁊ diuidit ad qð neceſſario ſeqtur ali
quis actus in voluntate. tunc quero
de illis actibus vel ſunt conformes
dictamini prudentiali vel nõ. Si pri
mum ſequitur ꝙ eſt proceſſus in in-
finitũ. ſi ſcðm ſequitur ꝙ tales actꝰ
non ſunt boni. ergo neceſſario quẽlȝ
actũ bonũ ⁊ virtuoſum precedũt ali
qui actus non boni. Ad hanc repli-
cam neceſſario eſt cõcedenda ſeque
la: attñ tales qui precedunt talẽ ac-
tum bonũ non ſunt mali: ſed ſunt ac
tus indifferẽtes qui eliciuntur a vo
luntate noſtra hũana ex ſimplici ap
prehenſione intellectꝰ vt inquit doc
tor ſubtilis quẽ ſequnt: oẽs noiales.

¶ Scðo arguitur ſic aliqs dñs
prudens poteſt precipere aliquẽ ac-
tum virtuoſum ſuo ſeruo: tunc ſi ſer
uus eliciat talẽ actũ virtuoſum ha-
bebit actũ virtuoſum ſine prudẽtia
actuali: ⁊ ſi multotiens frequẽtet ta
lem actũ gñabitur habitꝰ virtuoſus

in tali ſeruo ſine habitu prudentie:
igitur cōcluſiones nulle: aſ̄s probat̄
non eſt neceſſariū ꝙ talis ſeruus ha
beat aliqͦd dictamen prudentiale in
ſuo intellectu: ſed ſufficit ꝙ obediat
ſuo dn̄o: igitur habebit virtutē ſine
prudentia. Ad hoc argumētū rn̄det̄
diſtinguendo ꝙ talis ſeruus eliciat
actū virtuoſum vel ſi habeat dicta-
men prudentiale in ſuo intellectu: ⁊
ſic conceditur: ⁊ ſicut ex frequentatiſ
actibus virtuoſis ꝯ̄ſ̄abitur habitus
virtuoſus in tali ſeruo: ita etiā ex ta
libus dictaminibus prudentialibus
ꝯ̄ſ̄abitur in eo habitus prudētie: et
ſic nūq̄ȝ dabitur virtus moralis ſine
prudentia. Si vero talis ſeruus nō
habeat dictamen prudentiale nega
tur ꝙ talis ſeru⁹ eliciat actū virtuo-
ſuȝ quāuis agat illud qͦd ꝑcipit dn̄s
eius. nam idē eſt iudiciū de tali ſer-
uo ſicut de paruulo an̄ annos diſcre
tionis qui licet det elemoſinā: ⁊ au-
diat miſſaȝ ⁊ faciat alia bona opera
ex genere non tamen elicit aliquē ac
tum virtuoſum. Contra iſtā ſolutio-
nem arguitur multi ſunt plebei qui
non dictant dandā eſſe elemoſinaȝ:
nec eliciunt bona opera per talia di-
ctamina: q͛ neſciunt ſilogizare: ⁊ tn̄
virtuoſe agunt: ergo acquirunt vir-
tutes ſine prudentia. Ad hanc repli
cam rn̄detur ꝙ quāuis multi plebei
neſciant quid eſt ſilogizare aut dicta
men prudentiale ſilogizant tn̄ ⁊ ha-
bent dictamina prudentialia. immo
nunq̄ȝ habent op⁹ virtuoſum qui ha
beant dictamen prudentiale. Et ſi
arguas prudentia nullius virtutis
moralis eſt pars eſſentialis: ergo q̄
libet alia virtus poteſt eſſe ſine ipſa.
negatur ꝯ̄ſ̄a: rō eſt: q͛ neceſſario q̄lȝ
alia virtus moralis preſupponit ip
ſam prudentiā naturaliter loquēdo.
nam ſupra naturaliter deus bn̄ poſ-
ſet cōſeruare quālibet virtutē mora
lem ſine ipſa prudentia. Et ſi dicas
naturaliter multi ſunt tēperati ⁊ for
tes ſine prudentia. igit̄ quelibet vir
tus moralis poteſt eſſe ſine pruden
tia. Ad hoc rn̄detur ꝙ verꝫ eſt ꝙ na-
turaliter aliqui ſunt inclinati ad for
titudinē ⁊ alij ſunt inclinati natura-
liter ad temperantiā: ⁊ alij ad iuſti-
tiam: ſed tales non ſunt tēperati: for
tes. aut iuſti: poſtq̄ȝ ex frequentatis
actibus non cōparauerūt ſibi tales
virtutes.

¶ Tertio arguitur ſic volo qͦd
aliquis eliciat aliquē actū virtuoſuȝ
multū intenſum: ⁊ habeat dictamen
prudentiale valde remiſſuȝ: ⁊ ſic cō-
ſequenter eliciat ſimilē actū virtuo-
ſum valde intenſum ⁊ ſimile dicta-
men prudentiale valde remiſſū: tūc
adducatur multotiens dictamen cō
trariū illi dictamini prudētiali: tūc
deſtruetur prudentia genita ex illo
dictamine frequentato ⁊ nō deſtrue
tur virtus genita ex illo actu virtuo
ſo frequentata: ergo dabit̄ virt⁹ mo
ralis ſine prudentia. Hoc argumē-
tū euidenter concludit ꝙ dabilis eſt
virtus habitualis in ꝑfecta ſine pru
dentia non tn̄ ꝓbat ꝙ ſit dabilis vir
tus perfecta ſine prudentia. Cōtra
iſtā ſolutionē arguitur prudētia pōt
eſſe ſine alijs virtutibus. ergo alie
virtutes poſſunt eſſe ſine prudentia
aſ̄s ptȝ aliquis pōt recte dictare cir
ca naturā cuiuſcūq̄ȝ virtutis. ⁊ cōtra

pationeſapiēs fit. Iſta ergo ho
minis ſapientia etiam dei eſt. ve
rum nō ita dei eſt. vt ea ſapiens
ſit deꝰ. Non eīn participatione
ſui ſapiens eſt deus. ſicut mens
participatione dei. Sic etiam di
cit iuſticia dei nō ſolum illa qua
ipſe iuſtꝰ eſt. ſed etiā illa quā dat
homini cū iuſtificat ipium.


Circa trigeſi-
mā quintā di
ſtinctionē que
ritur quō dif
ferunt ſciētia
ſapientia ⁊ in
tellectꝰ. Pro
huiꝰ queſtio-
nis intelligē-
tia eſt aduertendū ꝙ ſapientia: ſciē
tia: ⁊ intellectus non capiunt in pro
poſito: vt ſunt habitus intellectua-
les de q̄bus abūde tractat phs in: 6
lib. ethicoꝝ: ſed capiunt vt ſunt que
dam dona ſpirituſſancti ⁊ probatuʒ
eſt ſuperius in. 34. diſtinctione ꝙ do
na ⁊ beatitudines nō differunt a vir
tutibus: idcirco ſapiētia vt eſt donū
ſpirituſſācti dicitur eſſe in aliquo q̄ſi
conſiderat diuina ⁊ eterna cū amo-
re dei ſuper oīa rōne cuius quadam
dulcedine ⁊ ſuauitate percipit. ſciē-
tia vero vt eſt donū ſpirituſſancti di
citur eſſe in aliquo q̄ſi cōſiderat crea
turas ⁊ ip̄as contemplatur propter
amorē dei. Intellectꝰ aūt vt eſt do-
num ſpirituſſancti dicitur eſſe in ali
quo q̄ſi conſiderat qualiter eſt ope-
randuʒ circa creaturas propter dei
amorē. Ex iſtis patet r̄n̄ſio ad titu-
lum queſtionis.

¶ Cōtra iſtud notabile arguit
ſic: ſequeretur ꝙ ſapiētia non ſtaret
cū peccato mortali: ꝯñs eſt falſum:
igitur notabile nullū. ſeq̄la probat
ſapiētia preſupponit charitatē: ſed
charitas nō poteſt ſtare cū peccato
mortali: ergo ſapientia nō poteſt ſta
re cū peccato mortali. iaʒ probatur
falſitas ꝯñtis multi ꝯſiderant diui-
na in peccato mortali iuxta illō apo
ſtoli ad romanos primo veritatem
dei in iniuſticia detinent: ergo ſapiē
tia poteſt ſtare cuʒ peccato mortali.
Ad hoc argumentū r̄n̄detur cōcedē-
do ſequelā: ⁊ negādo minorē. proce
dendo ſemper de ſapientia vt eſt do
num ſpirituſſancti: ⁊ ad probationē
negatur ꝯñā. nā illud nō ſufficit ad
hoc ꝙ tales habeant ſapientiā vt eſt
donuʒ ſpirituſſancti; ſed bene ſuffi.
ad hoc vt habeant ſapientiā prout ē
quidā habitus intellectualis acqui-
ſitꝰ. Contra iſtā ſolutionē arguitur
ſequeretur ꝙ ſapientia eſſet excellē
tior charitate: ꝯñs eſt contra apoſto
lum prime ad cori. 13. igitur ſolutio
nulla: ſequela probatur ſapientia in
cludit charitatē ⁊ diuidit inter filios
regni ⁊ filios perditionis eterne: er
go ſapientia excellentior eſt charita
te. Ad hāc replicā r̄n̄detur cōcedēdo
ſeq̄lā ꝓcedēdo ſemꝑ de ſapiētia ꝓut
eſt donū ſp̄ūſſancti. nam tunc ſapiē
tia eſt quoddam aggregatū ex ha-
bitu charitatis ⁊ habitu fidei: ⁊ tale
aggregatū excellētius eſt charitate
⁊ negatur minor. nam apoſtolus cō
parat charitatē ad fidē ⁊ ſpem: ⁊ ad
quālibet aliā virtutē ⁊ non cōparat

ipſam cũ aggregato duaꝝ virtutũ. ita ꝙ apoſtolꝰ ſolũ intendit ꝙ charitas qualibet alia virtute eſt excellẽtior: ⁊ hoc eſt verũ nec eſt aliquo pacto contra conceſſionẽ ſequele. ¶ Contra iſtã ſolutionẽ arguitur ſequeret ꝙ licitũ eſſet gloriari de tali ſapientia: ꝯñs eſt falſu3: igitur ſolutio nulla. ſequela probatur autoritate apoſtoli ſcḋe ad corin.1.ca.d. gloria noſtra hec eſt teſtimoniũ cõſcientie noſtre. iam probatur falſitas ꝯñtis autoritate Hieremie.9.cap.d. nõ glorietur ſapiens in ſapientia ſua. Ad hanc replicã rñdetur concedendo ſequelã ⁊ negando mi. ⁊ ad probationem dico ꝙ Hieremias loquitur de ſapientia humana ⁊ mundana: ⁊ nõ loquitur de ſapientia vt eſt donũ ſpiritusſancti.


¶ Scḋo argr ſic ſequeretur ꝙ ſapientia eſſet in oĩbus habentibus gratiã gratũ facientẽ: ꝯñs eſt falſu3 igitur ſequela patet: q2.7. dona ſpiritusſancti infundũtur ſimul cũ gratia gratũ faciẽte ſiue charitate. iam probať falſitas ꝯñtis pueri ⁊ dementes baptizati hñt gratiã gratũ facientẽ ⁊ nõ hñt ſapiẽtiã. igiť ſapiẽtia non eſt in oĩbus habentibus gratiã ſiue charitatẽ. Ad hoc argumentũ rñdeť concedendo ſequelã intelligẽdo de ſapientia habituali ⁊ negãdo minorem: ⁊ ad probationẽ negatur mi. intelligendo ſemper de ſapientia habituali. ſi vero intelligatur ſequela de ſapiẽtia actuali negatur illa: nec probatur in iſto ſenſu. ¶ Cõtra iſtam ſolutionẽ arguitur teſte pħo in pͦ lib. metaphiſice ſapiẽtis eſt ordinare alios: ſed multi ſunt adulti qui habent donũ ſapientie ⁊ neſciũt alios ordiare ſeu regere: ergo ſolutio nulla. Ad hanc replicã rñdetur ꝙ ſatis eſt ꝙ ſapiens ſciať regere ſeipſum: ⁊ ita debet itelligi pħs. ſ. ꝙ eſt ſapiẽtis regere ſeipſum vel alios. ¶ Cõtra iſtã ſolutionẽ arguitur non oẽs habẽtes gratiã ſunt perfecti ⁊ ſoli perfecti habent donũ ſapientie: igitur ſolutio nulla: minor probatur autoritate Pauli.1. ad corin.2.cap.d. ſapiẽtiã loquimur inter perfectos. Ad hanc replicã rñdetur negando mi. ⁊ ad probationẽ dico ꝙ Paulus non capit ibi ſapientiã vt eſt donũ ſpũſſancti: ſed pro quibuſdã archanis fidei catholice ⁊ legis euangelice.

¶ Tertio arguitur ſic ſequeret ꝙ oẽs habentes charitatẽ haberent donũ intellectus: ꝯñs eſt falſum: igitur falſitas ꝯñtis probatur donũ intellectus datur contra hebetudine3 mentis: ſed multi habentes charitatem patiuntur hebetudinẽ mentis: ergo multi habentes charitatẽ non habent donũ intellectus. Ad hoc argumentum rñdetur negando minorẽ: ⁊ ad probationẽ diſtinguiť minor vel circa neceſſaria ad ſalutẽ: ⁊ ſic negatur illa. na3 vnctio docet tales vľ circa agibilia humana: ⁊ ſic conceditur illa ⁊ negatur ꝯñia: rõ eſt: q2 donum intellectus datur ſolũ cõtra hebetudinẽ mẽtis circa ea que ſunt neceſſaria ad ſalutẽ. ¶ Contra iſtã ſolutionẽ arguitur ſequeretur etiã ꝙ ſolum habentes charitatẽ haberẽt donum intellectus: ꝯñs eſt falſum: igiť falſitas ꝯñtis: probatur multi ſunt pſeudo prophete qui habent donu3 intellectus ⁊ non habent charitatẽ.

igitur non ſolū habentes charitateꝫ poſſident donū intellect⁹: mai. probatur autoritate Danielis, prophete in tertio cap. d. ꝙ intelligētia op⁹ eſt in viſione prophetica. Ad hāc replicā rñdetur concedendo ſequelā ⁊ negando mi. ⁊ ad probationē negat maio: ⁊ ad probationē negat qđ in autoritate Danielis intelligentia capiatur pro dono intellectus: ſed capiatur pro cognitione.

De connexione virtutū que non ſperantur.

Diſtinctio. XXXVI.



Olet etiaꝫ queri vtrū vtutes ita ſint ſibi cōiuncte vt ſe patim non poſſūt poſſide abri aliquo. ſꝫ q̄ vnam habet oēs habeat? De hoc etiam Hiero. ait. Omnes virtutes ſibi herent vt q̄ vna caruerit oīb⁹ careat. Qui ergo vnam habet omnes habet. Qđ q̄dem probabile eſt. Cum eīn charitas mater ſit omniū virtutum. in quocunq̄ mater ipſa eſt. ſ. charitas. et cuncti filij ei⁹. i. vtutes recte fore eſſe credūtur Vñ Auguſ. Vbi charitas eſt: q̄d eſt quod poſſit deeſſe. Vbi auteꝫ non eſt: q̄d eſt quod poſſit pdeſſe. Cur ergo non dicimus q̄ hanc virtuteꝫ habet omnes hꝫ. cuꝫ plenitudo legis ſit charitas. que q̄to magis eſt in hoīe tanto magis ē vtute preditus. Quanto vero minus tanto min⁹ ineſt vtus. ⁊ quanto minus ineſt virt⁹ tanto magis ineſt viciū.

Si cūcte vtutes pares ſint in quocunq̄ ſunt.

Utrū vero pariter quis omnes poſſideat vtutes. an alie magis alie minus i aliquo ferueant queſtio ē? Quibuſdam eīn videtur ꝙ alie magis alie minus habeantur ab aliquo ſicut in Job patientia emicuit. in Dauid humilitas. i Moyſe manſuetudo. q̄ etiaꝫ concedunt magis aliquē mereri p aliquam vnā virtutem q̄ p aliam. ſicut eā plenius habet q̄ aliā. Non tñ magis p aliquā mereri dicunt q̄ p charitatē. nec aliquam plenius a quoq̄ haberi q̄ charitatē. Alias ergo magis et alias minus i aliquo eſſe dicunt. ſed nullam pleni⁹ charitate que ceteras gignit. Haſq̄ dicunt eſſe multas facies q̄s memorat apoſtolus dicens. Ex pſonis multarū facierum ⁊c. Alij verius dicūt omnes virtutes ei ſimiles et pares eſſe in quocūq̄.

ſunt. vt q̃ in vna alteri par extite
rit. in oibus eidem equalis ſit.
Unde Auguſ. Uirtutes q̃ ſunt
in aio humano. q̄uis alio ⁊ alio
modo ſingule itelligantur. nul-
lo modo tamen ſeparantur ab in
uicē. vt q̃cunq̧ fuerit equales.
verbi gr̃a. in fortitudie. equales
ſint et prudētia et iuſticia ⁊ tpan
tia. Si eñ dixeris equales eē iſ-
tos in fortitudie. ſꝫ illum preſta
re prudentia. ſeq̈tur vt huius for
titudo minus prudens ſit. Ac ꝑ
hoc nec fortitudie equales ſunt.
q̄ eſt illius fortitudo prudenti-
or. Atq̧ ita de ceteris virtutibꝰ
iuenies. ſi omnes eadē conſide-
ratione percurras. Ex his clare
ſcit omnes virtutes nō modo eſ
ſe connexas ſed etiāꝫ pares i ani
mo hominis. Cum ergo dicitur
aliq̃s aliqua preeminere virtute
vt abraā fide Job patientia. ſm
vſus exteriores accipienduꝫ eſt.
vel in cōparatione aliorū homi
nū. q̄ vel humilitatꝭ habitū ma
xie prefert. vel opus fidei. vel ali
cuius ceterarū virtutū precipue
exeq̈tur. Unde ⁊ ea ꝑ alijs polle
re vel inter alios homies ſingu-
lariter excellere dicit. Scd̄m hūc
modum ſcꝫ ſm rationem actuū
exteriorꝫ vt alibi Auguſ. dicit in
aliquo aliam magis eſſe virtuteꝫ
aliam minus. ⁊ vnā eſſe non alte
ram. Ait eñ ſic. Clariſſima diſ-
putatione tua ſatꝭ apparuit non
placuiſſe autoritatibus noſtris.
imo veritati ipſi oia paria eē pec
cata. etiam ſi hoc de virtutibus
verum ſit quia et ſi verꝫ eſt euꝫ q̃
habet vnā omnes virtutes ha-
bere. et eum q̃ vnam non habet
nullā habere. nec ſi peccata ſunt
paria. q̄ vbi virtus nulla eſt. ni
hil rectū eſt. nec tamen ideo non
eſt prauo prauius diſtortoq̧ di
ſtortius. Si aūt quod puto eſſe
verꝰ ſacriſq̧ litteris cōgruenti-
us. ita ſunt anime itentiones vt
corporis membra. nō q̄ videan
tur locis ſed q̄ ſentiant affectibꝰ
et alius illuminatur amplius. ali
us minꝰ. alius omnino caret lu
mine. profecto vt q̃ſq̧ illuſtratio
ne pie charitatis affectꝰ eſt. i alio
actu magis. i alio minus. in ali-
quo nihil ſic dici pōt habere aliā
⁊ aliam non habere ⁊ aliā magis
aliā minus. Nam ⁊ maior eſt in
iſto charitas q̄ i illo. et ideo re-
cte poſſumus dicere ⁊ aliqua in
iſto: nulla i illo: q̄tum ptinet ad
charitatē que pietas eſt. ⁊ i vno
homie q̃dem q̄ maiorem habe-
at pudicitiā q̄ patientiā. et ma-
iorē hodie q̄ heri ſi ꝓficit. ⁊ ad-
huc nō habeat continentiā ⁊ ha

beat nõ quam miſericordiã. Et vt generaliter breuiterq́ꝫ complectat quã de vtute habeo notionem. vtus eſt charitas qua id qḋ diligendum eſt diligitur. Hec ꝛ i alijs maior et alijs minor. et in alijs nulla ẽ. Pleniſſima vero q̃ iam non poſſit augeri q̃ꝫ diu hic homo viuit i nemine eſt. Hic inſinuari videtur. ꝙ aliq̃s ea ratione poſſit dici habere vnam virtutem magis q̃ꝫ aliã qꝛ per charitatem magis afficit i actu vnius v̓tutis q̃ꝫ alterius. ꝛ ꝓpter differentiam actuũ ipſas v̓tutes magis vel minus habere dicit. pōt ꝛ aliquã non habere. cuꝫ tamen ſimul omnes ꝛ pariter habeat q̃ꝫ tum ad mentẽ habitum vel eſſentiam cuiuſq́ꝫ. In actu vero aliaꝫ magis aliam minus habet. aliam etiam non habet. vt vir iuſtꝰ vtens coniugio non habet continentiam in actu quam tamen habet i habitu. Cur ergo non dicẽtur paria peccata? Forte quia magis facit contra charitatem q̃ grauius peccat. minus: q̃ leuiꝰ. Nemo enim peccat niſi aduerſus illam faciendo que eſt plenitudo legis. Ideo recte dicitur. Qui offenderit in vno factus ẽ oīum reus. i. contra charitatẽ facit in qua pendent omnia.

Repetit de charitate vt addat quo modo tota lex in ea pendet.

¶ Cum duo ſint p̃cepta charitatis in q̃bus vt p̃taxatũ eſt tota lex pendet et ꝓphete. Aduertendũ ẽ quomodo hoc ſit cũ i lege ꝛ ꝓphetis multa fuerunt cerimonialia mãdata q̃ ſi ad charitatis ſanctificationẽ ꝑtinuiſſent: viderent non debere ceſſare. Q2 vero non iuſtificationis gratia quã facit charitas inſtituta ſunt ſed in figura futuri. et in onꝰ poſita. ideo clareſcente veritate ceſſauerunt velut vmbra. Verumtamen et ipſa cerimonialia ſꝫ ſpiritualem intellectũ quem continent. ꝛ oĩa moralia ad charitatẽ referũtur. Pertinent eñ omnia ad decem mandata i tabulis ſcripta vbi oĩuꝫ ſumma ꝯſtringitur ex q̃bus certa emanant ſicut i ſermone domini octo virtutes premittuntur ad quas cetera referũtur. Et ſicut ad decẽ mandata decalogi cetera referunt. ita et ipſa decẽ ad duo mãdata charitatis. Oĩa ergo ad duo mandata charitatis ꝑtinent: qꝛ charitateꝫ implent. ꝛ ad charitatẽ tanq̃ꝫ ad fineꝫ referri debent. Vñ Auguſ. Totam magnitudinẽ ꝛ ampli-

tudinẽ diuinoꝝ eloquioꝛũ poſſidet charitas q̃ deũ ꝓximũq; di/ligimus q̃ radix eſt oı̄um bono/rũ. Vñ veritas ait. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet et prophete. Si ergo nõ vocat omnes paginas ſanctas perſcrutari omnia inuolata ſermonũ inuoluere. tene charitatẽ vbi pẽdent omnia. q2 pfectio eſt ⁊ finis omniuꝫ. Tunc eñ ⁊ pꝛecepta ⁊ conſilia recte fiunt cum referunt ad diligendũ deum ⁊ pꝛoximuꝫ ꝓpter deum. Quod vero timo/re pene vel aliqua intentione carnali fit vt nõ referatur ad chari/tatem. nondũ fit ſicut fieri opoꝛtet q̃uis fieri videat. Inimicus eñ iuſticie eſt q̃ pene timoꝛe non peccat. Amicus vo iuſticie qui eius amoꝛe nõ peccat. Omniuꝫ ergo hec ſumma eſt vt intelliga/tur legis ⁊ omnium diuinarum ſcripturarum plenitudo eſſe dilectio dei et pꝛoximi.



Irca trigeſimamſextã diſtinctionẽ. q̃ritur pꝛimo. An virtutes theologales ſint cõnexe. Ad hanc queſtioneꝫ rñdet per aliquas concluſiones. quaꝝ pꝛima eſt iſta. Quantũ ad pꝛimã infuſionem virtutes theologales cõnectunt. iſta concluſio ptꝫ: q2 in pꝛima infuſione oẽs.3. virtutes theologales ſimul ĩfundunt: vt ptꝫ in baptiſmate ſiue fluminis: ſiue flãmis: ſiue ſanguinis. Scda ꝯcluſio eſt iſta: quã tum ad alias ĩfuſiões virtutes theologice non connectuntur. iſta concluſio pꝛobatur aliqñ ſola charitas infunditur: vt patet qñ xp̄ianus exñs in peccato foꝛnicatiõis aut vſure cõuertitur ad dñm deũ. nam tunc ſola charitas infunditur. Pariſoꝛma ſi aliquis xp̄ianus deſperet: et poſtea conuertatur tunc charitas ⁊ ſpes infunduntur ⁊ nõ fides. nam fides nõ fuit deperdita. igitur cõcluſio vera. Tertia ꝯcluſio eſt iſta virtutes theologice non cõnectuntur quãtum ad conſeruationẽ: iſta concluſio patꝫ fides: ⁊ ſpes in dies conſeruantur in malis xp̄ianis ſine charitate. Pariſoꝛma fides cõſeruãtur in deſperãte ſine ſpe ⁊ charitate. igitur concluſio vera. Quarta concluſio eſt iſta. charitas ita cõnectitur alijs virtutibus q̄ non poteſt haberi in hac via ſine ipſis. iſta cõcluſio patet: q2 charitas in hac via pꝛeſupponit fidẽ et ſpẽ. nã teſte apoſtolo ad hebꝛeos. 11 ſine fide impoſſibile eſt placere deo. Vnũ tñ eſt aduertẽdũ q̄ iſte ꝯcluſiones intelliguntur ſcd̃m legẽ dei oꝛdinatã. nam de potentia dei abſoluta nulla eſt ꝯnexio inter eas: q2 dñs deus quãlibet ipſaꝝ poteſt infundere ⁊ conſeruare ſine alia vel alijs.

¶ Contra vltimã concluſioneꝫ arguitur ſic aı̄a xp̄i in pꝛimo inſtan-

ti ſue creationis habuit charitatē: et nunquā habuit fidē vel ſpē: igit con cluſio falſa. Ad hoc argumētū rñde tur negando ꝯñam: ꝛ rō eſt: qꝛ cōclu ſio intelligitur de puro viatore ꝛ nō de cōprehenſore: modo xps erat via tor ꝛ cōprehenſor. Contra iſtā ſolu tionē replicatur de paruulo cui⁹ pri mum non eſſe eſt vltimū inſtās ꝓ la tiōis vboꝝ ſacramētaliū baptiſma tis talis em̄ puul⁹ hēbit charitatē ꝛ nō hēbit fidē aut ſpē: igit ſolutio nul la: mi. probatur in illo inſtanti quod eſt primū non eſſe eius erit beatus: ergo non habebit fidē vel ſpē: ſed be ne charitatē. Ad hanc replicā rñdet negando ꝯñam: rō eſt. qꝛ talis puer nō erit viator tūc poſtq̄ erit mortu⁹

¶ Queritur ſcdo circa eandem diſtinctionem. an virtutes morales ſint cōnexe. Pro huius queſtionis enodatiōe eſt ſupponēdū ꝙ a phis moralibus tres aſſignātur gradus in qualibet virtute. ſ. gradus cōtinē tie gradus tēperantie ꝛ grad⁹ heroi cus. Grad⁹ continētie eſt quādo in aliquo inſurgūt vehemētes paſſio nes cōtra rōnē talis tamē ſequitur rōnem ꝛ cōformiter agit ad eam cō tēpnendo paſſiones. Gradus tēpe rantie eſt quādo aliquis ſequitur rō nem ꝛ pauce inſurgūt paſſiōes pro pter longū exercitiū in actibus vir tuoſis. Gradus heroic⁹ dicitur eſſe in aliquo quādo rare aut nulle inſur gunt paſſiones ꝛ talis eſt paratus potius mori quā agere contra rectā rationem. Iſto ſuppoſito eſt aduer tendū ꝙ aliqui tā phi morales quā theologi aſtruūt virtutes morales eſſe connexas ī gradu heroico. Doc. tamē ſub. tenet ꝙ ī nullo gradu ſūt connexe: ꝛ iſtū īſequūtur ferme oēs noiales. Sed tho. bonauētura ꝛ an tiqui doctores tenēt cum phō ꝙ vtu tes morales ſunt connexe cui fauēt quattuor colūne ecclie: vnde diuus Ambroſi⁹ ſup lucā inquit ꝯnexe ſi bi ſunt cōcatenateq́ꝫ virtutes vt qui vnā habeat plures habere videat. Et diuus hierony m⁹ ſup yſayā oēs virtutes ſibi herēt: vt q̄ vna caruerit oibus careat. Et aureli⁹ aug⁹ in. 6. libro de trinitate inquit virtutes q̄ ſunt in aīo hūano quāuis alio ꝛ alio modo ſingula itelligūtur nullo mō tñ ſeparātur ab inuicem. Et diuus gregorius. 13. moraliū dixit ꝙ vna virtus ſine alijs aut oīno nulla eſt aut īpfecta. Et beatus bernard⁹ ad eugeniū quartuꝫ aſſerit vnā vir tutē ex alia depēdere. ꝛ fons eloquē tie in ſcdo libro de tuſculanis q̄ſtio nibus inquit ſi vnā virtutē cōfeſſus es te non habere neceſſe eſt nullam te habiturū. Ideo ex mēte ariſtote lis ꝛ ferme oīm ſanctoꝝ ꝛ phoꝝ mo raliū dicēdū ē ꝙ duplex eſt virt⁹ ma xime ex autoritate allegata diui gre gorij. ſ. pfecta ꝛ imperfecta. Virt⁹ perfecta eſt virtus inclinās ad bene prompte ꝛ facilr agendū ſcdm totā latitudinem ſue materie obiectiue ꝛ ad facile reſiſtēdum tēptationibus circa eandē materiā accidētibus vel contingētibus. Virtus imperfecta eſt virtus que nō prōpte ꝛ facilr incli nat ꝛc. Vlterius eſt aduertēdum ꝙ quelibet virtus moralis eſt pfectio extrinſeca alteri⁹ virtutis moralis ſiue cardinalis, ita ꝙ habēs oēs vir

tutes cardinales facili⁹ ⁊ prompti⁹ ⁊ delectabili⁹ poteſt operari ſcđm vnāquāq; virtutē q̃ ſi haberet dũta xat vnā.v.g.ſi aliquis habeat pſſe habitũ iuſtitie facili⁹ cõmittet actũ iniuſtitie propter cõcupiſcētiam ſuā cõplendā cũ pulcra muliere: aut propter auaritiam quā ſi ſimul haberet tēperātiā ⁊ alias virtutes: ⁊ iſto mõ tēperancia pficit iuſtitiā ⁊ ecõuerſo quādā pfectione extrinſeca: qꝛ vna virtus non eſt de eſſentia alterius.

¶ Iſtis notatis reſpondet per aliquas cõcluſiones: quaꝝ Prima eſt iſta: nõ oēs virtutes morales ſũt cõnexe iſta ꝯcluſio probatur poſſibile eſt ꝙ bon⁹ religioſus habeat oēs quattuor virtutes cardinales ⁊ non habebit magnificentiā aut magnanimitatē: qꝛ ꝺ ſunt ei facultates: igit nõ oēs ṽtutes morales ſunt ꝯnexe. Scđa cõcluſio eſt iſta: quattuor virtutes cardinales ſunt connexe: iſta cõcluſio pꝫ ex autoritatib⁹ ſanctoꝝ ⁊ philoſophi allegatis.

¶ Cõtra iſtā ſcđam cõcluſionē arguitur ſic aliquis poteſt ſe exercere circa materiā vnius virtutis vt puta tēperantie nõ exercēdo ſe circa materiā iuſtitie aut fortitudinis ⁊ talis ſi ſe exerceat circa materiaꝫ tēperantie acquiret virtutē tēperantie ⁊ non acquiret fortitudinē aut iuſtitiā: igitur virtutes nõ ſunt ꝯnexe ꝙ talis acquirat virtutē temperātie probatur ex frequētatis actibus tēperātie generatur virtus temperātie vbi nullũ eſt impedimētuꝫ. Sed in tali hoīe nullũ eſt impedimentũ ergo talis homo acquiret virtutem temperātie. Ad hoc argumētũ facile rñdetur ex notabilibus.ſ.ꝙ talis acquiret virtutē imꝑfectā temperātie. Nūq̃ tñ acquiret virtutē perfectaꝫ temperātie niſi ſe exerceat circa materiaꝫ fortitudinis ⁊ iuſtitie ⁊ ſcđa concluſio intelligit de virtutib⁹ perfectis ⁊ nõ de imperfectis. ¶ Contra iſtā ſolutionē arguit alique virtutes ſunt ꝯtrarie ergo virtutes pfecte non ſunt ꝯnexe: añs ꝓbatur dabiles ſunt duo act⁹ virtutũ cõtrarij: ergo virtutes ex talibus emanātes erũt cõtrarie añs pꝫ de actu ṽtutis virginitatis ⁊ de actu caſtitatis ꝯiugalis ⁊ de multis alijs circa materiam temperātie. Ad hanc replicaꝫ rñdetur negādo ꝯñam ⁊ ratio eſt qꝛ non oportet ſi aliquis habeat tēperantiā perfectā ꝙ quālibet ſpeciē tēperātie hēat pꝫ de Abrahā q̃ hũit pfectā tēperātiā nõ tñ hũit ṽgitatē.

¶ Scđo arguitur ſic cõtra eandeꝫ cõcluſionem vitia nõn ſunt ꝯnexa: ergo ṽtutes nõ ſunt ꝯnexe: ꝯña tenet qꝛ non videtur potior ratio de virtutibus quā de vitijs añs probatur multi ſunt auari qui non ſunt luxurioſi ⁊ multi ſunt luxurioſi qui nõ ſunt auari. Pariformа multi ſunt ſuperbi qui non ſunt auari aut luxurioſi ergo vitia non ſunt ꝯnexa. Ad hoc argumentum rñdetur negando ꝯñam ⁊ ad probationē negatur añs ratio eſt ⁊ diſcrimē quia vitia ſibi inuicem contrariātur ⁊ maxime vitia principalia non añt virtutes principales quāuis alique ſpēs ꝯtrarient rare tamen ſunt tales.

¶ Contra iſtā ſolutionē arguit

autoritate diui Jacobi in ſcđo cap.
dicētis qui offenderit in vno factus
eſt oīum reus ergo vitia ſunt ꝯnexa
Jnſuper eccleſiaſtes.9.ca. habetur
qui peccauerit in vno multa bona
perdet. Ad hanc replicā r̄ndetur ne
gādo ꝯñam ratio eſt qꝛ diuus Jaco
bus loquebatur ꝯtra phariſeos qui
aſtruebant hoīem poſſe ſaluari cum
peccatis mortalibꝰ dūmodo plura
bona haberet quā peccata mortalia
ꝛ ſic intētio diui Jacobi ē ꝙ ille qui
offendit in vno a deo reꝰ eſt quo ad
penā dāpni ac ſi in oībus offēdiſſet
non tamen quo ad penam ſenſus.
Poteſt etiā dici ꝙ diuus Jacobus
intelligit ꝙ reus eſt oīum collecti
ue maxime qꝛ oīa ꝓcepta dependēt
ex primo precepto legis. ſ. diliges
dn̄m deū tuū ex toto corde tuo ꝛc.

¶ Tertio arguitur ſic virtutes
intellectuales non ſunt ꝯnexe ergo
nec virtutes morales. Si dicas vir
tutes morales habent vnū commu
ne principiū nō autē intellectuales.
¶ Cōtra hoc arguitur oēs ꝟtutes in
tellectuales habēt vnū principiū. ſ.
quodlibet eſt vel nō eſt tanꝙ cōmu
ne oībus igitur ſolutio nulla. Pro
pter hoc datur aliud diſcrimen. ſ. ꝙ
virtutes morales habent vnā virtu
tē que eſt directiua oīum aliarū. ſ.
prudentiā nō tamen virtutes intel
lectuales habent vnā virtutem que
ſit directiua oīum aliarum virtutū
intellectualiū. Cōtra iſtā ſolutionē
arguit: ſi ꝟtutes eſſent ꝯnexe maxi
me eſſet propter prudentiā vt dictū
eſt: ſed nō eſt neceſſariū ꝟtutes eſſe
cōnexas prudentie: igit ſolutio nul
la minor pbat aliqs poteſt eſſe pru
dens circa materiā vniꝰ virtutis: vt
puta temperātie: ꝛ non circa mate
riam alterius virtutis. ſ. fortitudis:
igitur virtutes non ſunt ꝯnexe pru
dentie. Ad hanc replicā r̄ndetur cō
cedendo maiorem: ꝛ negādo mino
rem: ꝛ ad probationē diſtinguitur
añs vel loquendo de prudentia ꝑfe
cta ꝛ ſic negat illud vel de prudētia
imꝑfecta ꝛ ſic cōcedendū eſt illud ꝛ
negatur ꝯña qꝛ cōcluſiones intelli
gūtur de virtute ꝑfecta vt dictū eſt.

¶ Queritur tertio circa eandē
diſtinctionē: vtrū omnes virtutes
ſint pares ſiue equales. Pro huius
queſtiōis intelligentia eſt aduerten
dum ꝙ diuꝰ tho. diſtinguit titulum
q̄ſtionis: nā pōt intelligi duobꝰ mo
dis: ꝙ virtutes ſint pares: vel ſcđm
rationem ſpēi: vel ſcđm participatio
nem ſubiecti prout intenditur aut
remittitur virtus in ſubiecto. Si in
telligitur titulus queſtionis primo
modo dicit ꝙ virtutes non ſunt pa
res: imo vna ē maior alia. Si vero
intelligatur titulus queſtionis ſcđo
modo dicit ꝙ oēs virtutes ſunt pa
res eq̄litate proportiōis inquātum
equaliter creſcūt in hoīe: ſicut digiti
manus ſunt inequales ſcđm quāti
tatem: ſed ſunt equales ſcđm ꝓpor
tionem cū ꝓportionabilr augeātur.
¶ Contra iſtā opinionē arguit
ſic poſito ꝙ aliqs habeat oēs q̄ttuor
virtutes cardinales ꝑfectas: talis ſi
ſe exerceat ſolū circa materiā tēpe
rantie: ꝛ non circa alias. ſ. circa for
titudinē ꝛ iuſtitiā augebit in eo ꝟtꝰ
tēperātie ꝛ non augebitur in eo ꝟtꝰ

iuſtitie aut fortitudinis: ergo talis nō habit virtutes pares ſiue eq̄les. Propterhoc argumentū aliter rn̄det diuus Bonauētura diſtinguē do etiam titulū queſtionis.ſ.ꝙ virtutes ſunt pares aut reſpectu grē informātꝫ aut reſpectu liberi arbitrij: ſi intelligat titulus queſtionis ſcdo mō dicit virtutes non eſſe eq̄les: qꝛ vt probatū eſt liberū arbitriū pōt ſe excercere circa.2.virtutes cardinales non excercēdo ſe circa alias. Si intelligat primo dicit oēs virtutes eſſe equales qꝛ grā informans reddit ipas equaliter meritorias. Sed hec opinio ē oīno abſurda: nā certum eſt ꝙ actus temperātie ⁊ actus fortitudinis ⁊ iuſtitie non ſunt equaliter meritorij in habētegrām: magis enim meretur habens grām excercendo actus iuſtitie ⁊ fortitudinis in bello quā cōmedendo vnū bonum caponeꝫ. Propterea aliter rn̄detur ad queſtionē ꝑ aliquas con cluſiones:quarū Prima eſt iſta virtutes infuſe in prima infuſione oēs ſunt equales quo ad intenſionē:iſta cōcluſio ꝓbatur qꝛ dn̄s deus in baptiſmate tm̄ infundit de fide aut de ſpe ſicut de charitate. Scda ꝯcluſio eſt iſta nō oportet ꝟtutes ſiue theologas ſiue morales ſiue īfuſas ſiue acquiſitas eſſe equales quo ad intēſionem:iſta cōcluſio patet bonꝰ chriſtianus habens tales virtutes tam theologales quā morales tam infuſas:quā acquiſitas pōt ſe excercere circa.1.vel.2. virtutes non excercendo ſe circa alias:⁊ tūc certū eſt ꝙ tales virtutes augebūtur ⁊ nō alie: ergo tales virtutes non ſunt pares ſiue equales quo ad intenſionem.

¶ Queritur quarto circa eandem diſtinctionē: vtrū quelibet ꝟtꝰ moralis ſit ꝯnexa prudētie. Ad hāc queſtionē rn̄detur per aliquas cōcluſiones:quarū Prima eſt iſta. Non ſufficit ad actū virtuoſum cōformitas ad prudētiā aptitudinalē. Iſta cōcluſio probatur ſeqretur ꝙ aliqs actus ſimul eſſet peccatū mortale ⁊ actus virtuoſus ꝯñs eſt abſurdum: igitur concluſio vera. Sequela ꝓbatur volo ꝙ aliquis habeat cōſcientiam erroneā.ſ. nō eſt ieiunandum die iouis ſctā. ⁊ vellit ieiunare tunc talis volūtas ieiunādi eſt peccatū mortaliter qꝛ cōtra cōſciētiā ⁊ eſt actus virtuoſus qꝛ cōformis prudētie aptitudinali:igiť ꝯcluſio vera. Scda cōcluſio eſt iſta non ſufficit ad actuꝫ virtuoſuꝫ cōformitas ad prudentiā habitualem: iſta concluſio patet ex diffinitione virtutis quā ponit phs in ſcdo libro ethicoꝝ. Tertia cōcluſio eſt iſta impoſſibile eſt aliquē actuꝫ eſſe laudabilē ſine prudētia actuali: iſta cōcluſio ſequitur ex duabus primis. Quarta cōcluſio eſt iſta quelꝫ virtus moralis eſt ꝯnexa prudentie ita ꝙ non pōt eſſe ſine prudentia. Iſta concluſio probatur virtus generatur ex actibus virtuoſis. Sed impoſſibile eſt aliquē actum eſſe virtuoſum ſine prudentia actuali ⁊ ſicut ex actibus virtuoſis frequētatis produciť habitus virtuoſus:ita etiā ex actibꝰ prudentie frequētatis generatur habitus prudentie: igitur concluſio vera.

¶ Contra iſtā vltimā cōcluſio-

nem: ꝛ tertiā arguitur ſic dabilis eſt aliquis actus virtuoſus qui non eſt cōformis dictamini prudentiali. ergo dabilis eſt virt⁹ moralis ſine prudentia: añs probatur. volo ꝙ aliqͣs bon⁹ xp̄ianus habeat iſtud iudiciū opinatiū. ſ. dāda eſt elemoſina huic pauperi ꝛ voluntatem dandi elemoſinā. tunc talis voluntas. dandi elemoſinā eſt actus virtuoſus: ꝛ nō eſt cōformis dictamini prudentiali: igitur añs verꝫ: minor probatur ſi eſſet conformis talis actus alicui dictamini prudētiali maxime eſſet illi iudicio. ſ. danda eſt elemoſina: ſed tale iudiciū nō eſt prudentiale. igitur non eſt conformis dictamini prudētiali: minor probatur tale dictamen eſt opinatiuꝫ ex hypoteſi. ergo nō eſt dictamen prudētiale. Propter hoc argumentū aliqui ph̄i morales voluerunt dicere ꝙ non ſufficit ad actū virtuoſum dictamen opinatiuꝫ: ſed neceſſario requirit̄ dictamen certū. Sed hec opinio nō eſt defenſabilis ſequeretur enim ꝙ rex Anglie ꝗ eſt doctor theologus eſſet perplex⁹ in caſu in quo ſibi preſentaretur aliqͣs innocens quē ſcit eſſe innocentē: et tñ probatur nocens per teſtes omni exceptione maiores: ꝯñs eſt falſum ꝛ abſurdū in lege noſtra euangelica igitur opinio nulla. ſequela probat̄ problema eſt inter Alexandrum de ales: ꝛ doctorē ſubtilē: ꝛ diuū Tho. ſcꝫ. An iudex debet iudicare ſcd̄m allegata ꝛ probata. ergo qualitercūꝙ rex Anglie iudicet ſemper cōformabit ſe dictamini opinatiuo ꝛ illud nō ſufficit ad actū laudabilē: igitur ſemper male aget. ꝛ per ꝯñs rex anglie qui eſt doctus theolog⁹ erit perplexus ſemper in lege euangelica. Idcirco aliter rn̄detur negando añs: et ad probationē negatur minor: ꝛ ad probationē iterꝫ negatur minor: ꝛ ad probationē negat̄ ꝯña. rō eſt: quia dictamen prudentiale non requiritur ꝙ ſit certū: ſed ſatis eſt ꝙ ſit verꝫ et opinatū cū alijs condicionibus. Cōtra iſtā ſolutionē argr̄ ſeqret̄ ꝙ ante quā in voluntate eſſet aliquis actus bonus neceſſario precederent aliqͣ actus non boni: ꝯñs eſt falſum. igit̄ ſequela probatur. antequā ſit aliqͣs actus bon⁹ in voluntate neceſſariū eſt ꝙ ſit dictamen prudentiale poſt quam intellectus libere componit ꝛ diuidit ad qđ neceſſario ſeqtur aliquis actus in voluntate. tunc queꝛo de illis actibus vel ſunt conformes dictamini prudentiali vel nō. Si primum ſequitur ꝙ eſt proceſſus in infinitū. ſi ſcd̄m ſequitur ꝙ tales act⁹ non ſunt boni. ergo neceſſario quēlꝫ actū bonū ꝛ virtuoſum precedūt aliqui actus non boni. Ad hanc replicam neceſſario eſt cōcedenda ſequela: attñ tales qui precedunt talē actum bonū non ſunt mali: ſed ſunt actus indifferētes qui eliciuntur a voluntate noſtra hūana ex ſimplici apprehenſione intellect⁹ vt inquit doctor ſubtilis quē ſequnt̄ ocēs noīales.

Scd̄o arguitur ſic aliqͣs dn̄s prudens poteſt precipere aliquē actum virtuoſum ſuo ſeruo: tunc ſi ſeruus eliciat talē actū virtuoſum habebit actū virtuoſum ſine prudētia actuali: ꝛ ſi multotiens frequētet talem actū gn̄abitur habit⁹ virtuoſus

in tali ſeruo ſine habitu prudentie:
igitur cõcluſiones nulle: añs probat
non eſt neceſſariũ ꝙ talis ſeruus ha
beat aliqđ dictamen prudentiale in
ſuo intellectu: ſed ſufficit ꝙ obediat
ſuo dño: igitur habebit virtutẽ ſine
prudentia. Ad hoc argumẽtũ rñdet
diſtinguendo ꝙ talis ſeruus eliciat
actũ virtuoſum vel ſi habeat dicta-
men prudentiale in ſuo intellectu: ⁊
ſic conceditur: ⁊ ſicut ex frequentatis
actibus virtuoſis gñabitur habitus
virtuoſus in tali ſeruo: ita etiã ex ta
libus dictaminibus prudentialibus
gñabitur in eo habitus prudẽtie: et
ſic nũꝗ dabitur virtus moralis ſine
prudentia. Si vero talis ſeruus nõ
habeat dictamen prudentiale nega
tur ꝙ talis ſeruꝰ eliciat actũ virtuo-
ſuꝫ quãuis agat illud qđ ꝑcipit dñs
eius. nam idẽ eſt iudiciũ de tali ſer-
uo ſicut de paruulo añ annos diſcre
tionis qui licet det elemoſinã: ⁊ au-
diat miſſaꝫ ⁊ faciat alia bona opera
ex genere non tamen elicit aliquẽ ac
tum virtuoſum. Contra iſtã ſolutio-
nem arguitur multi ſunt plebei qui
non dictant dandã eſſe elemoſinaꝫ:
nec eliciunt bona opera per talia di-
ctamina: q2 neſciunt ſilogizare: ⁊ tñ
virtuoſe agunt: ergo acquirunt vir-
tutes ſine prudentia. Ad hanc repli
cam rñdetur ꝙ quãuis multi plebei
neſciant quid eſt ſilogizare aut dicta
men prudentiale ſilogizant tñ ⁊ ha-
bent dictamina prudentialia. immo
nunꝗ habent opꝰ virtuoſum qui ha
beant dictamen prudentiale. Et ſi
arguas prudentia nullius virtutis
moralis eſt pars eſſentialis: ergo ꝗ
libet alia virtus poteſt eſſe ſine ipa.
negatur pña: rõ eſt: q2 neceſſario ꝗlꝫ
alia virtus moralis preſupponit ip
ſam prudentiã naturaliter loquẽdo.
nam ſupra naturaliter deus bñ poſ-
ſet cõſeruare quãlibet virtutẽ mora-
lem ſine ipſa prudentia. Et ſi dicas
naturaliter multi ſunt tẽperati ⁊ for
tes ſine prudentia. igit quelibet vir
tus moralis poteſt eſſe ſine pruden
tia. Ad hoc rñdetur ꝙ verꝫ eſt ꝙ na-
turaliter aliqui ſunt inclinati ad for
titudinẽ ⁊ alij ſunt inclinati natura-
liter ad temperantiã: ⁊ alij ad iuſti-
tiam: ſed tales non ſunt tẽperati: for
tes. aut iuſti: poſtꝗ ex frequentatis
actibus non cõparauerũt ſibi tales
virtutes.

¶ Tertio arguitur ſic volo qđ
aliquis eliciat aliquẽ actũ virtuoſuꝫ
multũ intenſum: ⁊ habeat dictamen
prudentiale valde remiſſuꝫ: ⁊ ſic cõ-
ſequenter eliciat ſimilẽ actũ virtuo-
ſum valde intenſum ⁊ ſimile dicta-
men prudentiale valde remiſſũ: tũc
adducatur multotiens dictamen cõ
trariũ illi dictamini prudẽtiali: tũc
deſtruetur prudentia genita ex illo
dictamine frequentato ⁊ nõ deſtrue
tur virtus genita ex illo actu virtuo
ſo frequentata: ergo dabit virtꝰ mo
ralis ſine prudentia. Hoc argumẽ-
tũ euidenter concludit ꝙ dabilis eſt
virtus habitualis imꝑfecta ſine pru
dentia non tñ ꝓbat ꝙ ſit dabilis vir
tus perfecta ſine prudentia. Cõtra
iſtã ſolutionẽ arguitur prudẽtia põt
eſſe ſine alijs virtutibus. ergo alie
virtutes poſſunt eſſe ſine prudentia
añs patꝫ aliquis põt recte dictare cir
ca naturã cuiuſcũꝗ virtutis. ⁊ cõtra

rio modo ſemper agere ad dictamē
prudētiale. quo dato talis acquiret
prudentiā ⁊ nullā virtutē acquiret:
igitur añs patet de incõtinente q̄ te
ſte pħo nr̄o in. 7. li. ethicoꝝ recte de
oībus agendis iudicat vincitur tñ a
paſſionibus inſurgentibus. Hec re
plica etiā concludit ꝙ dabilis ē pru-
dentia perfecta ſine alijs virtutibꝰ
moralibus: non tñ probat ꝙ ſit da-
bilis prudentia perfecta ſine alijs
virtutibus. Poteſt fieri argumentū
de ignorantia inuincibili regulante
actum virtuoſum: ſed rñſio patet ex
quarto ſententiaꝝ.

De decez preceptis quomodo contineantur in duobus mandatis charitatis.

Diſtinctio. XXXVII.



Ed iam di
ſtributio d̄
calogi q̄ in
duobꝰ mā
datis com
pletur cōſi
derāda eſt
Habet eñ
decalogus decē precepta q̄ ſunt
decacordū pſalteriū. q̄ ſic ſunt di
ſtributa. vt tria que ſunt in pri-
ma tabula pertineāt ad deum. ſ.
ad cognitionē ⁊ dilectionē trini
tatis. Septē que ſunt in ſecūda
tabula ad dilectionem proximi.

De primo precepto.

¶ Primū in prima tabula eſt.
Non habebis deos alienos. nō
facies tibi ſculptile neq̨ oēm ſi-
militudinē. ⁊c. Hec Origenes
dicit eſſe duo mādata ſed Aug.
vnum. hoc eñ ipſum quod dixe
rat non habebis deos alienos p
fectiꝰ explicat cum prohibet co
li figmenta. ſ. idolū vel ſimilitudi
nem alicuius rei. Que duo Ori
genes ita dicit diſtare vt idoluz
ſit quod nihil habet ſimile ſui. ſi-
militudo vero quod habet ſpēm
alicuius rei. vt verbi grā. Si q̇s
in auro vel in ligno vel alia re fa-
ciat ſpeciē ſerpentis vel auis vel
alicuius rei. Et ſtatuat ad ado-
randū. non idolū ſed ſimilitudi-
nem fecit. Qui vero facit ſpeciē
quā non vidit oculus ſed animꝰ
ſibi finxit. vt ſi quis hūanis mē-
bris caput canis vel arietis for-
met vel in vno habitu hominis
duas facies. nō ſimilitudinez ſed
idolum facit. q̄ facit q̄d non ha
bet aliquid ſimile ſui. Ideo dicit
apl's. q̄ idolū nihil eſt in mun-
do. Non eñ aliqua ex rebus cō
ſtantibus aſſumitur ſpecies ſed
q̄d mens ocioſa et curioſa repe-
rit. Similitudo v̇o eſt cum ali-
quid ex his que ſunt in celo vel
in terra vel in aquis formatur.
Auguſt. vero ita exponit illud.
Idolum nihil ē in mūdo. i. inter

creaturas mundi non eſt forma
idoli. materiā enī formauit deꝰ
ſed iuſtitia hoīum formā dedit.
Quecūq; facta ſunt naturaliter
facta ſunt per verbuꝫ. ſed forma
hoīs in idolo non eſt facta per
verbū. ſicut peccatū non eſt fa-
ctum per verbū ſed eſt nihil. ꝛ ni
hil fiunt hoīes cuꝫ peccāt. Sed
queritur quomō hic dicatur for
ma idoli nō eſſe facta per verbuꝫ
cū alibi legatur. Omnis forma.
omnis cōpago. omnis cōcordia
partium facta eſt per verbū. Hoc
a diuerſis varie ſoluitur. Que-
dam enim dicunt oēm formam:
ꝛ quicquid eſt a deo eſſe inquan
tum eſt. ꝛ formā idoli inquātuꝫ
eſt vł inquātum forma eſt a deo
eſſe. ſed non inquātuꝫ idoli eſt. i.
poſita ad adorāduꝫ. In hoc eīn
non eſt creatura ſed ꝯuerſio crea
ture. Sicut illud qđ peccatū eſt
inquātum peccatū eſt nihil eſt.
ꝛ hoīes cum peccant nihil fiunt
qꝛ ab illo qui vere eſt ſeperātur.
Unde hierony. Quod ex deo
nō eſt. qui ſolus vere eſt. nō eſſe
dicitur. Ideoq; pctm̄ quod nos
a vero eſſe abducit. nihil eſſe vel
non eſſe dicitur. Alij vero dicūt
omnē formā que. ſ. naturalr eſt.
ꝛ omne quod naturalr eſt eſſe a
deo. ſed forma idoli nō eſt natu-
raliter. quia nature iuſtitie non
ſeruit. Id enim naturaliter eſſe
dicitur. quod ſimplici nature iu
ſtitie que deus eſt militat. nō re
ſultat. ꝛ naturā creatā. Secūdū
preceptū eſt. Nō aſſumes nomē
dei tui inuanū. Quod eſt dicere
ſm litterā. Nō iurabis pro nihi
lo nomē dei. Allegorice vo pre-
cipitur vt nō putes creaturā eſſe
xpm dei filiū. qꝛ oīs creatura va
nitati ſubiecta eſt. ſed equalē pa
tri. Tertiū vo eſt. Memēto vt
diem ſabbati ſanctifices vbi ſcđꝫ
litterā precitur ſabbati obſeruan
tia. Allegorice vero vt requiem
ꝛ hic a vitijs. ꝛ in futuro i dei cō
tēplatiōe expectes ex ſpūſancto
id ē. ex charitate ꝛ dono dei. nō
ꝙ ſpūſſanctus ſine patre ꝛ filio
hoc operetur. Accepit vtiq; ec-
cleſia hoc donū vt in ſpūſancto
fiat remiſſio peccatorū. quā re-
miſſionē cū trinitas faciat. pro-
prie tamen ad ſpiritūſanctū dicī
tur ptinere. qꝛ ipē eſt ſpūs ado-
ptionis filiorū. Ipſe eſt patris
ꝛ filij amor ꝛ cōnexo vel cōmu-
nitas. Ideoq; iuſtificatio nr̄a ꝛ
reges ei attribuitur ſepiꝰ. Hec
ſunt tria mandata prime tabule
ad deū pertinētia. Et primū qui
dem quod eſt de vno deo colen-
do: pertinet ad patreꝫ in quo eſt

vnitas vel autoritas. Scdm ad filiū in quo eſt equalitas. Tertiū ad ſpiritūſanctum in quo eſt vtriuſq; communitas.

De mandatis ſcde tabule.

¶ Quarto arguitur ſic autoritatate graſiani in primo ca. 13. diſtinctiōis aduerſus ius naturale nulla diſpēſatio admittitur niſi forte duo mala ita vrgeāt vt alterum eoꝝ neceſſe ſit eligi ergo dabilis eſt pplexitas. Ad hoc argumētum aliqui doctores negant gratianū cum ſua autoritate: ſed melius eſt dicere ꝙ ipſe intelligit de malis pene ⁊ nō de malis culpe: nam de malis culpe nullū eſt eligendum: teſte eñ apoſtolo ad romanos. 3. non ſunt fiēda mala vt inde eueniant bona: ſed de duobus malis pene min⁹ eſt eligendū: ⁊ ita debet intelligi illud cōmune dictum ſcꝫ de duob⁹ malis minus malū eſt eligendū. ſ. de malis pene ⁊ non de malis culpe. ¶ Contra iſtā ſolutioneꝫ arguitur poſito ꝙ alicui ſubdito duo ſuperiores precipiāt oppoſita tunc talis ſubditus erit perplexus igitur ſolutio nulla. Ad hanc replicā rūdetur negādo añs: nam debet talis ſubditus reſpicere ad mādata. ſ. quot eorum eſt cōforme ſue ſubiectioni ⁊ tali debet obedire. v. g. ſi rex pcipiat alicui ire ad bellum pro deffenſione patrie ⁊ pater precipiat oppoſituꝫ talis debet obedire regi ⁊ non patri

Si vero pater ei⁹ ſit in extrema neceſſitate ⁊ rex precipiat ꝙ vadat venatum potius debet obedire patri quā regi. ¶ Contra iſtam ſolutionem arguitur poſito caſu ꝙ aliquis xp̄ianus in die iouis ſancta habeat iſtaꝫ cōſcientiaꝫ erroneā non eſt ieiunandum hodie q: ſaluator fecit cenā cū diſcipulis ſuis in hoc die: tūc qđqđ faciat talis xp̄ian⁹ in hoc die peccabit: ꝙ eſt pplex⁹: añs pbat̄ vł ieiunabit vł nō ieiunabit: ſi pmū aget ꝯtra conſcientiā ⁊ ex ꝯñti peccabit: ſi non ieiunet aget cōtra preceptū eccleſie ⁊ per ꝯñs peccabit: ⁊ nō eſt dare medium inter illa duo cum ſint ꝯtradictoria: ergo quicqđ faciet peccabit. Ad hanc replicaꝫ rūdetur negando añs: ⁊ ad probationeꝫ dico ꝙ debet ieiunare: ſed debet prius deponere talem cōſcientiam erroneā: ⁊ ipſa depoſita ieiunando non peccabit imo merebitur vitā eternā ſi ſit in gr̄a: ⁊ ita ꝓportionabilr̄ eſt dicēduꝫ de oībus alijs cōſcientijs erroneis vincibilibus: ſed de iſtis cōſcientijs per amplius diſcutietur altiſſimo fauente in ſcđo ſententiaꝝ. ¶ Contra iſtā ſolutionem arguitur dabilis eſt caſus in quo aliquis neceſſario peccabit: ergo dabilis eſt pplexitas: añs ptꝫ poſito caſu ꝙ aliqs ſacerdos ludat breuiarium ſuū ad taxillos: ⁊ p. 15. dies non poſſit habere aliud: tūc in tali tēpore intermedio talis ſacerdos tenetur dicere horas canōicas ⁊ non poteſt eas dicere: ergo neceſſario peccabit. Ad hanc replicaꝫ rūdetur negando añs: ⁊ ad probationem nego ꝙ teneatur dicere horas pro tali tēpore: ſed ſatis eſt ꝙ peni-

teat ipſm talis luſionis : ⁊ dicat ho-
ras quas ſcit memoriter : ⁊ ita pro-
portionabiliter dicēdum eſt ſi aliqs
ſacerdos pdat breuiariū ſuū vel ſit
in loco in quo non poteſt habere bre
uiarium: q̄r oblitus eſt ſecū afferre
⁊ ſic de ſimilibus caſibus.

¶ Decimotertio queritur: An
primū preceptū ſit recte latū a dño
deo: ⁊ videtur q̄ non quia ꝯñr ſub-
iungitur non facies ſculptile ⁊c. ⁊ li-
citum eſt facere: imo in dies recte fi
unt in eccleſia : igitur non recte fuit
latum tale preceptū decalogi. Pro
huius queſtionis intelligētia eſt ad
uertendum q̄ maledictus Luther
nr̄is diebus renouauit quādam he-
reſim aſtruentē nullas debere eſſe
ymagines in eccleſia : nā damaſce-
nus qui floruit.90.anno ſupra tricē-
teſſimū a xp̄i paſſione vel natiuita-
te teſtatur q̄ tēpore ſuo exprobabat
fidelibus xp̄ianis q̄ ſaluatoris ⁊ di-
ue virginis ⁊ apoſtoloꝝ ac aliorum
ſanctoꝝ ymagies adorēt deinde ſe-
quut⁹ ē philipicus Impator greco
rum qui ex cōſilio Ioānis monachi
hereſiarche iuſſit erradi ab eccleſijs
oēs ymagines : ſed papa cōſtātin⁹
ambos dāpnauit ⁊ excōmunicauit
in cōſilio laterano quāquidem ſentē
tiam dñs deus in ſacrilegū impera
torem vltione exſequut⁹ eſt: naꝫ ab
anaſtaſio impio ⁊ occulis priuatus
eſt. Deide leo imperator itidē iuſſit
de imaginibus quē dāpnauit grego
rius ſcd̄us in cōſilio ad hoc expreſſe
vocato qui ſcribens ſeruio marcilie
ſi ep̄o ipſm laudat q̄d p̄hibuerit ado
rare imagines adoratiōe latrie ter-
minata ad eas: ſed reprehēdit eum
quia eas fregit deinde cōſtātinū.5.
paulus prim⁹ papa propter eandē
cauſam dāpnauit : ⁊ hirenne impe-
ratrix propriū filium conſtantinum
impatorē.6.occulis ⁊ imperio p̄ua-
uit: ⁊ propter hanc hereſim imperiū
tranſlatū eſt a grecis in frācos ier-
manos ⁊ tēpore charoli magni q̄dā
preſbiter noīe felix reuera infeliſiſ-
ſimus voluit ſeminare hanc hereſiꝫ
in alemāia: ſed p̄curāte charolo ma
gno cōdēpnat⁹ eſt a cōſilio vniuer-
ſali cui aderāt duo legati pape.

¶ Propterea tenēda eſt incō-
cuſſe determinatio eccleſie toties
facta ad vberiorē tñ intelligentiam
⁊ fideliū cōſolationem eſt aduerten
dum ſcd̄m damaſcenū: q̄ cum deus
ſuapte nr̄a inuiſibilis figurari etiaꝫ
non poterat cuꝫ figura lineis termi-
nietur ⁊ circūſcribitur: itaq̄ inſcipiē-
tie magne foret diuinitatē figurare
aut eius imaginē corporeaꝫ exhibe-
re ⁊ hoc fuit vna cauſa vt imaginuꝫ
vſus in veteri teſtamēto rarior fuit:
Sed cum venit plenitudo tempo-
ris miſit dñs deus filiū ſuum factū
ex muliere factū ſub lege verbū in-
effabile caro factū eſt ⁊ habitauit in
nobis: ⁊ habitu inuētus eſt vt homo
nam iaꝫ vt abrahe viſa eſt in ſpecie
hoīs non vt prophetis: ſed ſcd̄m ve
ritatem factus eſt hō propter nr̄am
ſalutē non enim aſſumpſit deus cor
p⁹ fantaſticū: aut celeſte: aut aereū:
vt impij heretici māichei: valētinia
ni: ac apolinarij ſenſerunt: ſed ver⁹
deus xp̄s ac verus homo diuerſat⁹
in terra cum hoībus operat⁹ mira-

cula paſſus: crucifixus : mortuus: ⁊
ſepultus : deinde reſurgẽs aſcendit
in celũ: q̃ oĩa ſicut ſcðm veritatẽ ge-
ſta ita etiam viſa ab hoĩb⁹ ⁊ ſcripta
ſunt. Hac ergo incarnatione ꝟbi iaꝫ
facile põt cape fidelis q̃lr infigura-
bilis figuret ⁊ inuiſibilis fact⁹ eſt vi
ſibilis: ſicut enim oculis humanis
pri⁹ obiecit pñtiã ſuaꝫ ita ⁊ pictor
pri⁹ viſa potuit exhibere hũano ſen
ſui ⁊ viſui ſic etiã p oẽm eccleſiã cru
cifixi imago affigit ſub viſibili ſpẽ:
ſimilr virginis imago ⁊ apoſtoloꝝ
nec mirãdũ eſt cũ damaſcen⁹ teſtat
in quarto libro ⁊ ante eũ euſebi⁹ in
tribus vltimis ca. primi li. eccleſia-
ſtice hyſtorie affirmans ſe habuiſſe
ex argiuis publicis Edizene ciuita-
tis q̃lr xp̄s miſit abagaro regi vnã
epiſtolã ⁊ ſuã imaginẽ q̃ hodie aſſer
uatur i eccleſia diui bartholomei de
bereminels ianue. Inſup cãtatiſſi-
ma ẽ hyſtoria veronice q̃ cũ xp̄o ſu-
dariũ i paſſiõe obtuliſſet xp̄s imagi
nẽ ſue faciei ipreſſit ⁊ rome aſſeruat
Preterea diuus lucas multas ima
gines ꝟginis marie depinxit: quaꝝ
vna aſſeruatur rome in ara celi apõ
minores: ⁊ exodi. 25. dñs de⁹ pcepit
fieri duo hierubin aureos habẽtes
perductiles facies ex vtraq̃ pte ora
culi. Silr ſalomõ plures imagines
in tẽplo poſuit : ſilr cõſtãtin⁹ prim⁹
imperator propter crucis imagineꝫ
celitus oſtẽſam auream iuſſit fieri: ⁊
ipaꝫ in manu tempore belli ferebat
Item auguſtinus libro ſcðo de viſi
tatione infirmoꝝ teſtatur vt mori-
turis ⁊ crucis ⁊ crucifixi imago exhi
beatur: quem morem oẽs veri ca-
tholici obſeruãt. Pari forma diuus
hierõnim⁹ ſuadet euſtochio ad dꝫ
greſſum pingere crucis imagineꝫ.
Poſtremo dñs deus miraculis vo
luit imagines aprobare. Nam cum
quedam imago crucifixi a perditiſſi
mo ſagittario diaboli ſuaſu fuiſſet
vulnerata cruorem ſanguinis dedit
in cõmitatu ſolreci diœceſis conſtan
tienſis: ⁊ in multis alijs ptib⁹ chri-
ſtiãitatis ſile oĩno fact⁹ eſt in mul-
tis imaginibus. Deſinat ergo hu-
mana temeritas imaginuꝫ vſum in
eccleſia calũniari qui dominũ deuꝫ
noſtrum ieſum chriſtũ habet autorẽ
⁊ inceptorem..

¶ Contra iſtam reſolutionem
ſiue fidem catholicã arguunt here-
tici : exodi ſcðo habetur non facies
tibi ſculptile : ergo non ſunt fiende
imagines. Ad hoc argumentũ reſ-
pondetur negando pñaꝫ: ⁊ ratio eſt
quia intentio dñi dei non erat oĩno
prohibere imagines fieri: nam ipſe
precepit poſtea fieri duo hierubin:
exodi. 25. ⁊ ſerpentem eneum ⁊ mul
tas alias imagines. ¶ Et q̶ hoc ſit
verum patet quia in eodeꝫ capitulo
allegato ipẽ ſubiũgit non adorabis
ea ⁊ coles. Sed intentio dñi dei e-
rat preciſe fieri imagines vt adora-
rent ⁊ colerent eas adoratiõe termi
nata ad eas ſicut faciebãt gentiles:
naꝫ hoc eſt idolatrare. Idcirco dñs
deus bene vult vt fiant imagines
propter honeſtuꝫ finem: ſed nõ vult
vt fiant ad idolatriam cõmittẽdaꝫ.

¶ Scðo arguitur ſic laudatur
rex ezechias quia cõfregit ſerpẽtem
eneuꝫ quem dñs deus fieri iuſſerat
vt habetur in. 18. capitulo quarti re-

gum: ergo boni principes ⁊ Reges
chriſtiani debent imitari regem eze
chiam infringēdo imagines: vt lau
dētur cum eo. Ad hoc argumentum
rñdetur negando cōſequentiam dī
ſcrimen eſt latum: quoniā populus
iudeorum erat populus dure ceruī
cis ⁊ pronus ad idolatriam ⁊ maxī
me tempore regis ezechie: quia pa
ter ipſius regis .ſ. achaz fuit maxi
mus idolatra ⁊ videbat rex ezechi
as qḋ ferme totus populus preter
leuitas ⁊ ſacerdotes cōmittebat ido
latriam cū tali ſerpente eneo: ideo
ſapientiſſime fecit rex ezechias ipſū
frangendo vt vitaret tantam idola
triā: non autē ita eſt de populo chri
ſtiano qui eſt populus perfectus ⁊
pauci: aut nulli erāt circa imagines
idcirco reges ⁊ principes chriſtiani
non debent frangere imagines. Cō
tra iſtam ſolutionem arguitur in ta
li adoratione imaginum eſt maxi
mum periculum idolatrie: ⁊ ingens
periculum malarum cogitationum
quādo aſpiciuntur virgines ſancte
depicte: igitur tollende ſunt imagi
nes de medio. Ad hanc replicam
reſpondetur negando ꝯñam: quia
tale periculum eſt ſolum reſpectu
paucorū ⁊ facile per dominos epi
ſcopos: rectores ⁊ predicatores po
teſt obuiari tali periculo .ſ. monen
do eos ꝙ tales imagines ſunt crea
ture ⁊ opera manuum hominum et
ꝙ non debent eas adorare: ſed be
ne repreſentata per iſtas: ⁊ ex ipſis
imaginibus magna cōmoda ſequū
tur in eccleſia. Nam imagines ſiue
picture ſunt ſcripture laycorum vt
habetur in capitulo prelatum alle
gatō: ſunt enim multi layci qui ne
ſciunt legere vel ſcribere ⁊ per ima
gines inſtruhuntur in fide catholi
ca. Inſuper boni chriſtiani accen
duntur in amorem chriſti videndo
imagines ipſius crucifixi ⁊ clauos:
lanceam et flagella: ⁊ ſic de alijs: et
mirabiliter efficiunt deo deuoti: pa
tet de diuo Hieronymo qui videns
imaginem crucifixi inter ramos cu
iuſdam arboris lapide percuſſit pe
ctus ſuum vſqꝫ ad ſanguinem: ſi
militer diuus Franciſcus aſpicien
do imaginem crucifixi tanto amo
re ⁊ ardore charitatis ipſum proſe
cutus eſt: ꝙ meruit habere ſtigma
ta ⁊ ſic ḋ multis alijs ſanctis. Iſtis
notatis reſpondetur affirmatiue ad
titulum queſtionis: ⁊ reſponſū eſt
ad argumentum in oppoſitum.

¶ Decimoquarto queritur cir
ca eandem diſtinctionem quot ſunt
ſpecies ſuperſtitionis. Pro huius
queſtionis intelligentia eſt aduer
tendum ꝙ non eſt mirandū de iſto
titulo. Nam aurelius auguſtinus
in libro de decem cordis dicit tan
gis primā cordaꝫ qua colitur vnus
deus ⁊ cecidit beſtia ſuperſtitionis:
⁊ in ſecundo libro de doctrina chri
ſtiana reſpondet: ꝙ tres habet ſpe
cies ſuperſtitiōis ſcilicet idolatriaꝫ:
diuinationem: ⁊ obſeruantiam ali
quorum ꝙ idolatria ſit ſpecies ſu
perſtitionis patet autoritate pauli
actuū decimoſeptimo dicētī athenī
enſibus colentibus idola viri ate
nienſes per omnia quaſi ſuperſti
cioſos vos iudico vel video. Et ſi
queras vnde proceſſit idolatria.

Rñdet ſapiētie. 14: q ſupuacuitas
hoim hec idola inuenit in orbe ter-
rarum: ⁊ ſequitur in eodē cap. quis
inuenit habetur a cerbo enim luctu
dolēs pater rapti: cito ſibi filij fecit
imaginē: ⁊ illum qui tunc quaſi hō
mortuus fuerat nūc tanq̄ deū cole-
re cepit: ⁊ cōſtituit inter ſeruos ſu
os ſacra ⁊ ſacrificia: deinde interue
niente tēpore inualeſcēte antiqua cō
ſuetudine hic error tanq̄ lex cuſto-
ditus eſt: ⁊ tirannoꝝ impio colebā-
tur figmēta: vt pȝ de gayo qui pre
cepit ſuā imaginē ab oibus ſui ipij
adorari ⁊ venerari: ſed determinate
quis prius inuenit idola varie voli-
tant opinios. Unū tamē eſt aduer-
tendum quod ante diluuiū: ⁊ ſi fue
runt multa enormia ⁊ grauiora pec
cata: non tn̄ fuit idolatria formalr ⁊
expreſſe: ita q colerent idola. Pria
opinio eſt: ⁊ vt reor verior: q nēbrot
fuit primus idolatra. nam cogebat
hoies adorare ignē: ⁊ ideo abrahā
voluerūt caldei occidere qr nolebat
ipm adorare: ſed dn̄s deus ipȝ libe-
rauit ⁊ iuſſit vt exiret de caldea ⁊ p-
geret in paleſtinā. i. terrā promiſſio
nis. Scd̄a opinio aſtruit q ninus
fuit primus q̄ fecit imaginē patris
ſui bel adorari quiquidē baal dict⁹
eſt belzebub ⁊ belfegor. ¶ Apd̄ gre
cos aūt vt iſidorus refert pmotbe⁹
prim⁹ ſimulacra hoim de luto fin-
xit hebrei vero dicūt q hiſmael pri⁹
ſimulacrū de luto fecit. ¶ Et cū rō
naturalis dictet non eſſe adoranda
idola miruȝ videtur quomō per vni
uerſum orbē taliter fuerūt multipli
cata. Ad hoc varias rōnes dat au-
guſtinus in ca. ſciendū. 26. queſtio-
nis. 4. ⁊ diuus gregorius in ca. ſalō
mon. 32. queſtionis quarte aſſignat
cauſam imoderatam libidinē ⁊ exē-
plificat d̄ ipo ſalomōe. Sȝ q̄ res an
licet idolaticis veſci. Ad hoc rñdet
a diuo paulo affirmatiue dicēte: oia
que apud illos ſunt edētes nihil in-
terrogantes propter cōſcientiam: ſȝ
oppoſitū videtur ex auguſtino in li-
bro de bono cōiugali ⁊ recitat in ca.
ſicut: ſantius eſt fame mori. 32. que
ſtionis quarte. Ad hoc facile rñdet
q non lȝ cōmedere ad honorē idolo
ruȝ: ⁊ ita intelligit aureli⁹ aug⁹: nec
etiā lȝ ſequatur ſcandalum: nam ſi
ſcandalizauerit fratrē meum ineter
num carnes non mādu cabo. d. pau-
lus. Sed ſecluſo ſcādalo ⁊ nullo ha
bito reſpectu ad idola: ⁊ maxime in
neceſſitate lȝ comedere idolatica.
Nec argumentū militat de eleaza-
ro q̄ maluit mori quā cōmedere car
nes porcinas: nam volebāt maledi
cti miniſtri regis anthiochi q ipe cō
mederet in cōtemptū legis ⁊ in ſcā
daluȝ aliorū: idcirco egregie elegit
mori potiuſq̄ deo diſplicere. Sed
dubitabis quot modis cōmittit ido
latria. Rñdet q multis modis: nā
alexander. 23. in cap. preter parra-
pho porro: vocat veros idolatras
indigne ſuſcipiētes corpus xp̄i: ſilr
auguſtinus in cap. quero. 6. queſtio
nis prime: ⁊ apoſtol⁹ vocat a varos
idolatras: nec mirū: nam tales ma-
gis amāt pecunias vel meretrices
vel propriū honorē quā deum: ⁊ ſic
amorem quē deo debēt creature lar
giunt ⁊ diabolo dei inimico. Pari-
forma in obediētia eſt quedā idola-
tria vt habet in. 15. ca. primi reguȝ.

¶ Decimoquinto q̃ritur circa eandẽ diſtinctionẽ. Utrũ diuinatio ſit licita. Pro huius queſtiõis declaratione eſt aduertendũ: q̄ ſcd̄m diuũ Hieronymũ ſuper yſayam. ⁊ recitatur in ca. vino inebriante diſtinctionis. 37. diuini dicuntur qui coniectura mẽtis ſue incerta futuroꝝ qua ſi vera pronunciant abſq̄ verboꝝ diuinoꝝ autoritate. Jdcirco idẽ Hieronymus in ca. Nunq̄ prime q̄ſtionis prime r̄ſidet ad hanc queſtionẽ: q̄ diuinatio nunq̄ in bonã partẽ ſũmitur. nam tẽpore antiquo quidã videbantur ſibi eſſe prophete. ſ3 q2 pecuniã accipiebant prophetiã eoꝝ facta eſt diuinatio. Et ſi queras a quo eſt inuenta diuinatio: r̄ſidet̄ ab Auguſtino in li. de natura demonũ: ⁊ recitatur in ca. igit̄. 26. queſtionis. 4. q̄ diuinatio inuenta eſt a perſis: ⁊ allegat varronẽ ponentẽ quattuor diuinationũ genera. ſ. terrã: aquã: aerem: ⁊ ignẽ hinc geomãtiã: idromãſiam: piromanſiã: aeromanſiã dicta autũmant. Diuus th̃ Thos in. 95. que ſtione ~~prime~~ ſcd̄e aliter aſſignat ſpecies diuinationis: pro quaꝝ declaratiõe notat q̄ oĩs diuinatio vtitur ad p̄cognitione3 futuri euentus aliquo demonũ cõſilio vel auxilio: qđ q̄dẽ vel expreſſe imploratur vel̄ preter intentionẽ hoĩs ſe occulte demõ ingerit ad prenunciandũ futura quedã q̄ hoĩb9 ſunt ignota: eis aũt cognita propter celeritatẽ qua non ſolũ bruta vel feras: ſed aues vincunt. inſuper propter ingenij acrimoniam et multoꝝ annoꝝ experientiã vt egregie declarat Aug. in ca. ſciendũ. 26. queſtionis quarte. Uñ demões expreſſe inuocati ſolent futura prenũciare multifariã: primo aliq̄bus p̄ſtigijs ſiue preſtigioſis aparitionib9 ⁊ illuſorijs: ſcd̄o per ſomnia. tertio p̄ mortuoꝝ aparitionẽ: ⁊ hec vocat̄ nigromantia a nigro grece q̄ ſcd̄m yſidoꝝ latine dicitur mortuum ⁊ mangia q̄ eſt diuinatio. quarto p̄ hoĩes viuos arrepticios ſiue phitones vel̄ phitoniſas. q̄nto p̄ aliquas figuras que in rebus inanimatis apparent que quidẽ ſi fiant in terris vocantur geomantia: ſi in aqua idromantia: ſi in igni piromanſia: ſi in aere aeromanſia.

¶ Contra reſolutionẽ hui9 queſtionis arguitur ſic: ſaluator noſter marci. 5. capi. interrogauit demonẽ d. q̄ eſt tibi nomen q̄ r̄ſidit legio: m̄lti eñ ſum9: ergo diuinatio que fit p̄ demones eſt licita: p̄ña tenet: q2 ſaluator noſter nõ potuit peccare iuxta illud q̄ habetur in. 2. cap. prime petri. qui peccatũ non fecit nec dol9 inuentus eſt in ore eius. Pro hui9 argumenti ſolutione eſt aduertendu3 q̄ a doctoribus catholicis due dant̄ cauſe quare diuinatio q̄ fit p̄ demones ſiue inuocationẽ demonũ eſt illicita. Pria eſt propter pactũ exp̄ſſũ initũ cũ demone: ⁊ grauı9 adhuc eẽt ſi fieret reuerẽtia. vel aliquis honor demoni iuxta illud yſaye. 28. dixiſti percuſſim9 fedus cũ morte ⁊ cũ iferno fecim9 pactũ. Scd̄a eſt ex p̄te intentionis demonis. nã demõ intẽdit dicere aliqua v̄a: vt hõ aſſueſcat ei credere ⁊ intẽdit tãdẽ deducere ĩ laq̄u3 ⁊ pctm̃ ac interitũ: vt puta ĩ aliqđ q̄ eſt nociuũ ſaluti hũane. Jſto notato r̄ſidet̄ ad formã argumenti negãdo

ff

pñam: rõ eſt: qꝛ ſaluatoꝛ nr̃ volebat oñdere ſuã virtutẽ diuinã. ideo ꝯpellebat demonẽ ad rñdendũ ſibi iuxta interrogata. Pariformа glorioſi apoſtoli ꝛ multi ſancti interrogauerunt demones cogentes eos virtute diuina ad fatendã veritatẽ ꝛ explicãdos dolos ꝛ fallacias ipſoꝝ: ꝛ breuiter ad agendũ omnia que placebãt ipſis ſanctis.

¶ Scd̃o arguitur ſic ſancti nõ fauent illicitis interrogationib⁹: ſꝫ Sauli interroganti de euentu futuri belli mulierẽ habentẽ ſpiritũ phitonis aparuit Samuel ꝛ ei futurum euentũ predixit: vt habetur in. 28. c. primi regũ: ergo diuiatio per demones eſt licita ꝯña tenet. qꝛ alias Samuel nõ aparuiſſet. Pro h⁹ argumẽti ſolutione eſt notãdũ ꝙ dñs Nicolaus de lyra allegat auguſtinũ i epiſtola ad ſimplicianũ ponenteꝫ duos modos rñdendi: ꝛ tandẽ tenet vnuꝫ modũ. ſ. ꝙ Samuel in propria perſona aparuit quẽ reprobat Burgenſis. ideo qꝛ Auguſtin⁹ in li. 21. de ciuitate dei determinat ſe ad alterum modũ: ꝛ habetur in ca. nec mirꝫ. 26. queſtionis. 5. ſed non bñ reprehẽdit dñm Nicolaũ. nã dñs nicola⁹ de lira: vtrũqꝫ modũ reputat defenſabilem ſi decretũ allegatũ nõ ſit determinatio eccleſie. ꝛ ꝯſtat ꝙ nõ eſt determinatio eccleſie. ꝛ diuus Thom. vtrũqꝫ etia modũ tangit tanqꝫ pbabilẽ. Cõtra modũ ad quẽ magis videtur declinare Nicolaus de lira arguitur ſic autoritate ca. allegati. Ad hoc facile rñdetur pro dño Nicolaõ ꝙ in illo cap. ſolũ ponit vnus mod⁹ Aurelij auguſtini: ſed i alio locõ idẽ Aug. aliũ modũ ponit probabilẽ. ſ. in epiſtola allegata. Contra hoc replicatur querendo vel Samuel apparuit virtute diuina vl' magica. nullum iſtoꝝ eſt dicẽdũ: ergo nullo mõ apparuit Samuel ꝙ non poſſit dari primũ patet: qꝛ tunc dñs deus videretur fauere arti magice. ſ. faciendo venire vnũ ſanctũ ad appetitũ ipſorum diuinoꝝ: ꝙ non poſſit dari ſcd̃ꝫ patet: qꝛ abſurdũ eſt dicere ꝙ phitoniſa ſua arte magica compulit venire Samuelẽ. Ad hanc replicã rñdetur negãdo minoꝛẽ: ꝛ dat primũ mẽbroꝝ: ꝛ ad probationẽ negaꝛ ꝙ dñs propter hoc faueat arti magice. immo ipſam artẽ magicã prohibet. nã prohibuit venire demonẽ ad inuocationem phitoniſe ꝛ fecit venire Samuelẽ vt ſignificaret Sauli ſententiã dñi dei latã contra ipſum: nec mirandũ eſt de hoc. Nã in. 1. cap. 4. li. regũ habetur ꝙ rex Ozochias cecidit per cancelos ſenaculi ſui: ꝛ miſit nuncios ad conſulendũ Belzebuth deũ Acharõ: ꝛ dñs deus miſit in occurſum ipſoꝝ nuncioꝝ prophetã Heliã qui ſignificaret ſententiã dñi latã contra ipſum regẽ ozochiã. ſ. ꝙ ſup lectũ ſuper quẽ aſcenderat nõ deſcẽderet viuus ſed moreretur. Contra iſtã ſolutionẽ arguitur. ſi fuiſſet Samuel i propria perſona ſequereꝛ ꝙ mentit⁹ fuiſſet: ꝯñs eſt abſurdũ: igitur ſequela pbaꝛ dixit Sauli ꝙ craſtina die debebat eẽ cũ eo. ꝛ hoc erat falſum: qꝛ Saul nõ debebat deſcendere ad limbũ ſeu ſinuꝫ Abrahe. qꝛ deſcendit ad infernũ dãpnatoꝝ: ergo Samuel mentitus fuit. Ad hanc

replicā rñdetur negando ſequelam ⁊ ad probationē negatur ꝯña: ⁊ rō ē q2 nō intendebat per illa verba Samuel aliud dicere niſi ꝙ craſtina die debebat mori: ⁊ ita intelliguntur talia verba aboībus doctoribus theologicis. idcirco non fuit mentitus.

¶ Secundo arguitur ſic dominus deus nolebat reſpōdere ſauli per prophetas viuos: ergo non reſpondit per prophetas mortuos: ⁊ per conſequens ille qui apparuit non erat Samuel. Ad hoc argumentum rñdetur negādo ꝯñam: ⁊ rō eſt: q2 dñs deus volebat probare Saulem. an perſeueraret vſq3 ad finē: vel an recurreret ad ariolos ⁊ phitoniſas iuxta illud deuterono. 13. tentat vos dñs deus veſter vt palā fiat vtrū diligatis eū an non in toto corde veſtro ⁊ in tota aīa veſtra. idcirco miſit ad eū Samuelē prophetā vt cognoſceret ſe male feciſſe recurrendo ad phitoniſam. Contra iſtā ſolutionem arguitur. ille qui apparuit regi Sauli ꝑmiſit ſe adorari a rege ſaule: ſed ſi fuiſſet Samuel nō illō permiſiſſet: ergo non fuit Samuel: minor probatur. ſolus deus eſt adorādus: ergo illa adoratio fuit illicita. Ad hanc replicā rñdetur negādo minorē: ⁊ ad probationē dicitur ꝙ ſolꝰ deus eſt adorandus adoratione latrie non tamen incōuenit ꝙ creature adorentur adoratione dulie vel hiperdulie. Contra iſtā ſolutionem arguitur autoritate glo. ſuper. 29. c. yſaye. d. phitoniſa nō ſuſcitauit Samuelē: ſed euocauit demonē: ergo ille ꝙ apparuit non fuit Samuel. Ad hanc replicā rñdetur negando ꝯñā ⁊ ratio eſt: q2 dñs deus prohibuit venire Samuelē prophetā: ⁊ ſic bñ dicit glo. ꝙ phitoniſa non ſuſcitauit ſamuelē: ſed dñs deꝰ ipſum ſuſcitauit. Ex iſtis patʒ ꝙ opinio dñi Nicolai de lira eſt deffenſabilis: adeo bñ ſicut alia opinio: ꝗ ē eiuſdē auguſtini ⁊ ipſam amplectitur burgenſis. ſ. ꝙ Samuel non apparuit in ꝑpria perſona: ſed demon.

¶ Contra iſtā opinionē arguit̄ expreſſa autoritate ſacre pagine habetur eccleſiaſtici. 46. ca. de Samuele: poſt hoc dormiuit: ⁊ notū fecit regi: ⁊ oſtendit illi finem vite ſue: ergo Samuel in propria perſona apparuit. Ad hoc argumentū rñdet Burgēſis ꝙ demon aſſumpſit corpus ſamuelis: ⁊ ſic ꝑ ſuppoſitionē ſinodochicā ea que facta ſunt in corpore ſamuelis attribuūt̄ ipſi Samueli: melius tñ eſt dicere ꝙ demon aſſumpſit vnū aliud corpus aereum. ſimile corpori Samuelis quo ad effigiē ⁊ veſtitū ſiue habituʒ. ⁊ ideo propter taleʒ ſimilitudinē attribuūtur talia Samueli. nec propterea ſacra pagina falſe nominat ipſum demoneʒ ſamuelē veluti. Geneſis. 41. capi. habetur ꝙ rex Pharaon vidit. 7. ſpicas: ⁊. 7. boues. ⁊ in rei veritate non erant ſpice: neq3 boues: ſed ſimilitudines ſpicarum ſeu bouū: nec in hoc facta eſt aliqua irreuerentia ipſi ſancto Samueli. Nam filius dei in ſacra pagina vocatur Petra propter ſimilitudinem quo ad aliquam ꝑprietatē. ſilr vocat̄ Lapis angularis: Leo: Agnus. ⁊ ſic de alijs: nec

mirandum eſt.n Inſuper ꝙ demon
aparuit i effigie Samuelis cū teſte
apl'o ſcöe ad cor.ſ.11.ipſe enim ſatha
nas tranſfigurat ſe in angelū lucis.
Cōtra iſtā ſolutionē argr̄ illa que di
xit demō Sauli fuerunt vera : tā de
morte tēporius ꝙ̄ de ipſius Saulis
debellatione ⁊ talia non poterat ſci-
re demon:ergo ille ꝗ apparuit Sau
li non fuit demon ſed Samuel. Ad
hoc rn̄det Aug. in ca. nec mirū alle-
gato ꝙ demō per aliqua ſigna pōt
cognoſcere mortē alicui⁹:hec tn̄ reſ-
ponſio ſolū habet veꝝ de morte que
prouenit rōne alicui⁹ morbi aut ex
defectu caloris naturalis vel hūidi
radicalis.nā dn̄i medici multis pre
dicunt mortē ipſoꝝ : ⁊ per aliqua ſi-
gna taliter iudicant vȝ ꝙ tales i bre
ui morienť:⁊ per pn̄s demōes a for
tiori poterunt iudicare de morte ta-
lium infirmorum. Sed nulla eſt ap-
parētia in hac rn̄ſione de morte vio
lēta que dependet ex voluntate ho-
minis ⁊ maxime de morte Saulis
qui licet fuit vulneratus a philiſteis
nō tamen fuit ab eis occiſus : ſed ip
ſemet iuſſit cuidā amalachite ꝙ occi
deret eum. Inſuper victoria in ma
nu domini eſt:quomodo ergo demō
potuit ſcire mortem ipſius: ⁊ victo-
riam maxime : qꝛ oēs doctores ca-
tholici aſſerunt ꝙ demon nequit ta-
lia ſcire ex ſuis naturalibus. Prop
terea dicendum eſt quod dominus
deus reuelauit ipſi demoni in puni
tionem ipſius Saulis maiorem. ſci
licet vt poſtquā recurrebat ad demo
nem:ꝙ demon ſibi ſignificaret ma-
la ꝗ debebat pati:⁊ pro iſta opinio
ne facit illud quod habetur nume-
ri.22.cap. ⁊.23.de balā qui ſecundū
doctores catholicos quater queſiuit
rn̄ſuȝ a demone in domo ſua : ⁊ bis
cū Balac rege moabitaꝝ: ⁊ tunc de
mon fuit prohibitus ⁊ angelus bo-
nus dedit ei reſponſum.

¶ Tertio arguitur ſic autorita
te Auguſtini in ſecūdo libro de libe
ro arbitrio.d.quis audeat dicere di
ſciplinā eſſe quoddā malum:ſed ar-
tes diuinatiue ſunt quedam diſcipli
ne : ergo artes diuinatiue non ſunt
male:⁊ per conſequēs diuinatio eſt
licita. Ad hoc argumentum reſpon-
detur diſtinguendo minorem vel in
telligēdo de vera diſciplina: ⁊ ſic ne
gatur illa.immo tales artes ſūt mē
dacia:⁊ figmenta que inuenit demō
vel intelligēdo de falſis diſciplinis:
⁊ ſic negatur conſequentia:⁊ ratio ē
qꝛ Auguſtinus intelligit de vera di-
ſciplina ⁊ nō de falſa diſciplina. Cō
tra iſtam ſolutionem arguitur / aſtro
logia eſt vera diſciplina ⁊ eſt diuina
toria:igiť ſolutio nulla : aīs pbať p
minori aſtrologia docet diuiare opa
tiōes ⁊ victorias hoīȝ : ꝙ̄ aſtrologia
eſt ars diuinatoria. Pro h⁹ replice
ſolutione eſt aduertendū quod per
aſtrologiam non poſſumus ſcire ni-
ſi ea que naturaliter neceſſario eue-
niunt vel ea que frequenter accidūt
⁊ vt in pluribus exemplū primi mē
bri per aſtrologiam poſſumus ſcire
quando erit eclipſis ſolis: vel lune
Exemplū ſecūdi membri per aſtro
logiam poſſumus ſcire quādo pluet
vel erit tempus ſerenum. Simili-
ter an annus erit fertilis vel ſteri-
lis.an ſaluber vel peſtifer ſecunduȝ
diſpoſitionem cōſtellationum:atta-

men per aſtrologiā nō poſſum⁹ ope ra que a caſu eueniunt ſcire vꝫ ꝙ ali quis fodiendo vineaꝫ inueniat vnā ollā repletā ducatis. Pariforma nō poſſum⁹ ſcire per aſtrologiā opera ꝗ dependent ex libero arbitrio hūa no: bene tñ poſſumus ſcire per aſtro logiā ꝙ talis hō eſt magis inclinat⁹ ad vnā artē quā aliā: ꝛ propterea ſi aliqui aſtrologi voluīt iudicare de ta libus operibus ꝗ a caſu accidunt vl' dependēt ex libero arbitrio eliminā di ſunt a re publica ꝛ puniendi. nam pactū habent cū demone expreſſuꝫ vel ſub intellectū. Iſto notato facile eſt rſidere ad replicā negādo minorē ꝛ ad probationē nego ꝙ vera aſtro logia illa doceat: ſꝫ bene falſa ꝛ ma lifica aſtrologia.

¶ Quarto arguitur ſic diuina tio que fit per ſomnia eſt licita: ergo rſiſio nulla. aſñs ptꝫ de Ioſeph ꝗ li cite interpetratus eſt ſomnia pincer ne: ꝛ piſtoris reg' Pharaonis vt ha betur Geñ. 41. ca. ꝛ tandē etiā inter petratus eſt ſomniū ipſi⁹ regi Pha raonis de. 14. bobus. ꝛ. 14. ſpicis. Patet inſuper de Daniele qui diui nauit ſomniū Nabuchodonoſori: et ipſum interpretatus eſt vt habetur Danielis. 2. cap. Pro h⁹ argumēti enodatione eſt aduertendū ꝙ ſom niorū duplex eſt cauſa. ſ. interior et exterior: cauſa interior ſomnioꝝ ad huc eſt duplex. ſ. aīalis ꝛ corporalis cauſa interior aīalis eſt feruēs cogi tatio aliquoꝝ verboꝝ vel operū que operatus eſt in die precedenti cōtin git enim ꝙ ſi aliquis ī aliqua die diſ putauerit Egregie videbitur ei in nocte ſequenti ꝙ adhuc eſt in diſpu tatione ꝛ ſomniabit ſe diſputare ꝛ in terdū loquetur ꝛ clamabit ac ſi eſſet actualiter in diſputatiōe reali. Cau ſa interior corporalis eſt complexio humana. v. g. complexio flegmati ca facit hoīes flegmaticos ſomnia re ꝙ ambulant ꝛ ꝙ vadunt ſuper a quas ꝛ ſubmerguntur in eis ꝛ quod pluit interduꝫ ſuper eos. Cōplexio malencolica facit homies ſomniare res nigras ꝛ triſtes. Complexio co lerica facit ſomniare res bellicas et arduas. Cōplexio ſanguinea facit ſōniare coreas ꝛ res iocūdas. Cau ſa exterior etiam eſt duplex. ſcilicet corporalis ꝛ ſpiritualis cauſa exte rior corporalis eſt aer circundās vel impreſſio aliqua celeſtis: cauſa exte rior ſpiritualis etiam eſt duplex: nā quedam procedit a deo immediate vel mediāte angelo: ꝛ alia procedit a demōe illa diuinatio que procedit a domio deo immediate vel mediā te bono angelo eſt licita: ſed illa que procedit a demone eſt illicita. Simi liter diuinatio ſomniorum que pro cedit a cauſa interiori: corporali vel animali etiam eſt bona. nam per ta lia ſomnia poſſumus interdum iudi care de quibus loquutus eſt aut co gitauit in die precedente et cuius complexionis eſt: ſed diuinatio ꝗ fit a cauſa corporali ꝛ exteriori eſt om nino vana. Iſto notato rſidetur ad formam argumenti diſtinguēdo an tecedens: vel ſi talis diuinatio fiat per reuelationem diuinam ꝛ ſic con ceditur illud ꝛ negatur conſequen tia vl' ſi fiat cum aliquo pacto demo nis: ꝛ ſic negatur illud nec probatur

in tali ſenſu. nam Joſeph ⁊ Daniel per reuelationē diuinā interpretati ſunt ſomnia regis Pharaonis ⁊ regis Nabuchodonoſoris.

¶ Quinto arguitur ſic diuinatio que fit per auguria ⁊ rugit⁹ aīaliū ſiue clamores eſt licita: ergo reſolutio queſtionis nulla: aīs probatur. Geneſis. 40. cap. habetur de ciffo Joſeph q̄ in eo augurari ſolebat ⁊ Joſeph non peccabat in hoc: ergo diuinatio per auguria eſt licita. Jnſuper Gedeon auguratus eſt ſuam victoriā ex auditione cuiuſdā ſomnij, vt habetur iudicū. 7. capi. ⁊ non peccauit: tunc ergo licita eſt diuinatio per auguria. Pariformā eliezer ſeruus Abrahe Geñ. 24. accepit augurium ex datione aque: ergo talis diuinatio eſt licita. Preterea per clamores aīaliū multi cognoſcunt futura: ergo reſolutio nulla. Pro huius argumenti ſolutiōe eſt aduertēdum q̄ conſtellationes celeſtes imprimunt aliqua in ipſis auib⁹ ⁊ aīalibus brutis qū eſt futura pluuia vel tēpeſtas ⁊ de talibus lʒ diuinare. idcirco qū videm⁹ pulices nimiū mordere iudicamus pluuiā eſſe futurā ⁊ reſolutore de operibus q̄ prouenīt a conſtellationibus celeſtibus bene poſſumus iudicare: ſed de alijs operibus futuris vel que dependent ex libero arbitrio hūano non lʒ iudicare. idcirco prohibentur a ſancta matre eccleſia talia auguria: vt habet ī multis capitibus. 27. queſtionis. 5. Jſto notato reſpondetur ad formā argumenti negando aīs: ⁊ ad pmā probationē rñdet Augu. q̄ Joſeph nō dixit illa verba ſerio qū dixit q̄ non erat ei illis in ſciētia augurādi ſed dixit illa ioco. Ad aliā probationem rñdetur q̄ Gedeō habuit ex reuelatione diuina. ita q̄ deus ſpēaliter fecit q̄ ipſe audiret illud ſomniū. Ad tertiā probationē proportionabiliter rñdet̄ q̄ habuit eliezer a deo nā antea rogauerat dñm deū Abrahā vt illa puella aqua peteret aquā ⁊ ipſa daret illi ⁊ ſuis camellis deberet eſſe vxor yſaac: ⁊ dñs deus propter Abrahā exaudiuit eū. Ad vltimā probationē pʒ rñſio ex notabili.

¶ Sexto arguitur diuinatio q̄ fit per ſortes ē licita. ergo reſolutio nulla: aīs pʒ de Joſue qui vſus eſt ſortibus vt puniret Achā de tribu iuda ex precepto dñi: vt habetur Joſue. 7. ca. Jnſuper actuū primō cap. Matthias electus eſt ab apoſtolis ſorte: ergo diuinatio per ſortes eſt licita.. Pro huius argumenti ſolutione eſt aduertendū q̄ triplex eſt ſors ſcʒ diuiſoria: conſultatoria: ⁊ diuinatoria ſors diuiſoria eſt illa que fit ad diuidendū aliquas merces īter mercatores: vel aliquid aliud inter aliquos hoīes: ſors cōſultoria eſt illa: q̄ fit ad conſulendū: quid agendū eſt: ſors diuinatoria eſt illa q̄ fit ad ſciēduʒ quid futurū eſt. ⁊ iſta ſors eſt illicita. Silr̄ conſultatoria eſt illicita niſi obſeruent ea q̄ glorioſi apli obſeruauerūt: ⁊ qñ res eſt dubia: ſors prima. ſ. diuiſoria ſemper eſt licita dūmodo non interueniat aliqua mala intentio ⁊ de tali intelligit Augu. ſuper illud pſalmiſte in manib⁹ tuis ſortes mee qū. d. ſors non eſt aliqđ

mali: ſed res inhumana dubitatiõe diuinã indicãs voluntatẽ. Iſto notato rñdetur ad formã argumenti diſtinguendo añs vel intelligendo de ſorte diuiſoria. ⁊ ſic conceditur illḋ vel intelligendo de vltima ſorte: et ſic negatur illud vel intelligẽdo de ſorte cõſultatoria ⁊ ſic etiã negatur illud: niſi ſeruentur ſeruanda: et ad primã probationẽ dico: ꝙ factuꝫ eſt hoc ex precepto dñi qui promiſerat Joſue ꝙ ſors caderet ſuper culpabilem: ⁊ ſi deus nunc diceret alicui ꝙ vteretur ſortibus etiã nunc eſſet licitum. Ad aliã probationẽ rñdetur ꝙ apoſtoli elegerunt duos illius multitudinis xp̄ianoꝝ qui erant oĩbus alijs xp̄ianis meliores: dubitabant tñ quis iſtoꝝ duoꝝ altero erat melior. Jdcirco rogauerunt dñm deuꝫ qui oĩa cognoſcebat ꝙ ipſe eligeret meliorẽ ⁊ inuocato ſpũſancto miſerunt ſortes: ⁊ ſi epiſcopi vel canonici ita facerent ſicut apoſtoli. ſ. ꝙ ex oĩbus viris eccleſiaſticis eligerent duos optimos ⁊ dubitarent de illis quis illoꝝ eſſet melior ⁊ īuocato ſpũ ſancto mitterent ſortes bene facerẽt ſicut ⁊ apoſtoli: ſed ſi ſcirent vnũ illoꝝ eſſe meliorẽ tunc tenerentur dare illi meliori bñficiũ vel dignitatẽ.

¶ Septimo arguit̃ ſic diuinatio que fit per monomagiã. i. duellum eſt licita. igitur reſolutio nulla: añs ptꝫ de rege Dauid qui licite pugnauit in duello contra Goliã. Siĺr ptꝫ de imperatore heraclio: qui pugnauit ſupra pontem Danubij in duello cõtra filiũ coſdroe. Ad hoc argumẽtum rñdetur diſtinguẽdo antecedẽs vel quando fit pro bono totius populi fidelis: ⁊ autoritate dei: ⁊ ſic cõceditur illud ⁊ negatur pña vel quãdo fit autoritate priuata ꝓpter particulare bonũ: ⁊ ſic negatur illḋ: nec probatur i iſto ſenſu. immo talis monomagia eſt prohibita vt habet̃ ex decretis Nicolai pape in cap. mononomagia. 2. queſtionis. 5.

¶ Octauo arguitur ſic diuinatio que fit per iudiciũ candentis ferri vel aque feruentis eſt licita: ergo reſolutio nulla: añs patet: q: in multis cenobijs in quibus ſunt boni religioſi quando cõmittuntur aliqua furta fiunt talia iudicia candentis ferri vel aque feruentis per manuũ impoſitionẽ. Ad hoc argumentũ rñdetur negando añs: ⁊ ad probationeꝫ dico ꝙ illi religioſi habebant ignorãtiam inuincibilẽ ⁊ credebant benefacere. idcirco Stephanus papa ſcribẽs huberto epõ maguntino prohibuit talia iudicia fieri: vt habetur in ca. conſuluiſti ſcde queſtionis. 5. Cõtra iſtã ſolutionẽ arguitur. zelotopia erat licita in antiqua lege. ergo iudiciũ cãdentis ferri vel aque ferueẽtis eſt licitũ: añs patet. num. 5. c. ⁊ pña probatur in zelotopia fiebat iudiciũ de adulterio per potationẽ aque cũ pulueribus pauimenti tabernacli: ergo licitũ eſt facere iudiciũ de furto vĺ aliquo alio crimine p tactũ ferri candentis vel aque feruentis. Ad hanc replicã rñdetur negando pñaꝫ ⁊ ad probationẽ negat̃ iterũ pña: rõ eſt: q: dñs ꝓmiſerat: vt habet̃ in ca. allegato: ꝙ talis aqua cũ pulueribꝰ non noceret mulieri ipſam bibenti:

ſſerat innocens. immo permiſit vl-
terius ꝙ talis aqua ipſam mulierē
fecundaret: ſed non permiſit nobis
ꝙ ſi tangamus ferrū candēs: ⁊ ſim⁹
innocentes: ꝙ ignis nō cōburet nos
ideo non debemus tale periculū ſu-
bire. ¶ Contra iſtā ſolutionē arguitur
per illud quod habetur i ca. ſepe cō-
tingit ſcde queſtiōis. v. habetur eñ
ꝙ corp⁹ xp̄i debet dari ad probatio-
nē religioſis: qñ eſt ſuſpitio de ali-
quo furto aut crimine. igitur ſolutio
nulla. Ad hanc replicā rñdetur ꝙ il-
lud ca. eſt abrogatū. nam corp⁹ xp̄i
non debet dari ſuſpectis de crimine
ſed prelat⁹ poteſt bene exhortari re
ligioſos ad cōfeſſionē ⁊ cōmunionē:
ſed non dꝫ dare ad taliū ꝓbationē.

¶ Decimoſexto queritur circa
eandē diſtinctionē. vtrū obſeruatio
aliquorꝫ ſit licita. Pro hui⁹ queſtio-
nis enodatione eſt aduertendū: ꝙ
ars notoria dicit̄ eſſe illa in qua fiūt
aliqua ieiunia ⁊ alique abſtinentie:
⁊ quedā orationes ⁊ prolatiōes ver
borꝫ ignotorū ⁊ aſpiciunt quaſdam
imagines ſeu figuras: ⁊ ſic talis ars
notoria vtitur supradictis nō vt cau
ſis: ſed vt ſignis nō aūt vt ſignis di
uinit⁹ inſtitutis ſicut ſunt ſacramē-
talia ſigna: ſed vtitur vt ſignis inſti
tutis a demone ex pacto cū ipſo de-
mone innito. Idcirco talis ars eſt re
pudianda ⁊ eliminādā: eſt eñ huius
modi ars inefficax ad aliquā ſciētiā
acqrendā cū eñ per huiuſmodi artē
non intendatur acquiſitio ſcientie ꝑ
modum naturalem. ſ. ad inuenien-
dam vel addiſcendum: ⁊ per conſe-
quens effectus debent expectari a
deō vel a demone: ⁊ non expectan-
tur a deo: ergo expectantur a demo
ne ex pacto innito.

¶ Contra iſtud notabile argui
tur in arte notoria fiūt ieiunia ⁊ ora
tiones ad acquirendā ſcientiā: ergo
ars notoria eſt licita: pñā probatur
ananias azarias ⁊ miſael: ⁊ Daniel
licite per ieiunia ⁊ orōnes ⁊ abſtinē
tias acquiſiuerunt ſcientiā: vt habe-
tur Danielis pmo cap. ergo licitū
eſt in arte notoria per ieiunia ⁊ ora-
tiones acquirere ſcientiā. Ad hoc ar
gumentū rñdetur negando pñam ⁊
ad probationē negatur itē pñā: ⁊
rō eſt: qꝛ illi quattuor glorioſi iuue-
nes faciebant ieiunia: ⁊ orationes ⁊
abſtinentias ex precepto dñi dei a
quo querebāt ſapientiam: ſed in ar-
te notoria fiunt ieiunia ⁊ orōnes ex
precepto demonis: ⁊ ab ipſo demo-
ne queritur ſapientia vel ſcientia. et
hoc eſt illicitū. Cōtra iſtam ſolutio-
nem arguitur. non eſt licitū a demo
ne querere futura: qꝛ demon neſcit
ea: ſed demon bene ſcit ſciētias. im-
mo melius ꝙ̄ nos: ergo bene poſſu
mus ab ipſo querere ſcientiam aſtro-
logie vel philoſophie. Ad hāc repli
cam reſpondetur negando cōſequē-
tiam: quia illa eſt vna ſola cauſa par
tialis: ſꝫ cū hoc eſt vna alia cauſa. ſci
licet ꝙ dñs deus precepit nobis nul
lam habere ſocietatē: aut familiari-
tatē cū demone iuxta illud apl̄i que
eſt conuentio lucis ad belial. i. chri-
ſtiani cū demone. Secundo eſt ad-
uertendū ꝙ quando aliqua fiunt cū
aliquibus reſpiciendum eſt: an fiāt
mediantibus cauſis naturalibus vꝫ

nõn:ſi primum licitum eſt adhibe-
re tales cauſas naturales: ſi ſcõm
non licet niſi ex reuelatione dñi dei
Iſtis notatis rñdeiur per duas cõ-
cluſiones: quarũ Prima eſt iſta: ob
ſeruatio aliquorũ quę ſunt cauſe na
turales eſt licita: iſta cõcluſio ptʒ ex
cõſuetudine dominoꝝ medicoꝝ qui
in dies obſeruant multa circa cura-
tiões egrorũ. Scða cõcluſio eſt iſta
obſeruatio illorũ q̃ nõ ſunt cauſe na
turales non eſt licita niſi ex reuela-
tione dei talia obſeruetur: iſta cõclu
ſio ptʒ autoritate aurelij auguſtini
in ſcðo libro de doctrina xp̃iana. Et
rõne probatur talia nõ habent vir-
tutem aliquã reſpectu talis effectꝰ:
poſtq̃ non ſunt cauſe naturales ipiꝰ
effectꝰ: ergo ſuperuacaneũ eſt talia
obſeruare.

Contra ſcðam cõcluſionem
arguitur ſic licet vti exarmis.i. ali-
quibus orõnibus ad ſanitatem cõfe
rendam corporibus hũanis ꝛ bruti
ꝛ tales orões non ſunt cauſe natu-
rales ſanitatis cõferẽde: ergo obſer
uantia aliquorũ q̃ non ſunt cauſe na
turales eſt licita: ꝛ per ꝯñs cõcluſio
nulla maior probatur tales orões
ſunt bone ꝛ videmꝰ ꝙ hoĩes ſanant
ſimilr̃ ꝛ bruta per talia exarma: er-
go lʒ vti exarmis. Ad hoc argumen
tum rñdetur diſtinguendo maiorẽ
vel in talibus exarmis non miſcent
aliqua ſuperſtitioſa.i. ꝙ tãgit mor-
bꝰ vel ꝙ fiant tales oratiões die ve
neris aut die iouis: vel ante ortuʒ ſo
lis vel poſt occaſum ꝛ ſic de alijs: ꝛ
ſic cõceditur illa vel ſi miſcentur ali-
qua ſuperſtitioſa ꝛ ſic negat illa ma
ior ꝛ reglr̃ ꝛ pro maiori parte ſemꝑ
in talibus exarmis miſcẽtur aliqua
ſuperſtitioſa: vt ptʒ aſpitienti ꝛ in-
terrogãti modũ qualr̃ dicũtur ora-
tiones talis exarmi: ꝛ ad probatio-
nem negatur ꝯña: rõ eſt qꝛ dñs per-
mittit ꝙ diabolus qui eſt valde pe-
ritus in arte medicine tales hoĩes
ſanet aut talia bruta: ꝛ non fit virtu
te orõnum: ſed virtute diaboli occul
ta. Inſuper eſt aduertẽdum ꝙ cre-
dere oratiões habere talem virtutẽ
eſt ſuperſtiſio: nam ſolum verba ſa-
cramentalia habent virtutẽ ex ope-
re operato: ſed glorioſus vincẽtius
cõterraneus noſter dat vnũ bonum
cõſilium pro morbis aut cicatricibꝰ
curandis.ſ. ꝙ fiat ſignum crucis in-
uocato nomie ieſu ſaluatoris noſtri
nam eſt nomẽ ſuper omne nomẽ vt
inquit apoſtolus ad philipẽſes ſcðo
nec eſt aliud nomen ſub celo in quo
oporteat nos ſaluos fieri vt inquit
diuus petrus actuuʒ.4.ca. Et ſi di-
cas virtus diaboli etiam procedit a
dño deo: ergo lʒ ſanari virtute dia-
boli negatur ꝯña: rõ eſt qꝛ indictum
eſt nobis a dño deo bellũ cõtinuum
cõtra diabolum: idcirco nihil poſſu-
mus petere ab eo nec aliquod fedꝰ
inire cum eo.

Scðo arguit ſic: licet aſtro-
logis vti imaginibus ad cognoſcen
dum ea q̃ ſũt in partibus remotis:
ḡ obſeruãtia aliquoꝝ q̃ nõ ſunt cau-
ſe naturales eſt licita: añs probat qꝛ
ſicut corpora celeſtia influũt in cor-
pora naturalia: ita etiam influũt in
corpora artificialia: ergo licet vti ta
libus imaginibus. Ad hoc argu-

mentū rñdet negādō añs: ⁊ ad pro-
bationem negatur añs ⁊ maxime: q2
tales imagines nihil proſunt ipſis
aſtrologis niſi fiāt aliqui caracteres
q̄ nō ſunt cauſe naturales: ⁊ ſculpe-
re tales caracteres in ipis imagini-
bus eſt valde ſuperſtitioſum.

¶ Tertio arguitur lz ſuſpēdere
diuina verba ad collū. ſ. euāgelium
diui Joānis vel diui marci vel ora-
tionē ſancti Auguſtini: vel diui Ci-
priani ⁊ ſic de alijs: ⁊ talia verba di-
uina nō ſunt cauſe naturales ad libe
randū hoīes a febribus: vel pericu-
lis maris: fluuiorum: belli: vel itine
ris: ergo cōcluſio ſcda falſa: añs ptz
q2 multi boni xpiani portāt talia ſuſ
pēſa in collo igitur. Ad hoc argumē
tum rñdetur diſtinguēdo añs vel ſi
talia ſolū portētur ad honorē dei et
ſic cōcedit illud: ⁊ hoc raro vel nūq̄3
fit vel ſi portētur ad honorē dei ⁊ cū
hoc q2 credūt q̄ talia verba ſuſpēſa
ad collū liberabunt eos a morbis ⁊
periclis ex opere opato: ⁊ ſic negat
illud añs: nā eſt vanū ⁊ ſuperſtitio
ſum: ⁊ ferme oēs xpiani qui portāt:
propter iſtū finē portāt: ⁊ non curāt
ſeruire deo: ⁊ ſic pro maiori pte deci
piūtur a demone ⁊ tandē moriūtur
multi tales in periculis. Idcirco lau-
dabile ē abſtiere a talib9: ⁊ diu9 ioā-
nes criſoſtom9 ſup mathei irridet
xpianos q̄ talia ſuſpēſa ad collū por
tāt dicit em̄ q̄ debēt vba diuina ge-
ſtare in cordib9: ⁊ nō ſolum portare
ſuſpēſa ad collū. ¶ Cōtra iſtā ſolutio-
nem arguit lz portare reliquias ſan
ctorum ſuſpēſa ad collū: ergo lz por-
tare verba diuina ſuſpēſa ad collum:
añs probatur multi ſancti viri por-
tauerūt reliquias ad collū: ⁊ nō fue-
runt reprehēſi vt ptz de magno cō-
ſtantino: ⁊ diua helena ei9 matre: et
de multis alijs: ergo licitū eſt porta
re reliquias ad collū. Ad hanc repli
cam rñdetur negādo ꝯñam: rō eſt q2
illi: qui portant reliq̄as portant eas
ad honorē ſanctoꝝ: vt meritis ⁊ in-
terceſſionbus ipoꝝ iuuētur in peri-
culis ⁊ tribulationib9: ⁊ hoc non eſt
ſuperſticioſum: ſed licitū. Alij vero
portāt ideo q2 credūt q̄ ex opere o-
perato liberabūtur quāuis perſeue
rent in peccatis.

¶ Quarto arguitur lz aliquib9
verbis incātare ſerpētes: igitur con
cluſio falſa añs ptz autoritate pſal-
miſte. d. ſicut aſpidis opturātis au-
res ſuas ne audiat vocē incātātis ſa
pīēter. ps. 57. Ad hoc argm̄ rñdetur
diſtinguendo añs vel ſi cum verbis
diuinis nullū ſupſtitioſū interueniat
⁊ ſic cōcedit illud: ⁊ negatur ꝯña vel
ſi interueniat aliq̄d ſupſtitioſū ⁊ ſic ne
gat illō: ⁊ ad pbationē dico q̄ pſal-
miſta nō laudat incātationē quādo
miſcet aliquod ſuperſtitoſum.

¶ Poſtremo argr lz portare ra
mū bñdictū. ſ. palmā vl laurū vl ba
xū bñdictos: ſilr agnū cereū bene-
dictū a ro. pōtifice: ergo obſeruātia
aliquoꝝ q̄ nō ſunt cauſe naturales ē
licita: añs ptz ex cōſuetudie bonorū
xpianoꝝ q̄ talia acciplūt ⁊ portāt in
pileis q̄ſi crebris micat ignib9 ether
Ad hoc argumētū rñdet q̄ talia be-
nedicta habent virtutē diuinā cōtra
tēpeſtates: ⁊ demones: veluti aqua
bñdicta: ⁊ de hoc ſumus certificati a

ſancta matre eccleſia ex traditione apoſtolorū vel ſanctorꝝ pōtificuz romanorū: nimirū ergo ſi boni chriſticole portēt ramos benedictos ⁊ agnuz cereū benedictū a rom. pōtifice nam ſi olim valebat ⁊ ꝓderat benedictio patriarcharꝝ. ſ. abrahā: yſaac ⁊ iacob ⁊ ſacerdotū antique legis: a fortiori prodeſt benedictio pōtificis romāi: ⁊ docuit experientia ex bñdictione leōis decimi data regno Francie primo anno ſui pōtificatꝰ: nam mirabilis fertilitas ſequta eſt.

¶ Decimoſeptio queritur circa eandē diſtinctionē: an liceat tēptare deum. Pro huius queſtiōis ſolutione eſt aduertēdū ꝙ tēptare eſt experimentū ſumere de eo qui tēptatur cum aliquali dubitatiōe qꝺ quidem experimentū pōt ſumi verbis ⁊ factis: tūc eñ ſumitur experimētū verbis quādo experitur an ſciat qꝺ queritur vel poſſit: aut velit illud adiplere: tunc vero ſumitur periculū facti quādo illud fit ꝑ qꝺ exploratur alteriꝰ prudētia vel ſciētia vel volūtas vel poteſtas: ⁊ quodlibet iſtoruz adhuc cōtingit bifariā: vno mō manifeſte cū quis ſe profitetur tēptatorem: ſicut Samſon q̄ iudicū. 14. ꝓpoſuit philiſteis ꝓblema ad eos tēptadū. Alio mō cōtingit fraudulēter ſicut phariſei tēptauerūt xp̄z matt. 22. ⁊ vtrūqꝫ iſtorꝫ adhuc pōt ꝯtingere dupliciter vno modo expreſſe. ſ. quādo habetur actualis intētio ſumere de aliquo experimentū. Alio modo interpretatiue. ſ. quādo dicitur aliquid vel agitur qꝺ ad nihil aliud eſt ordinabile niſi ad experimentū ſumēdū: ⁊ quolibet iſtorū modorꝫ hō tentat deū. ſ. interdū verbis: ⁊ interdū factis: qñ in ſua oratiōe petit aliquid a deo vl' agit vt exploret dei ſcientiā volūtatez vel poteſtatē. Pariforma interpetratiue hō tēptat deū interdū qñ aliquid petit: aut facit qꝺ ad nihil aliud eſt vtile niſi ad probādam dei poteſtatē: ſcientiā: vel volūtatē: vel bonitatē. v. g. ſi aliqs pōt ſe ſaluare ꝑ fugā licite ⁊ honeſte ⁊ remaneat in bello vel i ciuitate in q̄ viget peſtis ſine comō reſpu. Iſtis notatis rñdetur ad q̄ſtionē negatiue: iſta rñſio ꝓbatur expreſſa autoritate ſacre ſcripture habetur enim Deuteronomij. 9° . cap. non tēptabis dñm deuz tuum.

¶ Cōtra iſtam reſolutionē arguit ſic: glorioſi apoſtoli ⁊ alij martires multoties tēptauerunt deum: ergo licitum eſt temptare deum: antecedēs probatur quando faciebāt miracula temptabant deum: ergo multoties temptauerunt deuz: antecedens probatur faciebant experimentum de potētia dei: ergo multoties temptauerunt ip̄m. Ad hoc argumentum reſpondetur negando antecedens: ⁊ ad probationem diſtinguo ꝙ faciebant experimentū de potentia dei vel quia ip̄i dubitabant: ⁊ ſic negatur illud vel vt oſtenderetur gloria dei ⁊ infideles cōuerterētur ad verum deū: ⁊ ſic cōceditur illud ⁊ negatur ꝯñia. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur: ad ꝑfectionē vite chriſtiane pertinere videtur ſcꝺm ambroſium ſuper. 9. capi. luce vt pretermiſſis humanis auxilijs in ſolo deo ſpem ponat: ergo licet tēptare

deum: ↄ̄ńa tenet qꝛ nihil aliud eſt tē tare deum quā omittere hūana auxilia ⁊ q̄rere adnō deo ſupeccias .ſ. auxilia. Ad hanc replicā r̄ńdetur: ꝙ diuus ambroſius intelligit principaliter ſic .ſ. ꝙ ſolū debemꝰ ponere ſpem in deo principalr̄ ⁊ vltimate: ſed minus principaliter bene poſſumus cōfidere in hūano auxilio. ¶ Cōtra iſtā ſolutionē arguitur: diua agatha renuit abſolute medicinā corporalem: ⁊ voluit miraculoſe a deo ſanari: ⁊ in hoc non repꝛehēdit: immo laudatur a ſctā matre eccleſia: ergo lꝫ tētare deum: mi0ꝛ ꝓbatur quādo beatus petrus ſibi aparuit in forma cirurgici dixit ei medicinā corporaleꝫ corpori meo nunq̄ꝫ exhibui: ſꝫ habeo dn̄m ieſum xp̄m qui ſolo ſermōe reſtaurat vniuerſa: vt pꝫ legēti hyſtoriā ipſius: igitur aſſumptum verū. Ad hanc replicā r̄ńdetur: ꝙ diua agatha credebat eē aliquā illuſſioneꝫ diabolicā: ideo taliter r̄ńdit ex inſtinctu ſp̄ūs ſancti.

¶ Scđo argr̄ ſic poſito ꝙ aliqs proferat ꝓpōem neutrā aſſertiue licite mētitur. igit̄ ꝯcluſio nulla: añs probatur ſuppoſito ꝙ talis ꝓpō neutra ſit vera: tūc talis dicit ṽitatē ꝛ nō habet aīum decipiēdi: ergo li cite mentit̄. Ad hoc argumētū rñde tur negando añs: ꝛ ad probatione3 negatur ꝙ nō habeat aīm decipiēdi ſaltē equiualenter. nā alr̄ profert ꝙ̄ ſentiat in aīo: profert em̄ aſertiue: et dubitat in corde. Cōtra iſtā ſolutio nem arguitur obſtetrices egiptiorū clare mētite ſunt officioſe: vt habet̄ Exo. 1. ca. ꝛ bñ fecerunt mentiendo. igit̄ l3 mentiri ſalte3 officioſe: minor probat̄. dñs deꝰ remunerauit eas ꝓ mandatio. nā edificauit eis domos vt habet̄ in eodē ca. igit̄ licite mētite ſunt. Ad hāc replicā rñdet̄ negando mi. ꝛ ad probationē negat̄ ꝙ dñs re munerauit eas pro mēdatio: ſed re munerauit eas pro timore quē hūe rūt erga deū ꝛ pietatē quā habebāt: erga paruulos iſrael nolēdo eos ſuf focare: vt teſtat̄ diuꝰ Gregoriꝰ i. ca. ſi ql3 culpa. 22. q̄ſtiōis. 2. Cōtra iſtā ſolutionē argr̄ Dauid finxit ſe ſtultū corā rege lachis: ꝛ in hoc mentitꝰ eſt licite. igit̄ ſolutio nulla ꝙ mentitus fuerit: pt3 q2 erat ſapiēs Dauid ꝛ vo luit producere aſſenſū falſum in ip ſum regē. ſ. ꝙ ipē erat ſtultꝰ ꝙ licite illđ fecerit pt3: q2 ita ꝯſeruauit vitā ſuā ꝑ tale mendaciū: vt habet̄ in. 21. ca. 1. L. regū. Ad hāc replicā rñdet̄ ne gādo ꝙ Dauid finxit ſe ſtultū: ſ3 bñ occultauit quoddā vex. ſ. ſuā ſapiē

tiã ⁊ nõ intendebat alterũ decipere ſed ſaluare vitã ſuã per occultatatio nem ſue ſapiẽtie. Proportionabilr eſt dicẽdũ de Jehu rege iſrael: vt ha bet in.10.ca.4.regũ: q̃ excuſat a di uo Hiero.in ca.vtile cauſe ⁊ q̃ſtiõis allegate.

℄ Tertio argr̃ ſic Abrahã q̃n ibat vt imolaret filiũ ſuũ yſaac dixit pueris ſuis ſedete hic donec reuerta mur ⁊ i hoc mẽtit⁹ ẽ ⁊ nõ reprehẽdit de tali mendatio: igit licitũ eſt men tiri. ſilr mẽtitus eſt q̃n dixit regi ge raris de vxore ſua ꝙ eſſet ſoror ſua. igr̃ licitũ eſt mẽtiri. Ad hoc argm̃ rñ det Ambro.in ca.ſi q̃s culpa allega to: ꝙ Abrahã non mentit⁹ eſt: qꝛ ita credebat ſicut dicebat. ſciebat em̃ ꝙ dñs de⁹ ꝓmiſerat mltiplicare ſemẽ ipſius ꝑ yſaac q̃ nondũ duxerat vxo rẽ. ideo ſpabat ꝙ dñs de⁹ ſi ipſe oc cidiſſet filiũ ſuũ dñs de⁹ ſuſcitaſſet eũ vt adimpleret ꝓmiſſũ q̃d iurasue rat ad ipſum Abrahã. Ad aliud ipſe met Abrahã rñdet ꝙ vxor ſua erat ſoror ſua. nã mos eſt paleſtinoꝝ vo care oẽs ꝯſanguineos ⁊ fr̃es ⁊ ſoro res. idcirco Abrahã ſepenũero dixit ꝯſobrino ſuo loth fr̃es ſum⁹. Cõtra iſtã ſolutionẽ argr̃ Judith mẽtita ẽ Holoferni ⁊ licite. igr̃ ꝯcluſio falſa mi. ꝓbat laudat Judith a ſacra pa gina ꝓ tali mendatio. igit aſſumptũ veꝝ. Ad hoc argm̃ vno mõ rñdet ne gãdo ꝙ licite mẽtita eſt. negat inſu per ꝙ laudet de mẽdatio: ſed lauda tur de bona affectione quã habebat erga pplm ſuũ ⁊ poſuit ſeipam peri culo mortis. vt pplꝫ ſuũ eriperet de manu holophernis põt etiã rñderi ꝙ nullo mõ mẽtita eſt: ſed occultabat aliqua vera ⁊ loq̃bat ad ſenſuꝫ ſpũs ſcti q̃ incitauit eã ad talẽ liberatiõeꝫ

℄ Quarto argr̃ ſic btũs paul⁹ mentit⁹ eſt ⁊ nõ rephendit. igit lici tũ eſt mentiri: maior probat promi ſit ſe ventuꝝ ad hiſpanias ⁊ nõ venit ergo mentit⁹ eſt. Ad hoc argm̃ quã uis aliq̃ aſſerãt diuũ Paulũ viſitaſ ſe hiſpanias gelaſi⁹ tñ tenet oppm̃ i ca. Paul⁹.22.q̃ſtionis.2.ideo ꝯfor miter ad diuũ Gelaſiũ rñdet negan do ꝙ Paul⁹ tunc fuerit mẽtit⁹ ⁊ ad probationẽ negat ꝯña: rõ eſt: qꝛ pau lus nõ ꝑmittebat illd̃ cũ intẽtiõe fal lendi: ſed credebat firmiter ſe iterũ: ſed de⁹ ipediuit.

℄ Quinto argr̃ ſic dñs de⁹ põt diſpenſare cũ aliquo vt mẽtiat ⁊ tũc mendaciũ licite fiet. igit prima con cluſio falſa maior probat ſicut ẽ pro hibitũ mẽtiri. ita eſt ꝓhibitũ nõ occi dere: ſꝫ põt ꝑcipere alicui vt occidat alteꝝ. igr̃ põt ꝑcipere alicui vt men tiat. Ad hoc argm̃ rñdet negãdo ma iorẽ: ⁊ ad probationẽ diſtiguo ꝙ occi dere ſit ꝓhibitũ vl̃ aucte dei: ⁊ ſic ne gat vel aucte ꝓpa: ⁊ ſic ꝯcedit ⁊ ne gat ꝙ de⁹ põt diſpẽſare cũ aliquo vt occidit aliquẽ autoritate propa. Jn ſup mentiri iportat diſformitatẽ cõ tra inſtitutionẽ naturalẽ: natura em̃ inſtituit voces vt exꝓmerem⁹ ꝑ eas mentis ꝯcept⁹: vt egregie declarat phs in.1.ca.1.ꝑiarmenias.d.voces ſunt eaꝝ q̃ ſunt in aĩa paſſionũ notẽ: ⁊ ille q̃ mentit loq̃tur ꝯtra mentẽ: ⁊ ſic voces ipſi⁹ mẽtientis nõ faciũt of ficiũ ad q̃d ſunt ordinate a natura.

℄ Sexto argr̃ poſito caſu ꝙ ali quis vir ꝑfect⁹ proferat aliq̃d men

daciū iocoſum vel officioſum: tūc ta le mendaciū iocoſū vel officioſū; eſt pctm̄ mortale. igr̄ ſcd̄a ꝯcluſio falſa aūs probatur vir ꝑfectꝰ magis peccat mentiēdo iocoſe vel officioſe: rōne ſtatꝰ ꝑfectionis exercende ꝙ̄ vir impfectꝰ: ergo pctm̄ qd̄ eſt veniale in alijs in ipſo eſt mortale. Ad hoc argm̄ rn̄det Alexā. de ales ꝙ mēdaciū veniale in viris ꝑfectis eſt mortale rōne ſtatꝰ. vn̄ eſt ſciendū ꝙ duplex eſt ſtatꝰ ꝑfectꝰ: qddā eſt ꝑfectionis exercēde: ⁊ talis preſupponit virū eē ꝑfectū veluti ſtatꝰ viroꝝ epoꝝ ⁊ cardinaliu;: archiepoꝝ: ⁊ rectoꝝ. ⁊ prioꝝ prouincialiū gn̄aliū ⁊ cuſtodū Alius eſt ſtatus ꝑfectionis acquirēde: veluti ſtatꝰ ſimpliciū religioſoꝝ ⁊ xp̄ianoꝝ q̄ nō ſunt ꝯſtituti ī aliqua dignitate. Reſolutio igr̄ dn̄i Alexā. eſt: ꝙ mēdaciū qd̄ eſt veniale in ſimplici xp̄iano eſt mortale in epo vl' archiepo vel rectore: ⁊ ſic de alijs: hec tn̄ opinio neq̄ deneceſſari: rō eſt: q2 circūſtātia q̄ nō ſe hēt ī rōne obiecti nō pōt facere de veniali mortale: nō circūſtātia ſtatꝰ nō pōt facere de mēdatio veniali mortale poſtꝙ̄ nō ſe hēt ī rōne obiecti: bn̄ tn̄ veꝝ ē ꝙ rōne ſcādali veniale mēdaciū pōt effici mortale ī epo ⁊ rectore ꝑore cuſtode. ⁊c. Sed ſecluſo ſcādalo om̄e mendaciū qd̄ eſt veniale in ſimplici xp̄iano eſt etiā veniale in epo vel Romano pōtifice. Propterea a diuo tho. ⁊ alijs doctoribꝰ. al'r rn̄deṫ ad formā argumenti negando aīs ſecluſo ſcādalo ⁊ ad probationē negaṫ ꝯn̄a. nā licet grauius peccet venialiṫ cū inter venialia vnū ſit grauiꝰ altero: non tn̄ grauius peccat mortaliter.

De periurio.

Diſtinctio. XXXIX



Unc de ꝑiurio videamus. Periurium eſt mēdacium iuramento firmatum. Hic queritur. Utrū ſit periurium vbi non eſt mendaciū? Qd̄ quibuſdā videtur ex autoritate Hieronimi dicentis. Aduertendum eſt. ꝙ iuſiurandū tres habet comites. veritatem: iudiciū: ⁊ iuſticiā. Si iſta defuerint. Nō erit iuramētū ſed periuriū. Ubi aūt falſum iuratur: veritas deeſt. Si ergo falſum iureṫ. ⁊ ſi non ſit ibi intentio fallendi: videtur eſſe periuriū q2 deeſt veritas. Quibuſdā placet non eſſe periuriū vbi non eſt mēdaciū. ⁊ ſicut dicitur aliquando falſum ſine mēdacio: ita iuratur falſum ſine periurio. Falſum forte dixit apl's cum ſe venturū: ad corinthios promiſit. Nec tamē ſicut ei imponebaṫ culpam mēdacij cōtraxit. q2 ſic animo ſentiebat. etiam ſi iuramento illud firmaſſet nō periuriū incurriſſet. q2 quātū in ipſo fuit verū dixit. ⁊ ſi

iurationē addidiſſet quantū in ſe foret verū iuraſſet: ⁊ ſi aliter euenerit quā dixit. Ideo ſicut quis non eſt mendax niſi aliter ſentiat animo quaꝫ dixit. ſiue ita ſit ſiue non. Ita videt quibuſdā neminē periuriuꝫ conſtitui. niſi aliter ſentiat animo quam loquitur. ſiue ita ſit ſiue non.

De triplici modo piurij.

¶ Sed melius credit ⁊ ille peierare qui falſum voluntate fallendi iurat. ⁊ qui falſum putans qđ verum eſt iurat. ⁊ qui verum putans qđ falſum eſt iurat. Unde Auguſ. Homines falſum iurāt vel cū fallūt vel cū fallunt. Aut putat homo verū eſſe qđ falſum eſt ⁊ temere iurat aut ſcit vel putat falſum eſſe. ⁊ tamen pro vero iurat ⁊ nihilominus cū ſcelere iurat. Diſtant aūt illa duo periuria que cōmemoraui. Fac illum iurare qui verū eſſe putat. Pro quo iurat verum putat eſſe ⁊ tū falſum eſt. Nō ex aīo iſte peierat ſed fallitur. Hoc pro vero habet quod falſum eſt. nō falſare ſciēs iurationem interponit. Da aliū qui ſcit falſum eſſe ⁊ iurat tanꝗ verum ſit qđ ſcit falſum eſſe. Uidetis ꝗ iſta deteſtanda ſit belua Fac alium qui putat falſum eſſe ⁊ iurat tanꝗ verū ſit ⁊ forte verū eſt. Uerbi grā. vt intelligatis Pluit in illo loco. Interrogas hominē. ⁊ dicit pluiſſe. ⁊ tūc pluit ibi. ſed putat non pluiſſe: periurus eſt. Intereſt quemadmodū verbum procedat ex anio reā linguam nō facit niſi rea mens ſit. His euidenter traditur ꝙ tripliciter peierat homo vt ſupra dixi mus. dū vel ſciens falſum iurat. vel putās falſum qđ verū eſt iurat vel eſtimans verū qđ falſum eſt iurat. Sed hoc extremū non videt eſſe periurium. etiam ſi ꝑiurium nominet. eo ꝙ falſum iurat. nō videtur reus eſſe periurij qui ſic iurat: qꝛ non eſt mens eiꝰ rea. ⁊ ideo nec lingua. Imo eius mens rea eſt dum iurare preſumit qđ perſpicue verū nō deprehendit. Non ergo omne ꝑiuriū mendaciū eſt: nec omnis qui peierat mentit. ſed omnis mentiēdo iurans peierat: ⁊ oīs qui falſum iurat. ſiue mentiens ſiue nō: peierat. Cuꝫ vero quis iurat qđ verū eſt timens eſſe falſum. queritur quid ſit ibi ꝑiuriū. Ipa eīm ſignificatio vocis vera eſt: qꝛ verū neſcienter loquit. Nō ergo ipſa ſignificatio vel falſum vel mēdaciū eſt qꝛ vera eſt. ⁊ quod verū eſt: ꝑiuriū nō videtur eē. Ad

hoc dicimus loqui ſic. ſcʒ contra
mentem ſub atteſtatiõe iuramẽ-
ti eſſe periuriũ. Mẽtiri ergo ad-
hibita iuratione piuriũ eſt. Per
iurium ergo eſt. vel iurando loq̃
falſum cũ intentione fallendi vel
iurãdo loqui falſum ſine intẽtio
ne fallendi. vel iurando loqui ve
rum cũ intentione fallendi. Hic
opponit. Si omnis qui falſum
iurat peierat. tunc qui alicui pro
mittit dare ſub certo termino ali
quid qđ tamẽ non faciet. ex quo
iurauit peierauit. qꝛ falſuʒ iura-
uit. nõ eñ ita futurũ erat vt iura
uit. Ad hoc dici põt. qꝛ non oĩs
qui iurat qđ falſuʒ eſt. ex quo iu
rat periurꝰ eſt. ſicut iſte de quo
agimꝰ ſer ex quo propoſitũ mu-
tat vel terminũ trãſgreditur. iu
ratio talis fit periurium reatu.

An iuratio ſit malum.

¶ Si autẽ queritur vtrũ iura-
re ſit malũ: Dicimus aliquãdo
malũ eſſe. aliquãdo nõ. Spõte
enim et ſine neceſſitate iurare vl'
falſuʒ iurare peccatũ grande eſt.
Ex neceſſitate autẽ iurare. ſ. vel
ad aſſerendũ innocentiã ved ad
federa pacis cõfirmanda vel ad
perſuadenduʒ auditoribꝰ quod
eſt eis vtile. maluʒ nõ eſt. qꝛ ne-
ceſſariũ eis ẽ. Unde auguſtinꝰ.
Juramentũ faciendũ eſt in ne-
ceſſarijs cũ pigriꝰ ſunt hoĩes cre
dere quod eis eſt vtile. Juratio
nõ eſt bona non tamẽ mala cuʒ
eſt neceſſaria. i. non eſt appeten
da ſicut bona. non tamẽ fugien-
da tanq̃ mala cũ eſt neceſſaria.
Non eſt enim cõtra preceptum
dei iuratio. Sed ita intelligitur
dñs prohibuiſſe a iuramento vt
quãtuʒ in ipſo eſt quiſq; non iu
ret. Quod multi faciunt in ore
habẽtes iurationẽ tanq̃ magnuʒ
atq; ſuaue aliqđ. Apoſtolus eñ
nouit preceptũ dñi et tamẽ iura
uit. Prohibemur eñ iurare cu
piditate vel delectatione iurãdi.
Quod ergo xp̃s ait in euange-
lio. Ego dico vobis non iurare
oĩno: ita intelligit p̃cepiſſe ne q̃s
quã ſicut bonũ appetat iuramẽ
tũ ꝛ aſſiduitate iurãdi labat̃ in
periuriũ. Quod vero addidit ſit
ſermo veſter eſt eſt. nõ nõ. bonũ
eſt appetendũ. Quod aũt am-
plius eſt a malo eſt. i. ſi iurare co
geris ſcias de neceſſitate venire
infirmitatis eorũ qbꝰ aliqđ ſua
des. q̃ iſirmitas vtiq; malũ ẽ. vñ
nos quotidie liberari p̃camur di
cẽtes. libera nos a malo. ideoq;
nõ dixit qđ ãplꝰ eſt malũ ẽ. Tu
enim nõ facies malum qui bene
vteris iuratione. ſed a malo eſt
illiꝰ qui aliter nõ credit. i. ad in-

firmitate que aliqñ pena eſt. aliqñ pena et culpa. Ibi ergo dñs prohibuit maluȝ. ſuaſit bonum indulſit neceſſarium.

De iuramento qḋ per creaturas fit.

¶ Queritur etiã vtrũ liceat iurare per creaturã? Quod nõ videtur cũ in lege ſcriptũ ſit. Reddes autẽ dño iuramẽta tua. Et xp̃s in euãgelio precipit nõ iurare oĩno nec per celũ. nec per terrã. nec per hieroſolymaȝ. nec ꝑ caput tuũ. Judeis quaſi paruulis eſt cõceſſuȝ iurare per creatorem et preceptũ. vt ſi iurare contingeret. nõ niſi per creatorẽ iurarent nõ per creaturã. qꝛ iurantes per angelos ⁊ elemẽta: creaturas venerabãtur honore ⁊ melius erat hoc exhibere deo quaȝ creaturis. Infirmis ergo illud prohibuit. ſanctꝭ vo qui in creaturis creatorẽ venerabãtur tm̃: non prohibuit. Unde Joſeph per ſalutem pharaonis iurauit dei iudiciũ in eo veneratus quo poſitus erat in infimis. Chriſtꝰ vero ita ꝑ creaturas iurare prohibuit. ne vel aliquid diuinuȝ in eis crederetur pro quo reuerentia eis deberetur. vel ne per ea iurantes falſum. homines ſe iurare mento teneri non putarent.

Que iuratio magis teneat an que ſit per deũ. an q̃ ſit ꝑ euãgeliũ. vl̃ per creaturas.

¶ Si aũt queritur quis magis teneatur an qui per deũ. an qui per euangeliũ vel per creaturas iurat? Dicimus qui per deũ. qꝛ per deum hec facta ſunt. Unde Chriſo. Si qua cauſa fuerit modicuȝ videtur facere qui iurat ꝑ deum. Qui vero per euangeliũ magis aliquid feciſſe videtur. Quibꝰ dicendũ eſt. Stulti ſcripture ſancte propter deuȝ facte ſunt. non deus propter ſcripturas. ita ⁊ creature facte ſunt propter deum.

Quid eſt dicere per deum.

¶ Hic queritur quid ſit dicere per deũ iuro? Hoc eſt teſtẽ adhibere deum? Jurauit eñ apoſtolus dicens: Teſtis eſt mihi deꝰ. ac ſi dixiſſet per deũ ita eſt. Unde Augꝰ. Ridiculuȝ eſt putare hoc ſi dicas ꝑ deũ iuras. Quid eſt eñ per deũ. niſi teſtis eſt deꝰ aut quid eſt teſtis eſt deus. niſi per deũ. Quid ẽ aũt iurare. niſi ius deo reddere quãdo per deũ iuras. Jus. i. veritatis et nõ falſitatis. Item ecce dico charitati veſtre ⁊ qui per lapidẽ iurat fal-

ſum. periurus eſt qꝛ non lapidē qui non audit. ſed eius creatorē adhibet teſtem. Hoc eſt ergo iurare per quālibꝫ creaturā. ſ. creatorem eius teſtēꝫ adhibere. Eſt etiam quoddā genus iuramēti grauiſſimū qđ fit p execrationē vt cū hō dicit: ſi illđ fecit illđ patiar. vł illud cōtigat filijs meis. ſcđm quem modū accipitur etiā interdum cū aliquis iurando dicit. per ſalutē meā vel per filios meos et hmōi. Obligat enim hoc deo. Unde Aug⁹. Cū quis ait per ſalutem meā. ſalutē ſuam deo obligat. Cuꝫ dicit per filios meos. oppignerat eos deo. vt hoc veniat in caput eorū quod exit de ore ipſius. Si verū: verꝫ ſi falſum: falſum. Et ſicut p hoc iuras aliquādo hoc deo obligat ita per deū iurans ipſuꝫ adhibet teſtēꝫ. In omni ergo iuratione aut de⁹ teſtis adhibetᷓ aut creatura deo obligatur. ꝛ oppignetur. Ut hoc ſit iurare. ſ. deum teſtem adhibere vel deo aliquid oppignerare. Hoc eſt ergo iurare per quālibet creaturā. ſ. creatorem eius teſtem adhibere.

De illis qui iurant per falſos deos.

¶ Poſt hec queritur vtrum ſi de eius vtendū ſit qui per demonia vel ydola iurauerit? De hoc Aug⁹. ſcribens ad publicolam ait. Te prius conſiderare volo. vtrū ſi quiſpiā p deos falſos iurauerit. ꝛ fidē non ſeruauerit nō tibi videtur bis peccaſſe? Bis vtiqꝫ peccauit. quia iurauit per quos non debuit. ꝛ contra pollicitam fecit fideꝫ quod non debuit. Ideoqꝫ qui vtitur fide illi⁹ quem cōſtat iuraſſe per deos falſos ꝛ vtitur non ad malū ſed ad bonū: nō peccato illius ſe ſociat quo per demonia iurauit. ſed bono pacto eius quo fidē ſeruabit et ſine dubitatione minus malū eſt per deos falſos iurare veraciter. quā per deū veruꝫ fallaciter. Quāto enim per qđ iuratur magis ſanctum eſt. tanto magis eſt penale periurium.

Quod iuramētū quo incaute iuratur nō eſt obſeruādū nec votuꝫ nec promiſſio iniuſte facta.

¶ Nunc ſup eſt videre. vtrum omne iuramētū implēdum ſit? Si enim quis aliquid iurauerit cōtra fidē et charitatē qđ obſeruatum peiorē vergat in exitum. potius eſt mutandū quā adimplendum. Unde Ambro. Sed

eſt contra officiũ dei nonnunꝙ̈ promiſſum ſoluere ſacramentuꝫ vt herodes fecit. Itē Iſidorus. In malis promiſſis reſcinde fi/dem. in turpi voto muta decre/tum. Quod incaute vouiſti nõ facias. impia eſt promiſſio que ſcelere adimpletur. Ideꝫ nõ eſt obſeruandũ ſacramētũ quo ma lũ incaute promittitur. vt ſi quis adultere perpetuã fidē cũ ea per manendi polliceatur. Tolerabi lius eniꝫ eſt nõ implere ſacramē tum quaꝫ premanere inſtupro. Itē Beda. Si quid nos incau tius iurare cõtigerit quod obſer uatũ peiorem vergat in exitum. libere illud ſalubriori cõſilio mu tãdũ noverim⁹. ac magiſ inſtãte neceſſitate peierãdũ eē nobis ꝙ̈ ꝑ vitãdo piurio i aliõ crimē gra uius eſſe divertēdum. Deniꝙ̈ iuravit dauid per deuꝫ occidere Nabal virũ ſtultũ. ſed ad primã interceſſionē abigail femine pru dentis remiſit minas. reuocauit enſem in vaginã. nec aliquid cul pe ſe tali periurio cõtraxiſſe do/luit. Iteꝫ Aug⁹. Quod dauid iuramētũ per ſanguinis effuſio nem non impleuit maior pietas fuit. Iurauit dauid temere. ſed non impleuit iurationem maio ri pietate. Ex his aliiſꝙ̈ plu/ribuſꝙ̈ oſtenditur quedam iu/ramēta nõ eſſe obſeruãda. ⁊ qui ſic iurat vehemēter peccat. Qui auteꝫ mutat benefacit. Qui aũt non mutat dupliciter peccat. et quia iniuſte iurauit. ⁊ quia facit quod non debet.

Si eſt piur⁹ qui nõ facit qꝺ incaute iurauit.

¶ Qui vero mutat vtrũ periu/rus debeat dici. ſolet queri? Be da ſupra tale iuramētũ vocauit periuriũ. Ioãnes etiã apocriſa rius orientaliũ ſediũ dixit. Ser mo patris noſtri ſophronij ſigni ficat. ꝙ melius eſt iurantē peie/rare quã ſeruare ſacramētũ i fra ctione ſanctarũ imaginuꝫ. Sed periuriũ dicitur tale iuramentuꝫ nõ obſeruatũ. ⁊ peierare dicitur qui non implet qꝛ falſum iurat. non qꝛ inde reus ſit qꝺ non ob/ſeruat. ſed qꝛ iurauit iniuſtuꝫ. ex quo reus eſt. ſicut ille q̄ peierat.

De eo qui verborum calli-ditate iurat.

¶ Hoc etiã ſciendũ eſt qꝺ qua cunꝙ̈ arte verboruꝫ quis iuret. deus tñ qui cõſcientie teſtis eſt. ita hoc accipit ſicut ille cui iurať intelligit. Dupliciter ãt reus fit qui ⁊ nomen dei in vanũ aſſumit ⁊ proximũ in dolo capit.

De illo qui cogit aliquem iurare.

¶ Queritur etiã ſi peccat q̇ hominẽ iurare cogit. De hoc Auguſtinus ait. Qui exigit iurationem multũ intereſt ſi neſcit illuʒ iuraturũ falſuʒ an ſcit. Si eñ neſcit. ⁊ ideo dicit. iura mihi vt fides ei ſit. nõ eſt peccatũ. tñ humana tẽptatio eſt. Si vero ſcit eũ feciſſe ⁊ cogit eũ iurare: homicida eſt. Idẽ qui ꝓuocat hoiem ad iurationẽ ⁊ ſcit eſt falſum iurare vincit homicidã: qꝛ homicida corpus occiſurus eſt. ille animam. immo duas animas. ⁊ ei⁹ quẽ iurare prouocauit ⁊ ſuam.

De cõcilio aurelianenſi.

¶ Sancta ſinodus decreuit niſi pro pace facienda vt oẽs fideles ieiuni ad ſacramẽta accedãt.



Irca trigeſimã nonã diſtinctionẽ querit primo. Utrũ liceat iurare per deũ vel ꝑ creaturas. Pro hui⁹ q̃ſtiõis enodatione eſt primo aduertendũ: ꝙ ſcõʒ Aureliũ auguſtinũ in ſermone de ꝑiurio. ⁊ in libro de verbis dñicis. nihil aliud eſt iurare ꝗ̃ deũ in teſtẽ inuocare. inquit eñ Augu. quid eſt dicere per deũ. ita eſt niſi dicere ꝙ teſtis eſt deus ꝙ ita eſt: ⁊ apoſtol⁹ ad hebreos. 6. ait. Hoies per maioreʒ ſui iurant: ⁊ oIs controuerſie eoꝝ finis eſt iuramentũ ad cõfirmationẽ ratio aſſignaꝛ a doctorib⁹: qꝛ humanũ teſtimoniũ non eſt ſufficiens ad huiuſmodi ꝯfirmationẽ propter. 2. primũ eſt propter deffectũ veritatis humane. nã teſte pſalmiſta ps. 115. Ois hõ mẽdax. ſcõm eſt propter defectũ cognitionis. nã hoies nequnt cognoſcere futura que dependẽt ex libero arbitrio hũano neq; valẽt cognoſcere archana cordiũ hũanoꝝ ⁊ mirabiliter expedit rebus humanis vt certitudo aliqua de his habeatur idcirco neceſſariũ ẽ recurrere ad diuinũ teſtimoniũ: qꝛ deus mentiri nequit vt egregie probat Aureli⁹ auguſtinus ſuper ſimbolũ apoſtoloꝝ: ⁊ nihil latet dñm deũ. nã oĩa ſũt nuda ⁊ aperta oculis eius vocat eñ ea que nõ ſunt, tanq̃ ea que ſunt ad hebreos. 4. Quapropꝛ aſſumere deuʒ in teſtẽ eſt iurare: qꝛ quaſi pro iure ẽ introductũ: vt qd̃ ſub inuocatiõe diuini teſtimonij dicitur pro vero habeatur: ſed diuinũ teſtimoniũ quandoq; inducitur ad aſſerendũ preſentia per preterita ⁊ tale teſtimoniũ dicitur iuramẽtũ aſſertoriũ. Interdũ vero adducitur ad confirmandũ futura: et tunc dicitur iuramentum promiſſorium: et ſic iuramentum prima ſui diuiſione diuiditur in iuramentum aſſertoriũ ⁊ ꝓmiſſoriũ. Ulterius eſt aduertẽdum ꝙ manichei propter duas autoritates. quarum vna eſt ſaluatoris matth. 5. d. ego aũt dico vobis: nõ iurare oĩnoꝫ

⁊ ſcđa eſt Jacobi.5.d. ante oīa fratres mei nolite iurare: aſtruxerunt ꝙ nunꝙ̄ licet iurare. ¶ Sed hec opinio eſt heretica: ⁊ egregie eam cōfutauit diuus Auguſtinus ad pūicolā. Nam cōtradicit ſacre pagine: habetur enim geneſis.22. ꝙ dñs deus ꝑ ſemetipſ̄ iurauit ⁊ pſalmo.109. Jurauit dñs ⁊ non penitebit eū: ⁊ pſalmo.131. Jurauit dñs dauid veritatē ⁊ non fruſtrabitur eū: ⁊ pſalmo.88. Jurauí dauid ſeruo meo: ergo ſi dñs deus iurauit licitum eſt iurare. Inſuper deuteronomij.6.cap. habetur: dñm deum tuū timebis ⁊ illi ſoli ſerues ⁊ per nomē illius iurabis ⁊ hieremie.4.cap. habetur iurabis viuit domin⁹ i veritate ⁊ in iuditio ⁊ iuſtitia: ergo poſtquam dominus deus precepit iurare licet iurare: ſ3 quia manichei dicunt legem antiquam eſſe datam a malo principio ſalicet demone vt viſu3 eſt ſuperi⁹: idcirco doctiſſimus Innocētius terti⁹ in cap. Et ſi xp̄s de iure iurādo probat autoritatibus noui teſtamēti ꝙ licitū eſt iurare. Prima eſt ſaluatoris noſtri qui frequēter dicebat amē amē dico vobis: qđ expōit Lucas.i.in veritate. Scđa autoritas ē Joānis.10.cap.apocalipſis.d.ꝙ iurauit angelus per viuētem in ſecula ſeculoꝝ. Tertia eſt apoſtoli qui frequenter in epiſtolis iurauit.d. teſtis eſt michi deus. Et rōne probat ſic: nullus actus in quo exhibetur deo honor ⁊ reuerētia ē mal⁹: ſed in iuramēto qđ habet tres comites exhibetur deo honor ⁊ reuerētia ⁊ nulla fit ſibi iniuria: ergo iuramentū habens tres cōmites eſt licitum ⁊ laudabile. Preterea ab oībus doctoribus catholicis tenetur ꝙ iuramentum eſt licitum dūmō habeat tres cōmites: quos ponit diuus hieronymus in li.ſcđo ſuper hieremiam ⁊ elicuit eos ex quarto ca. hieremie allegato: ⁊ recitātur a Grāno in ca. Animaduertēdu3.22.queſtiōis ſcđe. Primus comes eſt veritas ſci3 qđ illud qđ hō iurat ſit verum. Scđus comes eſt iuditiu3 non forenſe: ſed diſcretiōis ex parte iurantis ſalicet ꝙ non proleui cā: ſed pro vtili: ⁊ bona cauſa iuret. Terti⁹ comes eſt iuſtitia ſcilic3 ꝙ ſit iuſta res quā iurat Et ſi dicas oīa iſta requirūtur i quolibet actu hūano ṽtuoſo. Rñdeī ꝙ non omia reqrūtur. Na3 in iuramēto propter magnitudinem rei ⁊ precipitationē lingue opt3 ſuare iſtos cōmites ſiue circunſtantias. Tertio eſt notandū ꝙ ſcđm Alexan. de ales oēs modi ferme iurādi reducūtur ad qͦtuor. Na3 quattuor modis pōt cōſiderari de⁹. primo modo inquantū eſt ſumma veritas. ſcđo mō inquantum cognoſcit oīa. tertio mō inqntū remunerator bonoꝝ ē. quarto modo inquātum eſt punitor maloꝝ. Prima igitur forma iurandi eſt quādo deus tanꝙ̄ ſumma ṽitas inuocatur in teſtē: vt quādo dicitur per deu3 ita eſt. Scđa eſt quādo inuocatur deus tanꝙ̄ oīa cognoſcens in teſtē: vt quādo dicitur hoc dico coram deo teſtis eſt deus: ſcit deus ꝙ non mētior: nouit dñs: ⁊ ſic de ſimilibus. tertia forma iurādi eſt qñ de⁹ tanꝙ̄ bonorū oīum remunerator inuocatur i teſtē: vt qñ dicit̄ viuit dñs viuit aīa mea ſi deus det mihi vitā

eternā: ⁊ ſic de alijs. quarta forma iurandi eſt quando inuocatur deus tanq̄ retributor pene vt quando dicitur hec mihi faciat deus ⁊ hec addat vel non ſaluet vel confundat: ⁊ ſic de alijs.

¶ Iſtis notatis ponuntur alique cōcluſiones quarū prima eſt iſta Licitū eſt iurare per deum habenti tres comites. iſta concluſio pʒ ex ſecundo notabili. Scđa cōcluſio eſt lʒ iurare per creaturas dūmodo ſeruētur tres comites. iſta concluſio probatur Joſeph. Gen. 42. cap. iurauit per ſalutē pharaonis ⁊ non reprehēditur in tali iuramento. igitur ꝯcluqñ iuramentū nōn eſt licitū. Ad aliā autoritatē ſolū vult diuus Jacobus mōriere ꝙ habeamus nolitionē iurandi: ⁊ quilibet bonus xp̄ianus hēt talē nolitionē vel debet habere. ſ. ꝙ nollet iurare niſi vtilitas aut neceſſitas vigeat. ⁊ reſolutorie intentio ſaluatoris: ⁊ diui Jacobi ſolū eſt vt fugeremus conſuetudinē iurandi. naʒ ex tali conſuetudine prouenīūt multa peccata vt dictū eſt in probatiōe tercie concluſionis.

¶ Cōtra primā concluſionem arguitur ſic: omne illud qđ eſt a malo eſt malū: ſed omne iuramentū eſt malū: minor ...

Ad hanc replicā rñdetur negādo ſe
quelā. ⁊ ad probationē negatur añs
⁊ ad probationē diſtinguitur añs vł
in hoc ſeculo: ⁊ ſic negatur illō. imo
ſi taliter exquireret male ageret vł
in altero ſeculo: ⁊ ſic conceditur illō
⁊ negatur ꝯña. nam temtare deū eſt
exquirere ſignū aliquod in hoc ſclo.

¶ Contra ſcđam concluſionē
arguitur. non lꝫ iurare per celū neqꝫ
per terrā: ⁊ ſic de alijs: ergo nō lꝫ iu
rare per creaturas: añs pꝫ expreſſa
autoritate ſaluatoris. Mathei. 5. di
centis. Ego aūt dico vobis non iu-
rare oino: neqꝫ per celū: qꝛ thronus
dei eſt: neqꝫ per terrā: qꝛ ſcabellū pe
dū eſt: neqꝫ per hieroſolymā: qꝛ ci-
uitas regiſ magni ē: neqꝫ per caput
tuū: qꝛ non potes facere vnū capil-
lū albū vel nigrū. Ad hoc argumē-
tum rñdetur negando añs: ⁊ ad pro
bationē dico ꝙ ſaluator loquebatur
iudeis ⁊ filijs iſrael: qui veneraban
tur creaturas: ⁊ ideo vt aufferret cō
ſuetudinem illā: quā habebant iurā
di per creaturas. nam non loquebā
tur filij iſrael quin iurarent per celū
aut hieroſolymā: ⁊ ſic de aliiſ crea-
turis. idcirco ſaluator prohibuit illiſ
talia iuramēta. Contra iſtā ſolutio-
nem arguitur expreſſa autoritate di
ui Hierony. in primo li. ſuper Mat
theū: ⁊ recitatur a Graciano in cap.
cōſidera. 22. queſtionis prime. inqt
enim Hierony. ſuper verba allega-
ta conſidera ꝙ hic ſaluator non per
deū iurare prohibuit: ſed per celū ⁊
per terrā. igiť ſolutio nulla. Ad hāc
replicā rñdetur negando ꝯñam: rō
eſt: qꝛ diuus Hierony. nō intelligit
ꝙ ſaluator noſter [illegible] prohibuit vł
iurare per creaturas: ſed ſolū qñ fi-
naliter per eas iurat: ſicut iurabant
iudei: ſed bene licitū eſt iurare per
creaturas: qꝛ in eis relucet veritas
⁊ bonitas diuina. Contra iſtā ſolu-
tionē arguitur: habetur in ca. cleric⁹
22. queſtionis prime ꝙ cleric⁹ iurās
per creaturas acerrime eſt obiurgā
dus: ⁊ ſi perſeuerauerit excōmunicā
dus: ſed excōmunicatio non fertur:
niſi pro peccato mortali. igitur pec-
catū mortale ē iurare per creaturas
Ad hanc replicā rñdetur ꝙ intelligi
tur de clerico qui finaliter iurabat ꝑ
creaturas vel de clerico qui frequen
tabat talia iuramenta: rōne: cui⁹ fre
quentationis ſcādalizat alios indu-
cendo eos vt credant ipſū eſſe ido
latram. Contra iſtā ſolutionē argui
tur iurare per creaturā ſemꝑ eſt ido
latrare. ergo nunqꝫ lꝫ iurare ꝑ crea-
turā: añs probatur exhibetur cult⁹
debitus deo ipſi creature. ergo iura
re ꝑ creaturā eſt idolatrare. Ad hāc
replicā rñdetur negando añs. ⁊ ad
probationē negatur iterū añs. imo
talis cultus exibetur ipſi deo. nā bo
nus chriſtianus ita iurat per creatu
ras: qꝛ i ipſis relucet veritas: aut bo
nitas diuina: ⁊ ſic per tale iuramen
tum veneratur vltimate dñm deū.

¶ Contra tertiā cōcluſionē ar-
guitur ſic ſequeretur ꝙ iuramentū
licitū eſſet frequentandū. ꝯñs eſt cō
tra ꝯcluſionē. igitur ſequela pꝫ taliſ
actus iurandi eſt virtuoſus ⁊ lauda-
dabilis. ergo freqntandus. Ad hoc
argumentū rñdetur ꝙ nō occurrunt
tres comites. immo raro occurrunt

ideo tale iuramentū non eſt frequētandū: ſed ſi frequenter occurrāt frequentādū eſſet. ¶Circa iſtā materiā dubitatur: quod eſt maius iurare ꝑ euangeliū aut per deū. Ad hoc dubiū rñdet diuus Joānes criſoſtom⁹ in ca. ſi alique cauſe. 22. q̄ſtionis prime: ꝙ maius eſt iurare per deū quā per euangelia: ⁊ vocat oppm̄ aſſerētes ſtultos: rō eius eſt: qꝛ euangelia non venerant niſi propter deū. Dubitatur ſcd̄o an liceat iurare per capillū dei aut caput dei. ⁊ ſic de alijs. Ad hoc dubiū rñdet pius papa. in cap. ſi quis cauſe ⁊ queſtionis allegate ꝙ non lꝫ iurare. immo eſt blaſphemia. nā deus neqꝫ habet pilos: crines: neqꝫ caput. ⁊c. Sed bene lꝫ iurare per caput xp̄i aut corpus xp̄i. ¶Tertio dubitatur vtrū liceat iurare per diabolū. Ad hoc dubiū rñdetur negatiue. immo per nullū dāpnatū lꝫ iurare ſcienter. ⁊ ſi arguas lꝫ iurare per celū per lapidē: ⁊ quilibet diabolus nobilior eſt ſine cōparatione lapide: ergo lꝫ iurare per diabolū: negatur ꝯña. rō eſt: qꝛ diabol⁹ eſt reprobus. ⁊ dñs de⁹ ꝓhibuit nobis impendere aliquē honorē diabolo. ſilr prohibuit habere cōmerſiū cū eo. idcirco non lꝫ iurare per demonē aut aliquē dampnatū.

¶Scd̄o queritur circa eādem diſtinctionē. Utrū omne iuramētū ſit obligatoriū. Pro huius queſtionis intelligentia eſt aduertendū ꝙ aliter obligat iuramentū aſſertoriū ⁊ aliter promiſſoriū. nā in iuramento aſſertorio obligatio non eſt reſpectu rei que eſt vel fuit. ſed reſpectu ipſius actus iurandi vt. ſ. iuret ꝙ id verū eſt vel fuit: ſꝫ in iuramento promiſſorio obligatio cadit ecōuerſo. ſ. ſuper rē quā aliquis iuramento firmauit tenetur enī aliquis vt faciat verū eſſe qd̄ iurauit alioquin deeſt veritas tali iuramento. ſi aūt eſt talis res que non fuit in eius poteſtate deeſt iuramento iudiciū diſcretionis vt ſi ego promitterē montes aureos: ⁊ hoc debet itelligi dūmō illud qd̄ erat ei poſſibile non ſit factū impoſſibile propter aliquē actū fortuitū: vt puta ſi habeat mille aureos. ⁊ eos promittat dare craſtina die cū iuramento. ⁊ iſta nocte aliquis furetur eos tunc non eſt obligatus. ſi vero poſſibile ē fieri qd̄ promittit. ſed fieri non debet vel qꝛ eſt per ſe malum vel qꝛ eſt boni impeditiuū tūc iuramento deeſt iuſticia. vñ quadruplex eſt iuramentū promiſſoriū. ſ. licitū doloſum: incautū ⁊ coactū. iuramentū promiſſoriū licitū ſiue iuſtum dicitur eſſe illud qd̄ habet tres comites. Doloſū iuramentū eſt qñ aliquis iurat ſe facturū aliqd ⁊ habꝫ intentionē nunquā faciendi illud: et iſtud ſemꝑ eſt peccatū mortale. Juramentū incautū bifariā ſolet fieri. vno mō qñ cadit ſuper materiā prohibitā ſicut fuit iuramentū regis dauid qñ iurauit ſe occiſurū Nabab. ſimiliter iuramentum herodis. Alio modo ſolet fieri ſuper materiam cōſilij vt quando aliquis iurat nunquā ſe ingreſſurum religionem aut nunquam daturum peccunias mutuo. Juramentum coactum dicitur eſſe illud quod fit per metum cadentem in conſtantem virum.

Iſtis notatis reſpondetur
per aliquas concluſiones ad que-
ſtionem. quarum prima eſt iſta. Iu
ramentum aſſertorium eſt obliga-
torium. Secunda concluſio eſt iſta
iuramentum promiſſorium licitum
ſiue iuſtum eſt obligatoriuȝ. iſte due
concluſiones patēt ex notabilibus:
Tertia concluſio eſt iſta iuramen-
tum doloſum eſt obligatoriuȝ apud
deum quantum ad penam eternaȝ
ſed non quantum ad illud quod pro
mittitur. Sed bene obligat in fo-
ro exteriori eccleſie. Prima pars
huius concluſionis probatur per ta
le iuramentum doloſum talis pec-
cat mortaliter. ergo eſt obligatꝰ ad
penam eternam apud deum. Secū
da pars probatur talis non ſe inten
dit obligare ad adimplendum qđ
promittit. ergo non obligatur apud
deum ad faciendum illud quod pro
mittit. Tertia pars probatur eccle
ſia ſolum iudicat de exterioribus: er
go coget talem ad faciendum quod
per iuramentum promiſit per cen-
ſuras eccleſiaſticas. Quarta conclu
ſio eſt iſta iuramentum incautuȝ eſt
obligatorium apud deū quo ad pe-
nam eternam: ſed non eſt obligato-
rium ad faciendum illud quod pro-
miſit. Prima pars huius concluſio
nis patet: quia talis peccat morta-
liter per tale iuramentum: ergo apđ
deum eſt obligatus ad penam eter
nam. Secunda pars huius conclu-
ſionis patet ex diuo Ambroſio I pri
mo libro de officijs ⁊ habetur capi.
eſt etiam. 22. queſtionis quarte: ⁊ in
capi. quod Dauid: ⁊ in capi. iurauit
Dauid: ⁊ in cap. in male promiſſis
reſcinde fidem: in turpi voto muta
decretum: ⁊ in multis alijs cap. eiuſ
dem cauſe. Quinta cōcluſio eſt iſta
iuramentum coactum eſt obligato-
rium. iſta concluſio patet in multis
capitulis de iure iurando. ſcilicet in
cap. peruenit ⁊ in cap. ſi vero.

Contra ſecundam concluſio
nem arguitur ſic iuramentuȝ quod
fecit Ioſue cum filijs Iſrael ⁊ Ga-
baonitis erat licitum ⁊ non obliga-
bat Ioſue ⁊ filios Iſrael. igitur ſe-
cunda concluſio falſa: minor proba
tur Ioſue ⁊ filij Iſrael: vt habetur
Ioſue. 9. cap. Promiſerunt cum iu
ramento ſe non occiſuros Gabaoni-
tas. ⁊ non obligabantur ratione ta
lis iuramenti. minor probatur Io-
ſue ⁊ filij Iſrael habuerunt precep-
tum a domino deo quod occiderent
omnes Cananeos ⁊ Gabaonite e-
rant cananei. ergo debebant eos oc
cidere: ⁊ per conſequens non pote-
rant ſe obligare ad non occiduȝ
eos. Iam probatur ꝓma maior hu-
ius argumenti: tale iuramentū fuit
obſeruatum a Ioſue ⁊ filijs Iſrael
⁊ non fuiſſet obſeruatum: niſi fuiſſet
iuſtum: igitur fuit iuſtum. Ad hoc
argumentuȝ reſpondetur negando
minorem: ⁊ ad probationem nega-
tur iterum minor. ⁊ ad probationeȝ
dico quod occiderunt eos ciuiliter:
non tamen eos occiderunt corpora-
liter. Nam effecti ſunt ſerui filiorū
Iſrael ⁊ obligauerunt ſe ad portan-
dum ligna ⁊ aquam ad templum.
Inſuper preceptum domini dei de
occidendis Cananeis erat ſi ipſi nō
conuerterentur ad dominum verum

Jſrael modo Gabaonite conuerſi fuerunt ad cultum veri dei. Contra iſtam ſolutionem arguitur. Jurans ſe adire Hieroſolymam cum intentione eundi ſi poſtea ingrediatur religionem eſt iuramentum licitum ꝛ non obligatur amplius adire hieroſolymam: ergo tale iuramentum nõ fuit obligatorium: minor probatur ſi aliquis vouiſſet adire hieroſolymam: ꝛ poſtea ingrediatur religionem non obligatur amplius adire hieroſolymam: vt habetur in capi. ſcripture li. 3. de voto ꝛ voti redemptiõe: ergo ille qui iurauit adire hieroſolymam: conſequentia tenet: qꝛ ſecundum diuum Thomã ꝛ multos doctores magis obligat votum quã iuramentum. Ad hanc replicam reſpondetur negando conſequentiam ꝛ ratio eſt: quia talis adimpleuit iuramentum per melius. ſcilicet per ingreſſum religionis ꝛ hoc determinat diuus Gregorius ſcribens regi Francorum in cap. peruenit ad nos de iure iurando. Et ratio naturalis poteſt dari. Nam ſi ego iuro dare decem aureos: ꝛ do viginti certum eſt quod adimpleo iuramẽtum. ita etiam ille qui ingreditur religionem ꝛ iurauit adire hieroſolymam magis facit quam promiſit. Cõtra iſtã ſolutionem arguitur. ſi fortes iurauit berte quod ducet eam in vxorem ꝛ ipſa fornicet poſtea tunc ſor. non tenetur eam ducere in vxorem: ꝛ tale iuramentum fuit licitum. igitur iuramentum licitum non eſt obligatoriũ. minor patet autoritate innocentij tertij. in cap. Quemadmodũ de iure iurando expreſſe determinãtis quod ſor. non tenetur ducere bertam in vxorem. Ad hanc replicam reſpondetur negando conſequentiã quia nõ obligabatur ſimpliciter ſortes ſed cum illa conditione. ſcilicet ſi berta nõ fornicaretur q̃ quidem cõditio ex determinatione romani põtif. debet intelligi in oĩb9 ſpõſalib9.

¶ Secundo arguitur contra tertiam concluſionem. ſequeretur quod talis iurãs doloſe reportaret comodum de ſuo dolo: conſequens videtur abſurdum. igitur concluſio nulla ſequela probatꝰ talis non obligatur facere qđ ꝓmittit propter dolũ. igr̃ reportat comodũ de ſuo dolo Ad hoc argumentũ rñdetur negando ſequelam. ꝛ ad probationem negatur conſequentia: ꝛ ratio eſt: quia licet reportet luchrum in archa reportat tamen dampnum in conſciẽtia eſt enim obligatus ad penam eternam ratione ſui doli. Cõtra iſtã ſolutionem arguitur ſequeretur qđ ſi peniteret eum talis doli obligaretur ad faciendum illud quod promiſit: ꝯñs eſt falſum igiꝰ. Ad hoc negatur ſeq̃la niſi poſt penitẽtiã intẽdat ſe obligare. Cõtra iſtã ſolutionẽ arguiꝰ capiẽs ordines ſacros ꝛ nõ intẽdẽs ſe obligare ad votũ caſtitatiſ q̃n tũcũq; mẽte diſcẽtiat obligaꝰ ad votũ caſtitãtis: ğ doloſe iurãs obligaꝰ ad faciẽdũ illud q ꝓmittit: ꝯñs probaꝰ ſicut iurãs doloſe hẽt dolũ i mẽte ꝛ bona verba. ita capiẽs ordines habet bona verba ꝛ dolũ in mente: ergo ſi doloſe iurans non obligatur etiam capiens ordines doloſe non obligabitur ad votum caſtitatis.

Ad hãc replicã rñdet negãdo ꝯñaꝫ: ⁊ ad probationẽ iterũ negatur ꝯña: ⁊ ratio eſt quia capiens doloſe ordinis equiualẽter vouet cõtinentiam poſtq̃ ſcit votũ continentie eſſe annexũ ſacro ordini. Et ſi ignoret nõ eum excuſſat talis ignorantia vt inquit doc. ſub. quẽ vnica. 27. diſtictionis quarti ſentẽtiaꝝ ⁊ rõnem aſſignat quia tale ſtatutũ de voto cõtinẽtie annexo ſacro ordini ſufficienter eſt promulgatũ ꝑ vniuerſalẽ eccleſiam latinam. Cõtra iſtam ſolutionem arguitur doloſe iurans contrahere cũ aliqua tenetur cõtrahere cũ ea ergo iuramentũ doloſuꝫ obligat Ad hanc replicã rñdet facile diſtin. aña vel quãtũ ad deũ ⁊ ſic negat vł q̃ntũ ad eccliaꝫ q̃ iudicat ð exterioribꝰ ⁊ ſic ꝯcedit nec hoc ẽ ꝯtra ꝯcluſioneꝫ. Contra iſtã ſolutionẽ arguitur talis eſt obligatꝰ quantum ad deuꝫ contrahere cum berta: ergo ſolutio nulla aña patꝫ autoritate yſidori in ca. quãcunq; arte. 22. queſtiõis. 5. d. quacunq; arte verborũ q̃s iurat deꝰ tñ qui conſciẽtie teſtis eſt ita hoc accipit ſicut ille cui iurat intelligit. Ad hanc replicã rñdetur negãdo aña: ⁊ ad probationem dico ꝙ autoritas yſidori intelligitur quãtum ad obligationem pene eterne. Ita ꝙ talis eſt obligatus ad penã eternam ac ſi per deum iuraſſet.

¶ Tertio argr cõtra quartã cõcluſionem aliquód iuramẽtuꝫ incautum eſt obligatoriũ ergo. 4. concluſio nulla: aña probatur volo ꝙ aliquis poſt votũ ſimplex caſtitatis emiſſum ducat vxorem ⁊ iuret ipſi ꝙ nunq̃ ab ea diſcedet: tale iuramentum eſt incautũ: ⁊ eſt ſeruãdũ: igitur aſſumptũ verũ: mi. patꝫ autoritate graciani in vltimo parrafo ca. innocens. 22. queſtionis quarte expreſſe aſſerentis tale iuramentũ eſſe ſeruandũ. Jaꝫ probatur maior tale iuramentũ cadit ſuꝑ rem illicitã. Naꝫ ratione voti caſtitatis emiſſi tenet ab ea diſcedere ⁊ ingredi religionẽꝫ ante copulam carnalẽ: ergo tale iuramentũ eſt incautũ. Ad hoc argumentũ rñdetur negando aña: ⁊ ad probationem negatur minor: ⁊ ad probationẽ rñdetur ꝙ gracianus in hoc loco nõ eſt tenendꝰ. Contra iſtã ſolutionẽ arguitur quidã archidiaconus iurauit ſe nunq̃ acceptaturum archiepiſcopatũ ⁊ rõꝰ pontifex precipit ſeruare tale iuramentũ: vt habetur in ca. florẽtinuꝫ. 85. diſtictiõis ⁊ tale iuramentũ fuit incautũ q2 cõtra charitatẽ igit ſolutio nulla. Ad hanc replicã rñdetur negando ꝙ rõma. põti. illud preceperit vt adimpleretur illud iuramentũ: ſed precepit ꝙ talis florẽtinꝰ non eligeretur in epm. ideo q2 fuit infamis faciẽdo illud iuramentũ. Contra quintã cõcluſionẽ arguitur ſic iurans ſe ducturum aliquã in vxorẽ per metũ cadẽtem ⁊ conſtantẽ virũ non obligatur ducere eã in vxorẽ: ergo iuramentũ coactũ non eſt obligatoriũ. Ad hoc rñdet ꝙ romanus ponti. illigitimat tales contractus ne detur occaſio filijs belial cogendi aliquos ad matrimoniũ. Circa iſtã materiã dubitat primo. Utrũ romanus põti. poteſt diſpenſare in iuramẽto. Ad hoc dubium rñdetur affirmatiue. vt patꝫ in multis ca. allegatis de iure iurãdo:

ꝛ rō eſt potiſſima: qꝛ in oībus votis ꝛ iuramentis oim xp̄ianoꝝ intelligitur voluntas Pape excepta. Idcirco quāuis ſit de iure diuino ſeruare vota ꝛ iuramentum: papa poteſt in eis diſpenſare ꝑ rōnabili cauſa. Scđo dubitatur ꝗ eſt maioꝛ obligatio iuramēti vel voti. Ad hoc dubiū rn̄det diuus Tho. ꝙ maioꝛ eſt obligatio voti quā iuramenti: rō eius eſt qꝛ per votū homo obligatur deo: et per iuramentū obligatur hoī. Inſuper infractione voti concurrit infidelitas in fractione vero iuramenti ſolum concurrit quedā irreuerētia: ſed iſte rationes non procedunt de quolibet iuramento. nam dabile eſt aliquod iuramentū qđ fit deo vt ſi ego loquerer deo ꝛ dicerē ei per tuā eſſētiam. ita eſt vel ita erit. Propterea rn̄ſio diui Tho. non eſt intelligēda de quolibet iuramento ſed ſolū de iuramento qđ fit hoī. Tertio dubitatur quot anni requiruntur ad iuramentum. Ad hoc dubiū rn̄det in ca. pueri. 22. queſtionis. 5. ꝙ in maſculo requirūtur. 14. anni in femina vero. 12.

¶ Querit̄ tertio circa eandem diſtinctionē. an omne ꝑiuriū ſit peccatū moꝛtale. Pro hui⁹ q̄ſtionis intelligētia eſt aduertēdū ꝙ ad iuramētū requirūtur tres cōites vt ſit licitū ꝛ iuſtū vt declaratū eſt in p̄ma queſtioue huius diſtinctiōis inde eſt ꝙ ſi deeſt aliquis comes illoꝝ triū ꝑiuriū vocat̄. nā teſte diuo Dioniſio in q̄rto libꝛo de diuinis noīb⁹: ꝛ ph̄o noſtro in libꝛis ethicoꝝ bonū eſt ex integra cauſa: malū autē ex ſingulis defectib⁹: ex iſtis ſequitur ꝙ nō omne periuriū eſt mendatiū: imm̄o duo ſunt genera periurioꝝ quoꝝ nullū eſt mendatiū: ptꝫ de periurio cui deeſt ſolū ſcđus comes: ꝛ de periurio cui ſolū deeſt tertius comes. Ulterius eſt notādū ꝙ trifariā contingit iurare: vno mō ſolempniter ꝛ deliberate. ſcđo modo deliberate ꝛ non ſolempniter. tertio modo neqꝫ deliberate: neqꝫ ſolempniter. Iuramentum ſolempne dicitur eſſe illđ quod fit in iudicio.

¶ Iſtis notatis rn̄detur ad q̄ſtionem per aliquas concluſiones. quarū pꝛima eſt iſta. Periuriū ſolēne eſt peccatum moꝛtale ꝛ grauius quam periurium non ſolemne. iſta concluſio patet: quia per tale periurium fit magna iniuria dn̄o deo: ꝛ cū magna deliberatione. igitur concluſio vera. Scđa concluſio eſt iſta. omne periuriū deliberatū eſt peccatum moꝛtale. iſta cōcluſio pꝛobatur ſi eſſet aliquod periuriū quod non eſſet peccatū maxime eſſet illud cui deeſt ſcđus comes. ſ. iudiciū diſcretionis: ſed tale periuriū eſt moꝛtale igitur quodlibet periuriū eſt moꝛtale maioꝛ eſt lucida. minoꝛ pꝛobatur autoꝛitate dn̄i dei. d. exodi. 20. cap. Non aſſumes nomen meū in vanū erit eīn tibi in ruinaꝫ. i. in peccatum moꝛtale. Tertia cōcluſio eſt iſta nullum periuriū indeliberatū eſt peccatum moꝛtale. iſta concluſio ptꝫ: quia ad peccatū moꝛtale teſte Auguſtino in libꝛo de libero arbitrio requiritur deliberatio. Quarta concluſio ē iſta aliquod periuriū non eſt moꝛtale neqꝫ veniale ꝛ aliquod ſolū eſt veniale. pꝛima pars patet de illo periurio

qđ fit ex habitu ſine aliqua delibera
tione. ſcđa pars patet de illo periu-
rio in quo eſt aliqualis deliberatio.
ſed non eſt ſufficiens ⁊ plena delibe
ratio ad peccatũ mortale.

¶ Contra primã cõcluſionẽ ar-
guitur ſic ſequeretur ꝙ periuriũ per
ſancta euangelia eſſet grauius quã
periuriũ nõ ſolẽne per deũ: ꝯñs eſt
falſuꝫ. igitur ſequela eſt lucida ex cõ
cluſione ⁊ falſitas ꝯñtis probat̃: ma
gis eſt iurare per deũ quã per ſãcta
euangelia vt probatũ eſt in precedẽ
ti queſtione ex Joãne chriſoſtomo:
ergo grauius eſt periuriũ per deuꝫ
quã per ſancta euãgelia. Ad hoc ar-
gumentũ rñdetur ab aliquibus ne-
gando ſequelã. rõ eſt: qꝛ concluſio in
telligitur qñ vtrũqꝫ fit per deũ ⁊ vnũ
eſt ſolẽne ⁊ aliud non: vel vtrũqꝫ fit
per ſancta euangelia ⁊ vnũ eſt ſolẽ-
ne ⁊ aliud non. Et ſi dicas grauius
punitur periuriũ per ſancta euange
lia ſolẽne quã periuriũ per deũ non
ſolẽne: vt patꝫ in ca. infames. 6. que
ſtionis prime: ergo grauius eſt per-
iuriũ per quattuor ſancta euãgelia
ſolẽne quã periuriũ per deũ nõn ſo-
lemne negatur ꝯña. nã non incõue-
nit peccatum minꝰ graue magis pu
niri ꝙ̃ peccatũ magis graue. vt ptꝫ
de furto qđ grauius punitur quam
periuriũ. Alio modo rñdetur conce
dendo ſequelã ⁊ negando minorẽ: ⁊
ad probationẽ negatur ꝯña. ⁊ rõ eſt
qꝛ cetera non ſunt paria. nã vnũ eſt
ſolẽne ⁊ aliud nõ: ſed ſi periuriũ per
deũ eſſet ſolẽne tũc grauius eſſet ꝙ̃
periuriũ per ſancta q̃tuor euãgelia.

¶ Scđo arguitur contra eãdẽ
ꝯcluſionẽ aliqđ periuriũ ſolẽne ⁊ de
liberatũ non eſt peccatũ mortale: er
go cõcluſio falſa: añs ptꝫ de iuramẽ
to qđ fit per metũ cadentẽ in conſtã
tem viꝝ. nã tale eſt periuriũ ſi non
adimpleatur qđ promittitur: ⁊ non
eſt mortale. igitur minor probatur:
celeſtinꝰ tertiꝰ in ca. veꝝ de iure iu
rando. d. ꝙ non eſt imponẽda peni
tentia tali pro peccato mortali: ergo
tale periuriũ non eſt peccatũ morta
le. Ad hoc argumẽtũ rñdetur negã-
do añs: ⁊ ad probationẽ negat̃ mi-
nor: ⁊ ad probationẽ negatur ꝯña:
rõ eſt: qꝛ in cap. ſi quis coactus. 22. q̃
ſtionis. 5. imponitur penitentia pro
talibꝰ periurijs coactis: ſed intẽtio
celeſtini fuit ꝙ non imponeretur tã-
ta penitẽtia ſicut deberet imponi ſe
cluſo metu. nã metus cadens in cõ-
ſtantẽ viꝝ mirabiliter minuit pecca
tum. idcirco non eſt imponenda tan
ta penitentia pro talibus periurijs
ſicut pro alijs.

¶ Tertio arguitur contra ter-
tiã ꝯcluſionẽ nullũ iuramentũ eſt in
deliberatũ: ergo tertia concluſio fal
ſa: añs probatur quodlꝫ iuramentũ
eſt volitũ: ergo quodlꝫ iuramẽtũ eſt
voluntariũ: ⁊ per ꝯñs deliberatum.
Ad hoc argumentũ rñdetur negan-
do añs: ⁊ ad probationẽ negat̃ ꝯña
rõ eſt: qꝛ ad hoc ꝙ ſit voluntariũ re-
quiritur ꝙ ſit libeꝝ ⁊ ſpõtaneũ. Cõ
tra iſtã ſolutionẽ arguitur vel tale iu
ramentũ ſolũ producitur ab habitu
vel a voluntate ⁊ habitu. ſi primum
ſeq̃retur ꝙ talis hõ hñs talẽ habitũ
ſemꝑ iuraret qđ eſt cõtra experien-
tiã. ſi ſcđꝫ bene ſequit̃ producitur a

voluntate:ergo eſt voluntariū. Ad hanc replicā rn̄detur dando ſcōm:⁊ ad probationē negaꝛ ꝙ bene ſequatur in illa ꝯña.nam non ſufficit ad hoc ꝙ ſit voluntariū ꝙ producatur a volūtate. ¶Circa iſtā materiā dubitatur primo: ꝙ eſt grauius peccatū iurare falſum per deū vel iurare falſum per creaturā. Ad hoc dubiū reſpondetur ꝙ grauius peccatū eſt iurare falſum per deū quā iurare falſum per creaturā.dūmō in tali iuramento per creaturā non imbibaꝛ actus idolatrie.nā tunc grauius eſſet iurare falſum per creaturā quā iurare falſuꝫ per deū. Dubitatur ſcōo ꝙ eſt grauius iurare verꝫ per machometū vel idolū vel iurare falſuꝫ per deū. Ad hoc dubiū rn̄det Augu. ad publicolā: ꝙ graui⁹ eſt iurare falſuꝫ per deū ꝗ̄ iurare verꝫ per machometum vel idolū:⁊ hec rn̄ſio recitatur a Graciano in parrapho verꝫ tn̄ cap. mouet. .22.q̄ſtionis.1.ſed hec rn̄ſio limitanda eſt ſecludendo idolatriam imbibitā in iuramento facto per idolū.nā ſi talis imbibatur grauius eſt iurare verꝫ p idolū quā iurare falſū per deū.qꝛ ſcdꝫ oēs doctores catholicos graui⁹ pctm̄ eſt idolatria quaꝫ periurium.

¶Queritur quarto circa eādē diſtin. Utrū periuriū ſit grauius homicidio. Ad hanc diffinitionē rn̄det dn̄s Ricard⁹ de media villa negatiue. Contra quā rn̄ſionē arguiꝛ ſic periuriū eſt contra preceptū prime tabule:ergo periuriū eſt graui⁹ peccatū quā homicidiū:ꝯña tenet qꝛ diuus Bernardus.d.ꝙ dn̄s de⁹ pōt diſpenſare in preceptis ſcōe tabule ⁊ nō in preceptis prime tabule. Ad hoc argumētū rn̄deꝛ negādo ꝯñam nā hoc argumentū probaret ꝙ mendaciū officioſum eſſet grauius homicidio qd̄ oēs negant. Scōo arguitur ſic grauius eſt peccare in deū ꝗ̄ in hoīem:ſed ille qui eſt periur⁹ peccat in deum:⁊ homicida in hominē. ergo grauius eſt periurium homicidio. Ad hoc argumentum intelligēdo maiorem directe ⁊ vniuerſaliter neganda eſt:ſed indirecte bene peccat in deuꝫ homicida. Tertio arguitur ſic in cauſa homicidij controuerſie finis eſt iuramentum:ergo periurium grauius eſt homicidio: conſequentia tenet:quia fruſtra quereretur iuramentum.quia ille qui commiſit homicidium bene cōmitteret periurium ſi periurium eſſet minus graue quam homicidiuꝫ. Ad hoc argumentū reſpondetur negando cōſequentiam.ratio eſt:quia adhuc de tali a quo queritur iuramentum nō ſumus certi ꝙ cōmiſit homicidium. Quarto arguitur ſic autoritate Auguſtini in ſermone de Decollatione ſancti Joannis Baptiſte.d.quod ille qui prouocat ad periurium graui⁹ peccat:quam ille qui occidit hominem.⁊ hec autoritas recitatur a Graciano in cap. Jlle qui homineꝫ prouocat vigeſimeſecunde queſtionis quinte.ergo periurium grauius eſt homicidio. Ad hoc argumentuꝫ negatur conſequētia.ratio eſt: quia iſte qui prouocat alterum ad periurium duas animas occidit. ſcilicet ſuam et aliam ipſius prouocati ad periurium.

